COMMISSIONVM, AC RESCRIPTORVM VTRIVSQVE SIGNATVRÆ SANCTISS. D. N. PAPAE PRAXIS SIVE TRACTATVS,

Pars Prima.

A R. P. D. IO. BAPTISTA MARCHESANO
Tifernate, ac Romano Iur. vtr. Doct. In eiſdem
Referendario olim editus,

Et nunc ab eodem, in ampliorem, ac locupletiorem formam auctus.

Opus in Romana Curia, & quocunque foro verſantibus, apprime
vtile, & neceſſarium.

Cum Summarijs, & pleniſſimo rerum notabilium Indice.

CVM PRIVILEGIIS.





Venetijs, Apud Seſſas. M DCIIII.

FERDINANDO MEDICES
MAGNO HETRVRIÆ DVCI III. SERENISSIMO.
Ioannes Baptiſta Marcheſanus.

T qui in Oceanum labitur, anguſtus & exigui aluei, & nominis riuulus, coactis prius copijs, ſi quas vel ipſe ſecluſas tenuerat; vel imbribus collegerat, ſe quocumque poteſt aquarum inſtructu, in illam immenſitatem exonerat. Sic ego nunc, quamuis (quæ mea fuit exiguitas) nulla hactenus Illuſtriore ſignificatione, grati erga te animi mei ſtudium declarare potuerim, meque, vt ſiccum, & arentem riuulum, hybernis ſolum fidentem imbribus, aut aqua defecerit, aut ſi non nulla omnino fuit, heſerit certe, ſeu alueo continuerit: nunc hoc qualicumque opere, poſt tot annorum labores continuos, ſingulari Dei beneficentia ad exitum perducto, omni iam quaſi collecta, & aduocata aquula, quodammodo progredior, & hoc totum, quicquid eſt, in Oceanum tuæ amplitudinis adduco. Et quanquam is ſit MEDICAEAE gentis per omnes oras, parteſque terrarum peruagatus, & diditus ſplendor, ea tam conſtans, & omnium gentium confeſione celebrata laus, virtuti veſtræ, velut immago gloriæ ita reſonet, vt perexiguum futurum eſſe videatur, quicquid tuæ potiſſimum cauſſa enitimur. Tamen cum mihi tua ſingularis virtus multo, & notior eſſet, atque illuſtrior, ea fretus, tanquam obſide humanitatis tuæ, qua omnes excipis, & amplecteris, non abſurdum me facturum putaui, ſi hos qualeſcumque laborum meorum fructus, ſub Sereniſſimi nominis tui inſcriptione emitterem. Exiguum quidem amplitudini tuæ munuſculum, ſed argumentum gratæ erga te meæ, & propenſæ voluntatis, præſertim, ſi quibus nominibus tibi me, meoſque deuinxeris, ſpectare volueris; In quorũ animis; cũ iucundiſſima nominis tui memoria, illud gentilitium tuæ nobilitatis inſigne immiſeris, atq; impreſſeris, notis beneficentiæ ſempiternis. Nec mihi quicquã poteſt eſſe in vita honorificentius, quam ſi omnes intelligant, me domumque meam, Auguſtiſſimo nomini tuo in perpetuum deuictam eſſe, & æternis nominibus addictam. In eoque maximam dignitatis meæ partem collocatam puto, quod eo apud te loco, numeroque ſimus, ſemperque fuerimus. Quanquam, cui potius hi labores mei, quam tibi PRINCEPS SERENISSIME debebantur, qui in luce Romanæ Vrbis, a prima ætate Cardinalis

* 2 verſatus

versatus es? & tot annos in hac curia, tam graui atque Illustri munere persun ctus, nunc in ista dignitate quam tanto cum splendore sustines, quasi in sede iustitiæ statum HETRVRIAE tanta æquitate & sapientia moderaris. Nam, quid ego de MEDICAEAE gentis antiquitate, & nobilitate dicam? quæ perpetua Clarissimorum virorum seriæ, ab anno prope quingentesimo repetita. Florentiæ primum extulit se se, breuique propagata, orbem terrarum nominis sui gloria compleuit? Cumque ea Ciuitas Italiæ clarissima, fortissimis viris, & omni literarum genere ornatissimis quidem semper, sed hoc tuo potissimum tempore abundauerit: hæc tamen MEDICEORVM propria semper fuit & præcipua gloria, ex quibus tot insignes viri, tanta posteritatis commendatione, tanta literarum celebritate prodierunt; quorum factis italicum nomen apud nationes exteras illustrius effectum est. Quod enim bellum vnquam fuit, in quo non illos, non tam gloriæ studium, quam virtutis insitus quidam, atque innatus ardor exercuerit? Qui in Grecia Athenarum Ducatum armis subegerunt, qui tot in Peloponesso, Italia, Gallia, Principatus, paternis hæreditatibus adiecerunt. Quarum rerum memoria, æternis consignata monimentis permanet, ad gloriam nominis vestri sempiternam. Iam vero Mediolani quam consentiens de vestra virtute opinio in omnium animis vigeat, quæ celebritas famæ, dicendum non arbitror, cum ex eadem stirpe. Leo primum Decimus, tum Clemens Septimus Optimi, & Maximi Pontifices, tum Pius nostra etiam memoria Quartus, extiterit, Testem appello Florentinam Rempublicam, quæ nobilitatis, virtutisq; vestræ altrix, spectatrix, & administratrix fuit. Cuius quidem specimen, & argumentum Illustrissimum, vt reliquos, ne nimis sim prætercam, ex Laurentij Primi Hetruriæ Ducis rebus gestis capere licet, qui ob egregiam pietatis ingenijque famam, Principibus potentissimis plurimis, exteris etiam ac Barbaris, admirationi semper, ac venerationi fuit: præcipuè tamen Ludouico XII. Galliæ Regi Christianissimo, qui splendorem pilarum vestrarum, gentilitijs tuis stemma præillustre, auro immortalium Liliorum suorum exornauit: Quid de magno illo COSMO Patre tuo dicam? qui vel in prima ætate, tot periculis superatis, in Reipublicæ administratione successit. Quis Principum per ea tempora scientiæ disciplinis excellentior? Quis omnis generis litterarum elegantia ornatior? Qui Græcis latinisque litteris vsq; eo institutus erat, vt non solum cognitione atque scientia, sed vsu etiam, tum in familiari sermone, tum in alijs de Republica grauioribus responsis, magnopere delectaretur. Quæ omnia Imperatoria laude cumulata, illum admirabiliorem reddiderunt. Is vt Senensem Rempublicam in suam dictionem redegit, eamquem, & alias plurimas Ciuitates armis subactas, & nobilissimis operibus exornauit, & legibus sapientissimis temperauit. Vix Principatũ auspicatus est, cũ subito subito, illa tanta vis ingenij, atque prudentiæ apparuit, quæ Rempublicam, quã turbulentissimam acceperat, tam breui tempore pacatissimam, non sine omniũ admiratione reddidit. Is vt agrum Hetruscum Arni inundationibus infestum, vberiorem simul, atque amœniorem redderet, amnis efferuescentis cursum detorsit alio, Pisasque deriuatum, Liburnum

vsque

vsque summo Pisanæ Ciuitatis ornamento, & rerum euehendarum, importandarum quæ opportunitate deduxit. Ita nbilissimam Ciuitatem, non solum sedem sapientiæ, & literarum altricem optimarum esse voluit, sed etiam hoc Illustri monumento, & frequentiorem reddidit, & ornatiorem. Huius incredibilem in rebus gerendis prudentiam admiratus Cæsar, cum summa semper in eum beneuolentia fuisset, eum in ordinem Equitum Velleris aurei asciuit vltro, & quicquid iuris in Florentinam, Liburnensemque arces habere præ se tulerat antea, liberalissime concessit. Ita Hetruriæ statum confirmauit, amplificauit, & locis opportunis communijt, ædificatis arcibus, & maximis militum præsidijs ad finium custodiam adiectis. Et quia ei nihil vnquam fuit Dei Summi religione antiquius, non consentiente solum, sed etiam adiuuante Pontifice, ad collapsam monasteriorum disciplinam restituendam, animum adiecit. Cumque Pontificem ad Concilium Tridentium absoluendum esset hortatus, multis alijs, & tanto Principe dignis rebus gestis, ad eum Florentiæ honoris caussa Nuntius Apostolicus missus est. Deinde Romam cum venisset, exceptus a Pontifice est in Vaticano, ea magnificentia, quæ tanto Principi conueniret. Eodemque tempore ordo Aequitum Sancti Stefani Magni Pontificis voluntate confirmatus est, cuius idem COSMVS, qui institutor fuerat, PRINCEPS esse, & reliquos perpetua successione Hetruriæ Duces voluit, Primumq; omnium Chiappinum Vitellium sacra insigniuit cruce, demissisque in omnem oram Triremibus, Hetruscum mare prædonum incursionibus, multos mortales seruitutis periculis, omnes denique maris Italici sinus, atque portus, Barbarorum metu, breui tempore liberauit. Quem quidem ordinem, tuis nunc auspicijs militantem, late crucis insignibus exornasti, & numero auxisti æquitum nobilissimorum. Tum Magni Magistri dignitate ad Virginium Vrsinum Ducem Bracciani translata, aucto triremium numero, lustratis fortissimorum æquitum virtute tot Barbaris nationibus, tot captis Ciuitatibus, tot arcibus munitissimis expugnatis, multis gentis illius in seruitutem abductis, ac captiuis Christi fidelibus libertate donatis, omnium gentium animos erexisti ad rerum expectationem maximarum. Tuæ quo ampliora sunt, & multis, & maximis victorijs illustriora, eo potentissimi hostis maior infamia, quem vel in imperio proprio, sic tuæ classis aspectus exterruit, vt victricibus vexillis sacra Cruce minantibus, e longinquo conspectos consternatus, se se in turpem fugam, ingenti trepidatione coniecerit. Et Regibus quidem maximis, vel cum infidelium vel cum hereticorum exercitibus, de imperio; de dignitate, religione, vita, & salute dimicantibus, COSMVS Pater tuus omnibus copijs, pecunia, exercitu sepissime adfuit. Eius auxilijs Carolus nonus Galliæ Rex Christianissimus Admirallium Colineum rebellem, & hæreticorum simul, latronumque Ducem, Nobilissima post hominum memoriam victoria profligauit. Tu vero SERENISSIME PRINCEPS in fidei caussa nullis vnquam sumptibus

pepercisti, vt vbicunque, vel in Vngaria, vel in Gallia fides in discrimen deuenißent, eam omni ope defenderes; nec tibi vnquam satisfactum putauisti, si eam communibus auxilijs subleuares, nisi etiam delectum nobilitatis florem, ipsos etiam quos plus diligis carosque habes, atque adeo propinquos, & affines tuos. Ioannem, & Antonium Medicæos. Ipsum etiam Virginium Vrsinum Bracciani Ducem, sæpius summitteres. Quorum egregia virtus, vel in Strigonyæ receptione, vel multis ad Iauarinum prælijs, alijsq; periculosissimis dimicationibus sæpius perspecta est. Cum memores patriæ auitæque fortitudinis, nihil eßet tam arduum, quod non susciperent, nil tam periculosum, quod non vltro deposcerent, alijs se duces præberent, omnesque ad veræ gloriæ cupiditatem inuicti animi exemplis accenderent. Si pater tuus statum Reipublicæ sapientissimis legibus, & institutis stabilitum, summa semper cum pace, & tranquillitate tenuit, tu ne illi inferior etiam hac in parte videare, cum pacatum accepisses, florentem effecisti, & cum magnificentissimis operibus plurimis, tum maxime illa Nobili porticu, quæ vtrumque palatium admirabili opere coniungit, exornauisti, quam quidem tot statuarum ordinibus, & excellentium artificum præclaris operibus decorasti, vt ipsa ornamentorum dispositio, cum artificio etiam ipso, certare videatur. Cum Pio Quinto, Pontifici COSMVS pater tuus eßet, tum ob eius singularem in omni genere virtutem, tum ob perspectum illius summum erga fidem studium, egregiamque pietatem, in paucis carissimus, eum Romam iterum accersiit, eademque magnificentia, qua prius exceptum, facile ad fædus aduersus Turcas, cum Philippo secundo Hispaniarum Rege Catholico, cum Republica Veneta, & reliquis Principibus Christianis Sanctum, adduxit. Ex quo illa post homines natos celeberrima victoria ad Naupactum tanta hostium tam exiguo nostrorum detrimento consequuta est. Itaque, cum eius summam erga Sedem Apostolicam obseruantiam Pontifex exploratam, & tot rebus perspectam haberet, cum nullam amplius, & tantæ vituti congruentius præmium posset tribuere, Illum diademate, & reliquis Ducis insignibus, addito MAGNI HETRVRIAE DVCIS nomine, publice in Sacello amplissimo Cardinalium cœtu, in oculis Romanæ Ciuitatis, summa omnium lætitia, & gratulatione decorauit, & quanquam magna contentione obniteretur & repugnaree Cæsar. Idem tamen postea Principis meritis, & virtute perspecta, Pontificis iudicium, factumq; non approbauit solum, sed pro sua etiam parte confirmauit, & multis prærogatiuis, dignitatis amplificauit. Tandē Florentiā non ita multo post reuersus, apertis auri argentiq; fodinis, nuptijs Francisci primogeniti sui omni magnificentia celebratis, legibus insuper ad Reipublicæ tranquillitatē, aut institutis, aut certe renouatis, cū iam ingrauescente ætate vitæ securioris, & tranquillioris studio secessisset, mortua primum Eleonora matre tua, Reipublicæ administrationem, nomine solum, grauiorumq; negotiorum cognitione pœnes se retenta, Francisco concessit. Quo quidem tempore, cum morbi diuturni grauissimis, atque acutissimis doloribus conficeretur,

quamuis

quamuis iam tot annos in illa acerbitate, vixisset de illis tamen omnibus vitæ, molestijs, miseraque omnino conditione, grates Diuinæ beneficentiæ, quasi acerbitates suas in beneficij loco poneret, agere solebat, nec vnquam, vel in maximis doloribus, Reipublicæ, rerumque curam intermisit. Donec perfunctus tot angoribus, cumulatis officijs vitæ maximo omnium luctu & dolore, decessit e vita. Successit FRANCISCUS, *nec doctrina literarum, nec Reipublicæ gerendæ scientia, nec gloria militari, nec vlla alia laude patri dissimilis; De cuius rebus bello, & pace gestis, quamuis a me commemorari multa potuissent, quia in ore sunt omnium, breuitatis causa prætermitto. Tu vero cum etiam num Cardinalis tum esses, omnibus ob suauissimos mores charissimus, & præter cæteros in Romana Curia obseruatus, & cultus, eam rationem iniuisti, quam etiam nunc constantissime retines, vt omnes quicumque ad tuum auxilium, opemque confugisset, eos authoritate defenderes, copijs iuuares, & pauperum præsertim inopiam omni liberalitate, tanto Principe digna, subleuares. Nec quisquam vnquam fuit, cui, si quid tecum egisset, non cumulatissime semper satisfeceris, nec quisquam tuam opem implorauit, quem non humanissime fouendum, defendendumque susceperis. Iam vero quis Nobiles comitatus tuos, & concursus primæ Nobilitatis, quæ te assectaretur, quanquam tecum semper dum Romæ esses, habuisti, videre non potuit? Et quamuis tanta domesticorum, assectarumque turba non indigeres, tamen tua semper magnificentia esse putauisti (* PRINCEPS *inuictissime,) illis in eorum periculis adesse, beneficijs omnes demereri, multos ad amplissimas etiam dignitates euehere. Nec vero se intra domesticos, tua liberalitas continebat: sed cum permaneret ad omnes, tum in afflictos, & omni humana ope destitutos fuit prolixissima. Quæ cum semper antea maxima fuisset, tum vel maxime Anno Iubilei* 1575. *Se quanta esset ostendit. Cum illa sancta piorum hominum sodalitas* SANCTISSIMÆ TRINITATIS, *nomine sociata, quæ cum Cardinalis esses, in tuam curam tutelamq; concesserat, quamuis tenui admodum re, præfato anno Iubilei, laudabili illi instituto initium dedit, vt quæ vix excipiendæ, alendæ, curandæque ægrotorum multitudini sufficere posse videbatur, non sine maxima hominum admiratione, confluentem ex omnibus terrarum partibus peregrinorum turbam, omnesque qui pietatis caussa ad Vrbem venissent, inaudito post hominum memoriam charitatis exemplo, ad circiter centum octuaginta millium omni humanitate exciperet, aleret, recrearet, nec vllum humanitatis Christianæ pietatis officium prætermitteret. Quæ quidem præclara, & Romanis hominibus digna consuetudo, tuis primum auspicijs instituta, ineunte hoc seculo renouata est, magno cum Cardinalium, Principum, ac totius Nobilitatis, tum omnium ordinum concursu, omni inter se humanitate in Peregrinos, pulchra omnino contentione certantium. Quorum Eccellens atque Illustris virtus, eo vsque progressa est, vt exterarum gentium homines tanta charitatis admiratione obstupefacti* SANCTISSIMAE TRINITATIS *Gloriam, cui hæc accepta referuntur, prædicare non desinant, & susceptæ peregrinationis labores, et iti-*

nerum molestias Romanæ pietatis vsurpatione consolentur ; In quo quidem mihi primum admiranda Dei Opt. Max. prouidentia videtur, qui quemadmodum hanc tantam, & tam aptam rerum vniuersitatem, ex nulla subiecta materia procreauit: Ita nunc tantæ hominum vndique concurrentium multitudini, quæcumque ad victum, cultumque pertineant, tam prolixe, magnificeque velit ab hac Sacra Archiconfraternitate suppeditari. Adde magnificas substructionum moles, hortorumque delicias, adductis ex imis vallibus aquis, & ad montium cacumina mirabili opere libratis: Interea Francisco, e viuis morte sublato, cum ad te, qui tunc Cardinalis eras, hæreditatis, successionisque iure, rerum summa deuenisset, summa omnium letitia, & desiderio, acceptis Principatus insignibus, fœlicissimi Imperij tui initium auspicatus es; & illud Regiæ maiestatis ornamentum Serenissimæ Purpuræ tuæ splendore Illustrius reddidisti. Tum primis illis initijs sanciendis legibus, annona procuranda, constituendis publicis rebus omnibus, certissimum omnibus pignus dedisti, & prudentiæ singularis, & felicitatis in ea Republica futuræ. In qua rerum magnificentia, tam secundo rerum omnium cursu, tantum abest, vt illa famæ popularis aura, quamuis veræ gloriæ celebritate excitata, clariorem te, aut omnibus rebus ex sententia fluentibus, insolentiorem redderet, vt ipsa te dignitas, amor ipse, charitas, veneratio, celebritasque Ciuium, ad religionis, iustitiæque integritatem retinendam, ad omnium rerum abundantiam inuehendam, ad pacem Reipublicæ stabiliendam, acrioribus stimulis incitaret. Quæ quidem omnia, quamuis illis initijs maxima, & admiranda, tamen augentur, & Illustrantur in dies, in Dei cultu religio; honestas in moribus;; veritas in dictis; constantia in factis; in communi consuetudine elegantia; vrbanitas, & summa in omnes boneuolentia, in iustitiæ administratione seueritas, multis tamen clamentiæ condimentis mitigata. Quod igitur in terris Imperium, omni bellico apparatu, copijsq; militaribus, vel mari, vel terra instructius? Quid isto tam tranquillo Ciuitatum otio, & summa in omnium rerum omnibus locis affluentia felicius? Quid ea sapientia, qua omnia moderaris admirabilius? Te Ducem Magno priscus fidei religionisq; flos sincerus incorruptusq; cum summa erga Sedis Apostolica obseruantiam, venerationem, & iuris Ecclesiastici integerrimam, & auctoritate retinetur. Nullus in terris tuis turbulentis, factiosisque ciuibus locus est, quos, & summa diligentia conquiri iubes, & seuerissimis supplicijs in eos vendicari, doctis vero, & eruditis viris, vel rei militaris gloria, vel alia virtutis laude celebratis, propositi honoris, & dignitatum præmia amplissimarum. Iam vero, quam facilis, vel minimo cuique, & quam minime violenti, & emendicati aditus? Quis vnquam a te dimissus est, qui sibi non omni ex parte satisfactum prædicaret? Quis maiore in subditos humanitate? Qui subditi maiore in Principem suum amore, obseruantia pietate? Rebus igitur tot tantisque, tam secundo cursu, letoque fluentibus, cum hæredem, & virtutis, & nominis expeteres Cardinalatus insignia frequenti purpuratorum Principum Concilio apud Sixtum Quintum Pontificem Maximum deposuisti, & quia his potissimum

mum

mum temporibus Loteringiæ Ducum gloria, inter cæteros Christianos Principes eminere potissimum, & florere maximè videbatur, eos tibi affinitate congiungendos esse putauisti. Quorum Principum nobilitas, a Troianis, vsque temporibus repetita, nouis aucta titulis, ad posteros transmissa est. Ex ea stirpe orti Goffredus, & Baldouinus, Hierosolymorum, Siciliæ, Calabriæ, Neapolis Reges, omnium gentium sermone, & litteris insignes, cuius gloriæ magnitudine, & recentibus virtutis nominibus amplificatæ commotus, Caroli nunc Loteringiæ Ducis Serenissimi, & omnibus Christiani Principis ornamentis cumulati, filiam Christianam, consortem tantæ fortunæ, & nominis inito matrimonio asciuisti. De cuius singulari modestia, humanitate, pietate, & inuicti animi celsitate, si quæ vel hominum fama circumferuntur, vel quæ comperta ipse habeo, mihi dicenda nunc essent, nunquam exitum habitura esset oratio. Quo ex tam fœlici coniugio, illa Nobilis, & stirpis indolem referta, tot liberum proles, summa Dei Optimi erga te beneficentia extitit. Qui iam, vel in teneris annis hæreditariam animi magnitudinem in omnibus dictis, atque factis, præ se ferunt. Nec tamen in eo numero consistit, tam fælix, & omnium quondàm votis expetita, nunc gratulationibus excepta fæcunditas, sed prole numerosa cum summa pace, & secundo rerum omnium cursu propagabitur. Et quemadmodum Leo X. de quo iam a nobis mentio facta est Chatarinam Laurentij, Medicæi neptis sui filiam, Henrico II. Francisci Galliarum Regis filio, tum Duci Aurelensium, postea etiam Regi inuictissimo in matrimonium dedit, sic tu SERENISSIME PRINCEPS Maria Francisci Magni Ducis fratris tui filiam Henrico IIII. Christianissimo iuxta, ac potentissimo Regi desponsatæ, Regiam illam affinitatem a maioribus tuis contractam, qua nulla, aut clariorem, aut Mediceæ genti Illustrior renouauisti. Quod igitur honorificentius esse matrimonium potuit? Quod par coniugum fælicioribus omnium sociatum? Illa, ea animi magnitudine, cum pari corporis forma, & morum elegantia coniuncta, ijs vel naturæ, vel virtutis ornamentis, sic exculta, ac cumulata, vt satis illius stirpis unde deducta est indolem ostendat; Ille ea, vel rei militaris gloria, vel Reipublicæ administrandæ prudentia, vt non eos solum, qui nunc sunt, sed & veterum illoruum res gestas longe superauerit, & quod amplius esse existimo, superiorum Galliæ Regum maiorum suorum gloriam exequarit: Quod tum denique intellectum est cum Henrico III. morte sublato, aduersantibus non Gallis solum, sed Christianis Principibus prope vniuersis, & coniunctis armis in eius exitium conspirantibus, omnibus prope humanis præsidijs destitutus; post tot periculosissimas dimicationes, tot potentissimos exercitus victos, atque deletos, post clarissimas de hostibus victorias; tot insidijs, proditionibus, periculis; inuicta virtute superatis, ius suum victor asseruit armis, & paternum Regnum sibi hæreditario iure debitum, quod æquitate non poterat, vi ac virtute vindicauit. Ita victis, domitisque toto Regno rebellibus, restinctis inte-

stina-

ſtinarum factionum incendijs, & , quo eſt animi robore, depoſita ſimul cum armis veterum iniuriarum atque offenſionum memoria, reconciliatis ſubditorum animis, ſumma pace & tranquillitate toto regno conſtituta, ac denique Clementis Octaui, Domini Noſtri Benedictione ad auſpicatiſſimi Regni initium inauguratus, fœlix Imperium, ſumma Principum externorum gratulatione incredibili omnium Galliæ ordinum letitia, maiore omnium gentium admiratione auſpicatus eſt; Et nunc quoque ſecundiſſimo rerum omnium curſu, fœliciſſimus regnat. Cum Clementi Octauo Domino Noſtro, tum huic Sanctiſſimæ Sedi Apoſtolicæ deditiſſimus, atque addictiſſimus, nec vlli maiorum ſuorum in illius auctoritate ac dignitate tuenda, & omnibus copijs defendenda, cum res poſtulauerit, futurus inferior. Nunc igitur poſt tot bellorum Ciuilium ruinas, quibus Florentiſſimum illud Regnum perfunctum eſt, & tot annos miſerrime conflictatum, Prole ſuſcepta, fœliciſſimi coniugij auſpicijs iuncti, omnium ſuorum animis (inter quos vnum me ex minimis haberi glorior) ad ſpem vlterioris fœliciſſimæ, & parentibus ſimillimæ prolis erectis, ſecuriſſimæ pacis, & tranquillitatis bonis, cum ſumma gloria perfruuntur. Multa mihi neceſſario prætermittenda ſunt, ne modum epiſtolæ excedat oratio, præſertim, cum iſta commemoratione tuarum rerum, in te modeſtiamque illam, quæ in tanta dignitate ſumma eſt, offenſura potius videatur, quam quod proſequi cupiat aſſecutura. Quid? Ne verbum quidem faciam, neque de ænea illa ſtatua, quam inuictiſſimo parenti in foro poſuiſti; neque de Liburno; tam a te magnifice munito, atque aucto, vt merito nunc Hetruriæ vniuerſæ clauis appelletur, neque de regia illa via, qua tu ſingulis annis innumerabiles viatores ex immanibus Peliæ inſidijs eruis, neque de Pio illo ſumptu, quo Piſanis, tam admirabiles ianuas illas, ex ære, quas ſæua ignis rabies liquefecerat, tum auguſtiſſimam Aedem eam, quam funeſtus idem ignis propè diruerat, neque de mirifico Artimino tuo pulcherrimo palatio, neque de ſexcentis alijs eiuſmodi rebus, quæ omnium ore celebrantur? Ne verbum quidem, ſatis enim per ſe ipſa loquuntur; Cum ergo tot, tantaque tua, maiorumque tuorum, & præſertim Magni COSMI, Patris tui extent præcipui cuiuſdam amoris, & beneficentiæ non vulgaris argumenta, cum in me, meoſque omnes primum, maximè in Antimum Marcheſanum Patruum meum, tunc Pij V. Datarium, ac Thiphernatem Epiſcopum, non carerem ingratiſſimi animi culpa, niſi ſaltem hoc qualicumque meæ erga te obſeruantiæ argumento, oſtenderem, quantum ego me tibi debere exiſtimen: Hos igitur informes fructus laborum, & vigiliarum mearum; ea qua, ſemper erga me, meoſque omnes vſus es humanitate excipies; qui cum nihil ex ſe ſplendoris, aut luminis habeant, omnem, a te expectant, & auctoritatem, & dignitatem ſuam, facileque, vel ipſius inuidiæ maledicentiam contemnent, ſi in manus hominum lucemque cum Sereniſſimi tui nominis inſcriptione prodeant. Quod ſi vt ſpero feceris, maximus ad omnia tua erga me beneficia, eo nomine cumulus acceſſerit.

AD

AD SERENISSIMVM
FERDINANDVM MEDICEM
MAGNVM HETRVRIÆ DVCEM TERTIVM.

In Io. Baptiſtæ Marcheſani libris.
Ioſephi Caſtalionis Carmen.

On quia ſplendoris quidquam ſe adiungere laudi
Poſſe tuæ ſperet, docti monumenta laboris
Nunc Marcheſani pietas tibi dedicat ardens;
Sed quo ſuſceptum primis teſtatur ab annis,
Conſtanterque tui cultum per cuncta retentum
Tempora, Thirenæ regnator maxime terræ,
Nec ſolum hoc voluet ſeclum, ſolique Quirites
Scripta tuum in ſumma nomen geſtantia fronte.
Illa celebrabit ſexcentos Lector ad annos
Illa teret ſiculus, Marſuſque, Padique profundi.
Accola, trans Alpes etiam, aeriamque Pirenen,
Horriferi & gelidas venient Aquilonis ad oras.
Nullum non aeuum, nullus non angulus orbis
Cum Marcheſani libris manſura tuorum,
Et tua de rebus norit præconia geſtis.
Ter fortunatos occaſus, & ortus etruſcos.
Ingeminans dicet, placida quos pace tuendos,
Ornandoſque tuo ſuſceperis ipſe labore.
Non tibi prætulerit laudati tempora Regis
Pompilij quiſquam, nec te præſtantior alter
Iuſtitia, cultuque Dei celebrabitur vnquam;
Tuſca redundanti per te beat oppida cornu
Copia, per te axem Iidorum gloria pulſat.
Quin & opes validas implorant extera Regna
FERDINANDE tuas, & tecum fœdara iungunt,
Gallia coniugijs Tuſcos regalibus ambit
Permiſcetque ſuo Thirenam ſanguine prolem.
HENRICI in Thalamos olim Medicæa Secundi
Venerat, & Regni tulerat Catharina coronam,
Vnde orti Reges, coniux vnde aurea nata,
Eſt CHRISTERNA tibi, natorum prole beata,
Et nunc pacatis HENRICVS deligit oris
Conſortem Quartus MARIAM, Regnique thorique,
Quam tuus AVSTRIACA ſuſcepit coniuge frater.
Progeniem exultans, hinc ſperat Gallia pulchram,
Quæ terris latè quondam dominetur auitis.

AVCTOR
AD BENIGNOS LECTORES IVRIS STVDIOSOS.

I vt a ſapientiſſimis viris ſæpius vſurpatum eſt, ager non ſemel cultus, ſed iteratus, & nouatus, fructus afferre lætiores, atque vberiores ſolet: non ſibi mirum videbitur (Lectoroptimè) ſi hoc opus meum, non ita multos ante annos editum excudendum iterum, atque emittendum curauerim. Quamuis enim magno omnino ſtudio antea elaborauiſſem, ne quid a me, quod quidem dignum ſcientia, & animaduerſione in hoc toto genere eſſet prætermitteretur. Tamen, quia & primi factus eſſe rudiores ſolent; multaque ſemper a maximis ingenijs excogitantur in dies; dimiſſum ſuperioribus annis opus reuocandum, ac retractandum putaui, vt quæ minus diſtinctè, minus explicate expoſita a me fuerunt antea, nunc ſuis quæque locis aptius, commodiuſque diſpoſita atque digeſta; additis etiam, quamplurimis doctiſſimorum hominum inuentis, & ornatiora, in manus hominum redirent, & locupletiora. Quamobrem hoc inſtitutum tenui, vt nihil omnino mandarem litteris niſi, quod a ſapientiſſimis viris, & in hoc Apoſtolico conſeſſu magna ſemper cum doctrinæ, ac prudentiæ laude verſatis, eſſet, aut dictum grauiter, aut prudenter, animaduerſum, aut ſapienter conſtitutum. Vt & eorum memoria, qui nobis hæc tam ſalutaria inſtituta, ſuis laboribus peperiſſent, in libris meis conſeruaretur. Et aliquid a me, quod publice conferret, quantum quidem in me eſſet proficiſceretur. Atque harum quidem rerum vtilitas, quam late in iudicijs pateat, vel ex ea authoritate, quam ſemper vbique ſanctam, & inuiolabilem obtinuerunt, intelligi poteſt. Vt quamuis nullæ aliæ me cauſſæ, ad huius operis confectionem impulliſſent tamen hæc vtilitatis magnitudo ſatis apud me virium fuiſſet habitura. Quæ quidem quanta futura ſit, ijs potiſsimum, qui ſe ad iuris prudentiæ ſtudium contulerunt, malo te (Lector) ex ipſius perceptione, quam ex mea oratione cognoſcere. Quippe ad hoc Apoſtolicum Signaturæ Concilium, grauiſſimæ quotidie controuerſiæ, & de rebus maximis, quæſtiones, ex omnibus terrarum partibus, tanquam ad certiſſimum oraculum afferuntur, eaque maximorum virorum, & in hoc ordine principum, prudentia agitantur, definiuntur, explicantur. Quod quidem, vt more noſtro loquar, ex cauſſarum commiſſionibus, quæ vbique gentium percipiuntur, intelligi poteſt. Quarum ego formulas, quæ magis in vſum veniunt, ad Tironum præſertim compendium, certis locis inſerendas putaui. Sed breuiter, præſertim cum generales clauſulæ, ex alijs formularum libris excerpi facile, atque erui poſſint. Quod ſi hoc meum ſtudium multorum expectationi, minimè fortè reſpondeat, & ſi quis in tanta rerum, quæ pertractandæ fuiſſent multitudine, aliquid aut prætermiſſum, aut non ſatis exornatum, aut minus diligenter explicatum, exiſtimabit: recordetur oportet, in magno opere non labi, deſiderandum potius eſſe, quam ſperandum. Equidem in id vnum elaboraui, vt non intellexiſſe potius multa, quam pauca neglexiſſe viderer. Omnium autem habere memoriam, & in nullo deficere, humanitatis vires excedit, cum nihil ſit tam in rebus humanis perfectum, tam omni ex parte cumulatum, cui non aliquid adijci, vel non detrahi poſſit. Præſertim in tanta rerum implicatiſſimarum difficultate, quæ cum alijs ex rebus, tum vero maxime ex frequenti ſtili mutatione naſcitur, qui quidem ita variatur in dies, vt nihil iam priſtini, nihil priſci, & ſui retinere videatur. Quæ ergo in aliorum libris ſparſa, & varijs locis poſita, non ſine labore quærerentur, hic in vnum quaſi corpus digeſta,

sta, & suis locis collocata Lector inueniet aliter, nempè lucidius, faciliusque, teste Salic. in l. filium quem, num. 33. ff. fam. hercisc. veritas haberi nequit, quam si materia connexa continuetur, cum ex sparsim positis, error potius inducatur, quam veritas. Prosequar ea tantum, quæ ad institutum pertinebunt, nec susceptæ tractationis fines egrediar, nec quicquam ex alienis materijs inculcabo, nisi si quid, ita se forte obtulerit, vt prætermitti non possit: Quæ ergo sic occurrerent, vt vnusquisque, quid, quaque in re tenendum, aut sequendum sit iudicare valeat, ne aut vagetur animus, aut distrahatur, breuiter attingam. Difficultates autem alienas, quæ passim incidunt, & inuolutos occurrentium quæstionum nexus dissoluere, non est instituti mei. Quare Lectorem ad iuris interpetres remitto, ex quibus plenius, vt e fontibus hauriat. Hoc igitur tua potissimum (Lector) caussa, a nobis susceptum opus, atque elaboratum, perfectumque est. Si dignum existimaueris, quod in manus sumas, opere precium fecero. Sin aliquam etiam vtilitatem, quod spero collegeris, omnes meos labores bene, vel hoc vno nomine positos, & collocatos putabo?

MARCVS ANTONIVS ZERLA
ROM. V. I. D. AD LECTOREM.

Callida pragmatici vis dogmata noscere iuris?
Huc ades, & latij Rex simul esto fori
Hanc Marchesani tractat tua dextera praxim,
Qua ve regit causas, hæc regat arte tuas.
Crede Gygis digito versabitur anulus, extra
Verte, obuerte, alijs & tibi clarus eris.

TITVLORVM AC COMMISSIONVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM INDEX.

In quolibet capitulo maiori possibili breuitate, commissionum magis in Ro. Cur. vsu receptarum, formulas reperies.

Dilecto Filio Magistro Ioanni Baptistæ Marchesano Iuris Vtriusque Doctori, Ac in vtraque Signatura Nostra Referendario, Nec non Prælato Nostro Domestico.

CLEMENS PAPA VIII.

Ilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Sanè sicut accepimus dudum, fel. recor. Gregorius XIII. prædecessor noster, per eum accepto, quod praxim seu tractatū Commissionum, siue rescriptorum vtriusque Signaturæ in duas distinctas partes composueras, ac in lucem edere intendebas, sed verebaris ne postquā impressum foret, alij te inscio, idem opus prælo committerent, vt tuæ indemnitati hac in parte consuleret, motu suo proprio tibi concessit, & indulsit, ne quis dictum opus nondum ab alio impressum ad decem annos à prima illius editione numerandos, absq; tua licentia imprimi facere posset, prout in cedula dicti Motus proprij super inde sub datum Quartodecimo Kal. Maij Pontificatus dicti Gregorij prædecessoris Anno primo expediti, cuius solam Signaturam sufficere voluit, plenius contineri dicitur. Cum autem sicut nobis, etiam nuper innotuit, tu ad publicam vtilitatem, ac vberiorem vitæ, & fori vsum, idem opus, quod ad causas ordinandas, decidendasue plurimum conducit satis laboriose multo tempore laboribus, atque vigilijs auxeris, & sic auctum denuo excudi in meliorem, ac vberiorem formam facere decreueris. Nos considerantes quod si illud absque tua licentia imprimeretur, id ipsum in maximum tuum præiudicium tenderet, & propterea tuæ indemnitati in præmissis prouidere volentes, te a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, a iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendi harum serie absoluentes, & absolutum fore censentes MOTV simili, non ad tuā, aut alterius pro te nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, et ex certa scientia nostra, tibi ne quis in toto statu Ecclesiastico nobis, & Apostolicæ sedi mediate, vel immediate subiecto, opus præfatum sic adauctum, nec dum impressum, postquam tamen a dilecto Filio magistro sacri Palatij recognitum, & approbatum fuerit per 15. annos post primam illius diuulgationem, seu editionem, aut a fine dicti decennij incohoandos, a quocunque vel quibuscunque quocunque quæsito colore, causa, vel occasione, sine tua expressa licentia imprimere, seu imprimi facere, aut illud ab alio, vel alijs vbilibet impressum vel imprimendum vendere, seu etiam venale habere, vel exponendum tenere possint, tam in eorum officinis, quam alibi, vbilibet, præterquam de voluntate, seu licentia tua, Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Qua propter vniuersis, & singulis vtriusque sexus personis præsertim librorum impressoribus, & bibliopolis quibuscunque in terris Sanctæ Romanæ ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis constitutis, sub quingentorum ducatorum auri de Camera, ac amissionis librorum, fisco nostro ipso facto applicandorum pœnis, si & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem, etiam ipso iure, & facto absque alia declaratione incurrenda, inhibemus, ne spatio dictorum 15. annorum durante, sine supradicta licentia opus præfatum vendere, seu venale impressum habere, nec imprimi facere, aut aliter quomodolibet, vt supra habere, audeant. Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, episcopis, eorumque Vicarijs seu officialibus in spiritualibus generalibus, & in statu temporali Sanctę Rom. Ecclesiæ etiam Legatis, & Vicelegatis Apostolicæ sedis, & ipsius status Gubernatoribus cæterisque iustitiæ ministris, vt quoties pro parte tua fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, tibi efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa ad omnem tuam simplicem requisitionem contra inobedientes, & rebelles, per censuras Ecclesiasticas, etiam sæpius aggrauando, & per alia iuris remedia, Authoritate Apostolica, exequantur, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachij secularis, sicque in præmissis ab omnibus censendum, & ita per quoscunque iudices, & commissarios, tam ordinarios, quam delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpetrandi facultate, iudicari, & diffiniri debere, Ac irritum decernimus, & inane, quicquid secus super his a quoquam quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac apostolicis, prouincialibus, & sinodalibus constitutionibus, & ordinationibus specialibus, & generalibus, nec non etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitatę alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apostolicis etiam supradictis, aut quibusuis alijs personis sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam Motu proprio, & scientia paribus ac alter quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad uerbum, non autem per clausulas generales, idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma in hoc seruanda foret, illis aliter in suo robore permansuris, hac vice duntaxat sppecialiter, & expressę derogamus. Cęterisque contrarijs quibuscunque, Et quia difficile foret admodum præsentes ad omnia, ex singula loca deferri. Volumus, ac authoritate præfata decernimus, quod præsentium earundem transumptis, vel exemplis etiam in ipsis operibus impressis, plena & indubitata fides adhibeatur, tam in iudicio, quam extra, quę præsentibus adhiberetur. Datum Romæ Apud Sanctum Marcum sub anulo Piscatoris die 27. Aprilis 1599. Pontificatus nostri anno octauo.

Anton. Rabeus. A Santinellus

PSAL.. XVII.

Subdis populos ſub me.

AVſpicijs Regina tuis Hetruria felix
Præſidis auguſti leges, placidasque ſecures
Diligit, & Pacis gremio ſecura quieſcit
Ut priſci reparent ſecli virtutibus aurum,
Cultorem tu Diua tuum populumque, Ducemque
Reſpicies, genus humanum quæ Prole beaſti.

COMMISSIONVM SEV RESCRIPTORVM VTRIVSQVE SIGNATVRAE,

R. P. D. Io. Baptistæ Marchesani in eisdem Referend. Praxis, siue Tractatus Partis primæ Cap. I.

DE SANCTISSIMI D. N. PAPAE VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIIS.

SVMMARIVM.

1 *Referendarij, ante iuris ciuilis ædi tionem instituti.*
2 *Referendarij ita vocati semper fuerunt.*
3 *Referendarij maximis laudibus a iure ciuili decorati.*
4 *Onus, quare absque h, & honor cum h, scribatur.*
5 *Referendarij quare ita pariter hodie nuncupentur.*
6 *Referendarij vnde dicti.*
7 *Referendarij quare Patres, & magistri, dicãtur.*
8 *Referendarij quale sit munus.*
9 *Referendarij Papæ domestici, familiares, & Sedis Apostolicæ sunt ministri.*
10 *Referendarij antiani, alios præcedunt.*
11 *Referendarij Illustres sunt.*
12 *Referendarij abesse a Ro. Cur. absque Papæ licentia non deberent.*
13 *Referendarijs multa concessa fuerunt priuilegia.*
14 *Referendarij, quare rochettum, & a quanto tempore citra deferant.*
15 *Princeps de quæstione iuris, non facti est consulendus.*
16 *Papa omnia iura in pectoris scrinio habet, & quomodo.*
17 *Referendarij quales esse debeant.*
18 *Referendariorum, quale in expediendis commissionibus sit munus.*
19 *Referendarij, ea, quæ in Signaturis tractantur, silere deberent.*
20 *Commissio, & supplicatio inter se differunt.*
21 *Commissio semel in Signatura repulsa, nõ iterum proponenda.*
22 *Referendarij, quibus in proponendis commissionibus vti uerbis deberent.*
23 *Supplicare verbum latissime sumitur.*
24 *Signatura iustitiæ, qualiter diuisa ab illa Gratiæ fuerit.*
25 *Referendarij, vt commissiones claris verbis loquantur curent.*
26 *Referendarius ignoranter, aut malitiose ommittendo, peccat.*
27 *Pontifices multi qui prius fuerunt Referendarij.*
28 *Cardinales hodie viuentes, prius Referendarij.*
29 *Commissionum, aliæ curiales sunt, aliæ extra curiam diriguntur.*
30 *Signatura, quo ad consistentia in iure rescribit.*
31 *Supersessoriæ forma, & quando, ac quomodo sit concedenda.*
32 *Supersessoria extra curiam, quomodo detur.*
33 *Supersessoria de iure non potest denegari.*
34 *Supersessorias concedere, cuius sit munus.*
35 *Supersedere verbum, quomodo accipiatur.*
36 *Supersessoriæ non parens, punitur irritatis omnibus post eam gestis.*
37 *Supersessoria continere diem datæ debet.*
38 *Supersessoria quare non detur in Rota.*
34 *Personarum acceptio in iudicijs non est habenda.*
35 *Suffragia libere danda, & com. fideliter proponenda.*
36 *Referendarij in receptione ad officium quare iurent.*
37 *Distinguens bene, proximus est veritati.*
38 *Referendarij, dum de illorum interesse agitur, signaturam egrediuntur.*
39 *Referendarij in concursum proponentes, quomodo se gerunt.*

A Referen-

40 *Referendarij non edocti, a voto se abstinere debe rent.*
41 *Referendarij iura partium integre recenseant.*
42 *Commissiones, vel supplicationes gratiam continentes, a solo Papa signantur.*
43 *Commissiones non signatę, litis pendentiam non inducunt.*
44 *Commissiones quales sint signaturæ iustitiæ.*
45 *Referendarij suffragia habentes qui sint.*
46 *Suffragijs paribus, non dicitur commiss. expedita.*
47 *Signatura gratiæ, ac illa iustitiæ, quibus coaduneniur diebus.*
48 *Signaturę gratiæ Papa, ac iustitiæ Illustr. prefectus Cardinalis assistit.*
49 *Oratio ante Signaturam legitur.*
50 *Signaturę, qualis Ordo sit in proponendo.*

De Sanctissimi D. N. Papæ vtriusq; Signaturæ Referendarijs.

1 VAM ante iuris Ciuilis æditionem Referendarij fuerint, nemo est in Lampridij scriptis, vel parũ versatus, qui ignoret. Hic enim in vita Aelij Adriani Imperatoris inter alia de eius laudibus illud memorabile tradidit, solitum fuisse Adrianum assidue prudentum iure peritorum vti consilio, ita vt, non modo dum in consilijs preesset, cum eis de rebus propositis communicaret, ac illas de voto ipsorum diffiniret, sed dum in itinere Prouincias visitando oppida restitueret, augeret ordines, eosdem, & consultores, & qui Populorum preces audirent, auditasque referrent, perpetuo adhibuit, quod adeo in exemplum sequẽtibus Imperatoribus abiit, vt Septimius Seuerus, qui plurimi, Sceuolam consultorem fecerat, Papinianum, Sceuolæ discipulum, Prętorio Pręfectum, & in fisci aduocatione eidem successorem constituerit ac tãdem moriẽs, Bassianum, & Getam filios suos hæredes Papiniano commendauerit: Huic assessores fuere, Iulius, Domitius, Vulpianus, & Paulus ipse, qui de Papiniano prætorij pręfecto mentionem fecit, in l. Lecta. ff. si cert. peta. Crescente etenim ciuitate, ac totius orbis ad eam concurrentibus negotijs, omnia per se ipsos explicare Imperatores haud poterant, propterea (vt tradit Pomponius) in l. 2. ff. de orig. Iur. qui præerant, agendi genera composuerunt. Vnde non tantum iureconsultis, quorum cõsulere munus est, & diffinire, sed oratoribus etiam factus est locus, vt innuit Cicero lib. 1. de Orato. Ac si iam (inquiẽs) sit causa aliqua ad nos delata obscurior, difficile credo sit cum hoc Sceuola communicare, quamquã ipsi omnia, quorum negotium consulta ad nos, & expedita deferunt. Ommitto alios, de quibus non rarus apud nos fit sermo, sequentibus Imperatoribus carissimos, qui sua prudentia, & legum disciplina in iustitiæ administratione eisdem assistebant, & sapientissimo eorum consilio de Imperatorum mandato, controuersias dirime-
2 bant. Quod vero proprio nomine Referendarij dicerẽtur, eorumve munere fungerentur, ex Titulo de Referendarijs Sacri Palatij in Autenticis colligitur, vbi eorum numerum quatuordecim, ad octo tãtum restringit, reformatque Imperator, quemadmodum enim priuatio præsupponit habitum. l. decem, vbi Bar. & Doc. ff. de verb. obliga. c. ad dissoluendum, de dispens. impub. ita reformatio institutionem, existentiamque rei, quæ reformatur, neque enim reformari, & ad numerum octo reduci poterat, quod non extitisset, argum. l. Videamus, §. in fauorem, ff. de vsufr. c. fi. §. re-
3 stitutio. 2 q. 3. Quanta autem in veneratione haberentur: ex nominibus, quibus ab ipsismet Imperatoribus vocantur; decoranturve, cognosci potest. Vocantur in quam Consiliarij, Spectabiles, Vtiliores Patres, alijsque honoris vocabulis, & si onus audiendi quotquot ex vniuersis Imperij Romani Prouincijs ad Imperatores recurrebant ad eos spectabat, necessario concludendum, vt & honore amplissimo affici, & iuxta regulam, quem sequuntur commoda sequi debent incommoda, qui portat onus, honorem quoque ferre debeat.
4 Hinc vulgare illud circũfertur, quod verbum onus absque H. aspiratione scribitur, vt sicut absque aspiratione facilius profertur, & leuius sonat, ac etiam faucibus exit, ita omnes illud fugiunt, honorem vero, quem omnes quærunt, & quæsitum non facile, nec libenter dimittunt, cum H aspiratione scribunt Gramatici: itaq; si Referendarij sustinent id, quod ab omnibus euitatur, æquum est, vt etiam, quod ab omnibus communiter optatur, habeãt, Io. And. & Imol. in c. ad aures, de rebus eccle. non alienand. Rebuf. sup. concord. Franc. in rub. de collat. §. 1. in verbo onus, vers. nota tamen

5 ta tamen. De quibus, vt ex instituti nostri
ratione aliqua dicamus, ideo Referenda-
rij dicuntur, quia Papæ, omnium Principi,
porrectas preces, vel causas referunt, siue
deferunt, à deferendo, siue referendo di-
6 cti, teste Innoc. in cap. ex literis numero
tertio vers. & quidem libellus de restit. in
integ. Vtque subdit Specul. in Tit. de sup-
plic. §. primo, numero primo, eorum est
munus porrectos libellos supplicatorios
Papæ accipere, causasque coram ipso in-
7 troducere; Vnde bene Patres ab Impera-
tore in præfata Aut. dicti fuere, & Magi-
stri hodie vlterius dicuntur, maximo ho-
nore, authoritate, & veneratione muni-
ti, quia iustitiæ iugo subdendo, cęteros
virtutibus, & operibus erudire, ac vt Pa-
tres gubernare, doctrina, exemplisque
ędificare debent cap. in Decima 18. quęst.
8 2. Electi nanque & adinuenti, pręcipue
duodecim ex eis antiquiores, fuere, sic
Gomes. dictante in compen. vtr. sign. nu.
6. vers. superest, ad hoc; quia Papa Catho-
licæ Apostolicęque sedis Princeps, conti-
nua negotiorum multitudine prępeditus,
tot, tantasq; supplicationes, vel causarum
commissiones legere, siue, vt par est, exa-
minare non valens, coram eis, partibus in-
terdum citatis, diligenti studio, & infor-
matione discutiantur, priusquam in ali-
qua ex signaturis, (si ea dignæ iudicatæ
fuerint) referantur, proponanturve, vt
9 latius infra subnectam. Sunt nanque Papę
domestici familiares, & continui com-
mensales, Sanctæque Sedis Apostolicę mi
nistri, ac cæteris Romanæ Curię Officia-
libus pręcedebant, vti consultores, perso-
næ Papæ immediate assistentes, alijsque
collegijs antiquiores, vt ibi Gomes. Quam
10 uis hodie inter ipsos tantum ratione anti
quitatis seruetur Veral. decis. 33. nu. 5. p. 3.
vtque Doct. Martha in trac. de trib. vrb.
cap. 7. num. 21. asserit, omnes ex fel. rec.
Sixti Quinti Pont. Max. priuilegio Illustres
11 sunt. Quare dictis de causis à Rom. Curia
12 abesse minime deberēt, Papa inconsulto
arg.° tex. in l. si quis decurio vbi Bar. C. de
13 Decur. lib. decimo. Iamiam per tot Sum-
mos Pontifices maximis Priuilegijs, præ-
rogatiuis, & gratijs expectatiuis, in qui-
bus cæteris pręferebantur muniti, quia de
proprijs eorum pecunijs, & patrimonio
erogando, die noctuque oculis apertis,
ad leonis instar inuigilando, Sanctissimę
huic Sedi maximis laboribus, & vigilijs
inseruiere, ac inseruiunt, vt ex diuersis
Summorum Pontificum Bullis, ac scri-
bentium testimonio secernūtur, Gomes.
& Doct. Martha loco citato, numero vi-
14 gesimoprimo. Quibus signaturæ Sanctita
tis suæ assistendo, ac quando Nuntio-
rum munere funguntur, vel gubernijs,
alijsve actibus publicis præsunt, Felicis
recordatio. Paulus Papa Quartus, in iuris-
dictionis decidendi, declarandi, interpre-
tandi, ac maioris honoris signum, roc-
chettum deferre mandauit, sanxitque. Et
15 licet ea, quæ Principi placent, legis vigo-
rem habeant §. sed quod Principi, instit.
de iur. nat. gent. & ciuil. & ob id de facti
quęstione, nisi pro gratia, minime Prin-
ceps consulendus sit, sed bene de in iure
difficillimis, & quia Sāctissimi, ac Pruden-
tissimi Pontifices, cæterique Principes,
neminē pręter Deum in superiorem co-
gnoscentes, eo ipso, quod summum Apo-
stolatus apicem, vel respectiue Principa-
tum sunt assecuti, omnia iura in scrinio
pectoris (pręsumptiue tamen) habere di-
cuntur, ob id quamuis consilia requirant,
tamen de quadam honestate id faciunt,
ac præcipue, ex consuetudine inueteratis-
sima summi Pontifices Referendario-
rum studijs, laboribus, & fidelitate vtan-
tur; vt per Felynum in rubr. de constitu-
tion. numero primo, & vndecimo: cum si
libet, de per se omnia facere sine proce-
rum consilio, & assensu, quibus medijs
recte omnia gubernantur, valeant, sed ne-
gotia explicare non soleant, Dec. in l. fin.
num. primo, & melius Ias. numero qua-
dragesimotertio. C. de pactis. & elegan-
tius idem Ias. in l. placet prima lect. nume-
ro nono, & secunda lect. numero vndeci-
mo, C. de Sacrosanct. eccles. Omnis nan-
que scientia, & omnis ratio, in vno capite
residere nequit, integrumque iudicium
est, quod plurimorum sententijs guber-
natur cap. prudentiam in fi. de Officio de-
17 leg. Quare Referendarij Papæ assisten-
tes, ac alij Principum, iustitiæque mini-
stri, vt dixit Iac. de Beluis. in sua prax. in
rubrica quot sunt caus. numero cente-
simoseptuagesimo, debent esse arbor, fru-
ctifera, robusta, valida, & firma, nec ad
venti cuiuslibet flatum agitari, Non venti
orientalis, affectionis, & parentelæ ra-
tione, Non occidentalis, pręmiorum mu
nerum, vel pecuniarum amore; quæ sę-
pe sapientum excęcant oculos, vnde ha-
betur Esaiæ capitulo trigesimoquinto,
qui excutit manus suas ab omni munere,

ifte in excelfis habitat, capitulo qui recte iudicat vndecima quęftione tertia. Non meridionalis, timoris, obfequij, vel potentiæ caufa, ob id fapiens exclamat, diuitis nec pauperis in iudicio ne miserearis. Non feptentrionalis, liuoris, odij, vel inimicitiæ refpectu, Immo omni femota paffione; Deum folum prę oculis habendo fint firmi, fortes, veridici, ac liberi, non ad dexteram vel ad finiftram declinantes, feu claudicantes, fed æqua lance, vt truncus fortitudinis, cortex veritatis, ac medulla ęquitatis, tam pauperi, quam diuiti benignas præbendo aures, vt dixit text. in l. rem non nouam prope finem, C. de Iudic. fcituri, quod non magis alios (ficut cæteri omnes alij Iudices) iudicabunt, quam ipfi iudicabuntur, maiufque, & terribilius iudicium ipfis erit, quam partibus, fi quidem litigatores fub hominibus, ipfi autem Deo infpectante adhibito, caufas trucidandas proferunt l. quod fi Ephefi, ff. de eo. quod cert. loc. Quare rurfus habetur fapient. capitulo fexto, Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum, quoniam data eft vobis poteftas à Domino, & virtus ab Altiffimo, qui interrogabit opera veftra, & cogitationes fcrutabitur, quoniam cum effetis miniftri regni illius, non recte iudicaftis, neque cuftodiftis legem iuftitiæ, neque fecundum voluntatem Dei ambulaftis. Horrende, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium duriffimum in ijs, qui præfunt, fiet, exiguo enim cōceditur mifericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim fubtrahet perfonā cuiufquam Deus, qui eft omnium dominator, nec verebitur magnitudinem cuiufquam, quoniam pufillum, & magnum ipfe fecit, & æqualis cura eft ipfi de omnibus. Fortioribus autem fortior inftat
18 cruciatio. Fideliter quoque in proponendis, ac fignandis commiffionibus, partium intereffe circumfpecto, ac confiderato, vt
19 latius in commiffione auocationis caufarum dicam, gerere fe debent, tanto magis in illis reticendis, cuftodiendifue, quæ in ambabus fignaturis tractantur, geruntur, & loquuntur, id nanque Patres illos hifce in primarijs mundi tribunalibus, libere pro iuftitia loquētes, inimicitiæ, odij, aliove mætu retrahere, iftifque de caufis eorum fuffragia, quæ fecundum confcientiam vifum hominis non afpiciendo dare tenentur reticere forfan poffent, nec alia patefacere, multa prętermittendo, quę iuftitiam, & partem lęderent. Optime itaque Gregorius Decimus tertius fel. recor. in minoribus in Romana Curia verfatiffimus, qui ex noftris Referendarijs interdum fuit, præfatorum non ignarus, excommunicationis latæ fententiæ, alijfque Sanctitatis fuæ arbitrio infligendis pęnis, præmiffa reuelantes reos futuros ftatuit, Quod fano modo intelligas velim, manifeftando talis & talis id dixit, vel in eam deuenit fententiam, fed in generali, id fignatura cenfuit, vel in ipfa refolutum extitit, non prohibetur dicere, quia ex huiufmodi obfcura generalitate, cum innumeri affiftant, loquentis perfona, dummodo expreffe non nominetur, minime dignofcitur, quæ omnia S.D.N. Clemens VIII nō folū quo ad fuffragia, verum etiā ad cętera alia, quæ caufarum occafione loqui contingit, fub pęnis fanctitatis fuæ arbitrio repofitis ampliauit, innouauitque: nō enim decet, ea quæ coram Papa, ac primo orbis iuftitiæ Tribunali geruntur, & pro veritate, quæ fæpe odium parit, liberè loquuntur, manifeftare, ne malum ex eo, quod bonum confequi nequeunt, reportent, neve detegenda detegere, fiue replicare ommittant, quia fub filentio multa præterire poterunt, aut Signaturas frequentare ceffabunt; Vnde Innocent. in capit. nouit ille numero quarto de iudic. dixit, nimis eft denunciantibus graue, fi a fuis negotijs propter hoc defiftere deberent, vel inimicitias, vel pericula incurrerere, & licet bonum denunciare fit opus, non tamen tenemur in hoc ad precife. Itaque iureiurandi ab initio præftiti memores fint: & hæc fufficiant, circa
20 hoc. Referendariorū Officium eft, femperque fuit, aut fupplicationibus in caufis beneficialibus, quæ a Papa fignandę non veniunt, in capite manus dexterę, eorum nomen, & cognomen infcribere, & præfatæ fupplicationes per conceffum ordinarie expediuntur: aut in refcriptis, quæ commiffiones nuncupantur, vel fupplicationibus propofitis, pariter id facere ad hoc, vt qui negocium retulit, ac dimifit, dignofcatur. At fi difputatione opus effe, aut citatione partis putauerit, illa tempore opportuno, ac in decretis affignato vocata, in ea Signatura, cui adaptari negocium dijudicauerint, de ipfo tractare fuum erit, fecundum Specul.

in titulo de supplic. §. supplicare, numero
21 duodecimo, & trigesimo. Quare inter supplicationem, & commissionem merito datur differentia, quia semel tantum supplicatur, & ordinarie post sententiam
22 bis appellatur. Vnde in reformatione Tribunalium Vrbis, Pius Quartus rec. memoriæ, ne iterum repulsæ commissiones proponerentur, tam in Signatura gratiæ, quam iustitiæ, sine Sanctissimi expressa licentia, vel respectiue Illustrissimi Cardinalis Præfecti, ad infinitas partium vexationes, & indebitas expensas tollendas,
23 sanctissime sanxit. Proponente Referendario coram Sanctiss. D. Nostro vtitur verbo, supplicat Sanctitati vestræ magis commodo, propter assistentiam Papæ in mundo primarij, & in Signatura iustitiæ, in qua Papa non assistit, arbitrio proponentis, dici poterit petitur, instatur, & similia, vt aliqua inter præfatas Signaturas differentia secernatur, & quia maior humilitas coram Papa in precando est ad-
24 hibenda, & eo magis, quia verbum supplicare latissime pro qualibet precum porrectione accipitur, & pro quadam Principis largitate, qua mediante omnia male gesta retractantur, late Abb. in cap.
25 ex litteris de restit. spoliat. Diuisæ fuerunt præfatæ Signaturæ sub Alexandro Papa Sexto, nam prius vsque ad Pontificatum Sixti IIII. diuersimode procedebatur, vt per Gomes. in Proh. vtriusque Signat.
26 Si commissio sub verborum inuolucro, tacitis circumstantijs, rebus substantialibus, siue obscure fabricata, Referendario expedienda porrigi contingat, vt ex ordine omnia claris verbis, & rite exprimantur, puta status causæ, negocij, de quo agitur, iudicij, qualitas personarum, loci, & alia secundum facti occurrentiam opportuna; enixe satagere debet, maximaque cura, & diligentia vtatur, & quia ob negotiorum diuersitatem certa regula dari nequit, omnia eius arbitrio erunt reposita, & ideo præmissa custodire pro uiribus debētur, quia si aut ignoranter, aut
27 malitiose aliquid ponat, vel ommittat, vltra quod eius existimatio læditur, consciētiaque oneratur, in foro Poli, si aliquid præiudicij parti inferatur, ad resarciendum, seu restituendum de proprio tenebitur. Quam innumeri tum priscis, tum nostris temporibus ex sacro Referendariorum consessu, patres Purpurati, & ex inde Pontifices Optimi Maximi selecti fuere? Vidi ego Iulium Tertium, Ioannem Mariā de Monte Politiano, Pium illū IIII. Mediceum Mediolanensem, Gregorium XIII. Vgonem Boncompagnum Bononiensem, Vrbanum VIII. Io. Baptistam Castaneum Romanum, & Innocentium IX. ex Fachenetorum genere Bononiæ ortum, tandem S. D. N. Clementē VIII. ex antiquissima, nobilissimaq; familia Aldobrandina Florentina, ex qua semper litteratissimi viri floruerūt quē ad sui nominis gloriā nobis diutissime Dñs cōseruet S. Ro. Eccl. Card. multi sunt: Dominicus Pinellus Genuensis, clarissimo genere ortus, clarior factis, post Cam. Apostolicæ clericatum solertissime functū, Archiepiscopatū Firmanum sanctissime gubernatum, Prouinciatum Flaminiæ, Perusiæ, Vmbriæque legationes summa prudentia absolutas, nunc Sanctæ Mariæ Maioris Archibresbyter, sanctissimæ Inquisitionis tractandis deliberandisque negotiis antiquior præsidet. itē Antonius Saulius Genuēsis, antiquis nobilibus natus, sub Pōtificatu, fel. rec. Greg. XIII. primum Nūtius ad Serenissimum Sebastianum Portugalliæ Regem, deinde eodem munere Neapoli functus, Genuæ Archiepiscopus virtute, religione, doctrina, & probitate spectatissimus, in maximis sanctæ Sedis Apostolicæ rebus laborans, se tanto munere dignissimum ostendit. Euangelista Pallottus, e Caldarola Camerinensis Diœcesis, olim Sixti Quinti Datarius, Basilicæ Sancti Petri Archipresbyter, Archiepiscopus Consentinus, uir summa charitate, & religione præditus, in Ecclesia, & Monasterio a fundamentis erigendo, ac dotando intentus, ad Dei Omnipotentis gloriam, Patriæ vtilitatem, & ornamentum, omnes penè suas facultates magnificentissime impendit: Benedictus Iustinianus Genuensis, amplissimo, luculentissimoque genere natus, Vincentij Iustiniani, ab eternæ memoriæ Pio Quinto, in Cardinalium Collegium relati, nepos, vir in omni ætate eximius, & in omni munere præclarissimus, is florente adhuc ætate patruo tanto orbatus, a Greg. XIII. in Prelatorū numerū, ac in vtriusque Signaturæ Referendariorum Collegium ascriptus, adeo se grauiter, prudenterque gessit, vt postea Sixtus Quintus, cum de eligendo Sanctæ Sedis,

& Cameræ Apostolicæ Thesaurario putaret, ex plurimis ad id munus aspirantibus, in vnum Benedictum Iustinianum oculos, mentemque conuerterit, ac eundem Thesaurarium Generalem fecerit, quo in officio adeo excelluit, fidelitatem, ac diligentiam erga Sedem Apostolicam, facilitatem, & morum comitatem erga inferiores eiusdem sedis ministros, ac iustitiam cum æquitate erga omnes ostendendo, vt idem Pontifex, meritorum vniuscuiusque cognitor optimus, & remunerator munificentissimus, eundem Benedictum Iustinianum, vti de Sede Apostolica benemerentem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem declarauerit. Qua dignitatis amplitudine, non modo elatus non est, sed eo mitior, benigniorque, ac in omnes amantior, in pauperes, viduas, orphanos, & alijs Ecclesiæ patrocinio indigentibus promptior, factus est, vt non immerito hodie pauperum pater, ac miserabilium elator prædicetur, & quod apud omnes non facile reperitur, hic non suo tantum, sed etiam apud alios, & apud Sanctissimum ipsum patrocinio egentes, amantissime excipit, liberaliter tractat, ac suo auxilio plane confouet, & quod maximi Principis est, summopere beneficijs ab eo in alijs collatis, gaudet. Cuius rei testes, quam plurimi eius benignitatem, ac munificentiam experti, vbique adsunt; ego vero vnum affirmare possum, me plus amoris auxilij, & gratiæ ab eo solo sponte oblatæ accepisse, quam a multis longo 35 annorum interuallo, ac multis precibus consequi potuerim: Ipse integritate eximius, Firmanæ, Asculanæve Ciuitatum ac Totius Picenæ Prouinciæ, & Montaneæ Legatus, maxima religione, amore, beneuolentiæ, libertatis Ecclesiasticæ accerrima defensione æque diuiti, ac pauperi iustitiam ministrando, omnibus gratus, omnibus amabilis, non immerito adhuc a Prouincialibus illis amatur, laudatur, & colitur, nomineque, & memoria dignus æterna coelebratur. Franciscus Maria de Monte, Pisaurensis, huic pariter numero accedit, eius humanitatem, ac animi magnitudinem, omnibus in respondendo grauis, in proponendo facilis, in tractando solertissimus, singularem se præbet, ac ideo apud maximos Principes honore summo habetur, virtutum genere excultum omnes admirantur. Hieronymus ex vetusta gente Mattheia Romanus, primis annis vtrique Signaturę addictus, Clericus, & Generalis Cameræ Apostolicæ Auditor effectus, ijs in muneribus sua integritate, diligentia, laboribus, vigilijsque patefactis, maximo religionis cultu ornatum adeo se præbuit, vt inter purpuratos Patres merito connumerari meruerit. Octauius inclitæ Domus de Aquauiua, & Aragona, ex quibus alij, alijs temporibus Cardinales pariter Referendarij prodiere, dum Viterbiensi Ciuitati, ac ditioni præesset, a felicis record. Gregorio XIIII. petitus, Sanctitatis suæ Domui præficitur, & cum bene eius integritatem, doctrinam, ac in Deum religionem notam haberet, Cardinalium numero asciscitur, Prouincięque Campanię Legatus designatur, postea sub Santissimo Domino Nostro Clemente VIII. Auinionē Legatus proficiscitur, quo in munere, tota bellorum incendijs flagrante Gallia, adeo se gessit, vt bene in omni se parte perfectum ostenderet. Lucius Saxus, aliquando vtriusque Signaturæ Decanus, multarum Ciuitatum, & Prouinciarum iam præses, Episcopus Ripanus, Lateranensis Ecclesiæ Vicarius, Sacræ Penitentiariæ Regens, sub Vrbano VIII. Innocencio Nono, & Clemente VIII. Datarius, ob continuos maxima cum integritate susceptos labores, eidem numero ascribitur. Octauius stirpe ab egregia Bandinorum Florentiæ ortus, in multis Galliæ, Hispaniæ, ac Italiæ Academijs versatus, Bononiæ Vicelegatus, Archiepiscopus, & Princeps Firmanus, Prouinciæ Picenæ Gubernator, Cardinalis renunciatur; Postea Flaminię, & deinde Piceni Legatus, maxima præditus doctrina, alijsque virtutibus extitit. Franciscus nobilissima Blandrata, & Sācti Georgij Comitum familia Casalensi, locorum multorum, & tandem Vrbis gubernio clarus, Aquensis postea Episcopus Cardinalis effectus, Prouinciæ Flaminię Legatus & eodem tempore Ferrarię Collegatus, oībus in negocijs tanta integritate, scientia, diligentia, & amore se gerit, vt merito virtutes cum fortuna conuenisse dicantur: in dubijs fortis, in iudicio magnus, in certis constans, in prosperis modestus, maxima,

xima cũ laude, & gloria oĩbus gratus, omnibus iucundus colitur; Camillus ex cælebérrimo Conciſtorialium Aduocatorum Collegij decano, Pauperumque patrono, Marco Antonio Burgheſio Seněſi ortus, ſub Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Alexandro Peretto Cardinali de monte Alto Bononię biennio prolegato, adeo conſtanter fideliter, fortiterque, etiam ob Sixti Quinti mortem Sede Apoſtolica vacante ſe geſſit, vt Horatio Burgheſio germano fratre, Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore vita functo, in eius locum ſubrogatus, deinde à Sanctiſs. Domino noſtro Clemenre Octauo, ad Hiſpaniarum Catholicum Regem nuntius, tranſmiſſus, Cardinalis creatur. Vir in omni actione verax, integer, ac ſingularis, Aeſine Præfectus eccleſiæ, ac numero Patrum purpuratorum, qui Sanctæ Inquiſitionis officio ſelecti ſunt, aſcribitur commiſſa eidem negotiorum dicti Sanctiſs. Officij expeditione in omnibus ſolitam tanti viri religionẽ, conſilium, & maturitatẽ oſtendẽtis vita Hieronimo Ruſticucio Cardinali Vicario S. D. N. functo, illico in eius locum per eund. S. D. N. ſubrogatur, qui tot in negotijs indefeſſus, continuis laboribus, & vigilijs vt aurũ igne probatum magis enitens, ab omnibus, & colitur, & laudatur. Laurentius Blanchettorum Bononienſis, generis nobilitate clarus, in ſacro Rotæ auditorio vigintiquatuor annos integerrime expertus, cum Henrico Cardinali Caetano, Sanctæ Romanæ Eccleſię (dum vixit) Camerario, ex noſtris interdum pariter Referendarijs, in Galliam turbulentiſſimis illis temporibus legato acceſſit, pauloque ante cum Hippolito Cardinali Aldobrandino à Sixto V. Poloniã legationis cauſa miſſo, eodem itinere multis laboribus, vigilijs, cum de re communi ageretur, nulla temporis habita ratione parcens, iterum pergit, cognitiſque eius virtute, integritate, ingenij acumine, doctrina, probitate, Religione, modeſtia, rerumque gerendarum experientia, de re Chriſtiana bene meritus, Cardinalis ab eodem renunciatur, ac cum alijs Patribus purpuratis Sanctæ Inquiſitionis Officio præfectus, ab omnibus obſeruatus, & dilectus, cunctis prodeſſe nititur, Bonifatius ex nobiliſſima Beuilacquę Ferrarienſi familia oriundus, morum ſuauitate præditus, vrbem accedens, primum ab intimis Cubiculariorum Papæ Camerariis numero, aſcribitur; Referendarius effectus, non poſt multum temporis lapſum Camerinenſis Ciuitatis gubernio præficitur, in eoque præſidens, Patriarcha Conſtantinopolitanus, deinde Cardinalis renunciatur, ac cum alijs purpuratis patribus ſacrę Conſultæ negotijs, alijſque congregationibus præficitur, eiuſque virtute, doctrina, rerumque gerendarum experientia cognitis, Peruſiæ, Vmbriæque Legatus tranſmittitur, quo in munere, qualis, quãtuſque vir ſit, oſtendens, omnibus amabilis, & gratus, æque diuiti, ac pauperi iuſtitiam miniſtrando, ſe præbet, vnde merito a S. D. N. Eccleſię Ceruienſi pręficitur. Alfonſus ex illa vetuſtiſſima, præclariſſimaque Vicecomitum Mediolani familia, Referendarius exiſtens, primum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Vicarij, poſtea Auditoris Camerę in ciuilibus locumtenentis officium, maxima diligentia, integritate, ac aſſiduitate, viſum hominis non aſpiciendo exercuit, poſtquã alia ſtatus Eccleſiaſtici gubernia, ac multos perpeſſos labores ad Cęſarẽ Nuntius, mittit, Ceruiẽſis Ciuitatis Epiſcopus creatur, cognitaque diligentia, integritate, ac rerum gerendarum experientia, Nuntius ad Sigiſmundum Battorium Tranſiluaniæ Principem, ſtrenue pro Sancta Catolicha, & Apoſtolica fide, contra immaniſſimos Turcas certantem deſtinatur, quò in munere adeo præclare ſe geſſit, adeo Pontifici, Principi præfato, ac illis populis gratum ſe præbuit, pro religione Sãcta inuigilans, multos vltro labores, ac pericula ſubeundo, vt ad vrbem reuerſus, Sacro Cardinalium Collegio aſcribi meruit, vbi magni a Sanctiſſimo Pontifice factus, ſummo amore, ac veneratione ab omnib⁹ colitur & amatur maxime ex Spoletana Eccleſia, ad quam a S. D. N. relicta Ceruienſi, aſſumptus fuit. Bonuiſus, Lucæ in Etruria, ex antiqua, & nobiliſſima Bonuiſa familia ortus, dum eſſet Cameræ Apoſtolicæ clericus, Prouinciæ patrimonii Beati Petri ſelicitur, tale ſingularis doctrinæ, integritatis, rerumque gerendarum experientiæ ſpecimen dedit, vt vrgente in partibus Vngarię contra eoſdem Turcas bello, validiſſimis peditum, ac equitum copiis in Cęſaris auxilium a Sanctiſſimo D. N. Clemẽte VIII. comparatis tranſmiſſis, Cõmiſſarius generalis exercitui præponitur, ſicque erga omnes benignus, & comis, in ſpectãtibus ad Sanctam

ſedem

ſedem Apoſtolicam, ac in cęteris alijs negotijs tantam prudentiam, iuncto conſilio ſapientiſſimo præſtitit, abundeve declarauit, vt merito paulo poſt ad vrbem reuerſus morum, vitæ ſuauitate, ac aliorum meritorum præconio commendatus, ſacro Cardinalium Collegio connumeratur; Qua in ampliſſima dignitate nō elatus, ſed vni Deo gratias agens, in paupeAres liberalitatem, ac propenſam quotidie magis in omnia pietatis opera voluntatē, prę ſe fert, omneque Officij, ac humanitatis genus erga omnes cumulatiſſime exercere ex corde ſtudet: clarius omnibus notum eſt in adminiſtratione Archiepiſcopatus Barenſis ſibi a S. D. N. commiſſi. Antonius Fachinettus Bononienſis, Innocentij Papæ Noni nepos, ſicut non antea eiuſdem Pontificis rubro galero, & cardinalitia dignitate decoratus eſt, quam ineunte ætate, vtriuſque Signaturæ Referendarius factus, coram eodem Pontifice cauſas propoſuerit, ita in eiuſdem Signaturæ conſeſſu perſeuerans, non iuuenili more tantę dignitatis faſtigio elatus, ſe opinionem, ſpemque optimam, quam de ſe concitarat vere ſuſtinens, iuuenili ętate ſeniles mores connexti, aſſiduis ſe exercens, ſapientiæ ſtudijs, profert prudentiam; Cinthius Aldobrandinus Senogallienſis, Sancti Georgij Cardinalis nuncupatus S. D. N. Clementis Octaui ex ſorore nepos, cum ipſo Pōtifice, in Polonica legatione, quam Cardinalis tunc geſſit, & in Pontificatu maximis aſſecutus curis, & rebus in ſummis verſatus, Cardinalis creatus, ſignaturę Iuſtitiæ præfectus declaratus, in tanta rerum totius orbis, in quibus ſuam Pontifici operam præbet mole, vltra Spoletanæ Ciuitatis, & eiuſdem dictionis gubernniū ipſi vni demandatum, ea ſe integritate, religione, in omnes pietate, erga viduas, pupillos, aliaſque imiſerabiles perſonas, erga procuratores, & aduocatos cauſarū, facilitate, & benignitate cum prudentia coniuncta gerit, vt eius muneris numeros omnes expleat, & apud omnes ſumma cū veneratione laudem, & gloriam conſequatur: liberalis, omnibus humanus, gratus, amabilis & iucundus. Bartholomęus ampliſſima ortus Cæſiorum familia, vnde quam plures maximi nominis viri, tum Cardinales, tum bellicis in rebus fortiſſimi Duces prodiere, antea Clericus, tum generalis Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius, Cardinalis declaratus, Signaturæ conſeſſum mirificę illuſtrat, in eaq; quantum ingenio, conſilio, pietate, & ſapientia polleat, ac quanto pauperum ſubleuandi onus deſiderio flagret, quantum denique animo in omnes ſua ope iuuandos, & de omnibus bene mereri, prompto, re ipſa comprobatur; eiuſque doctrina, ac immenſa rerum gerendarum cura, diligentiaque cognitis, multis & maximis curis, negotijſque, quotidie præficitur; His perfunctorie, vt ad eos ſectandos animum iuuenibus adderem, enarratis, ad rem redeundo, dico; Commiſſiones

30 alias curiales, alias extra curiam breui apoſtolico expedito, dirigi, & quæ in Romana remanent Curia, per Reuerendū Patrē Dominū Cancellariæ Regentem, vt latius in eius particulari ſubſequenti

31 capitulo dicam, diſtribuuntur: Reſcribitque ſignatura in ijs, quæ in iure conſiſtunt abſolute, ne iura ignorare uideatur Sarnenſis ſuper Regulis Cancellarię in regula de ſubrogandis quęſtione ſeptima, numero nono. Aliquando in Referendarii poſſe commiſſione exiſtente, pars illam porrigens, dum eius expeditioni incumbitur, nouari timens, inſtat fidem Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Cardinali Signaturæ, ſiue Iuſtitiæ, ſiue gratiæ Præfecto, ſecundum quod negotiū poſtulat, vulgariter ſuperſeſſoria nuncupata, ſibi concedi, quæ ſi æquitatem ſapere videtur, repulſa interdum calumnioſa illius petitione, cum multi ad protelandam exequtionem, ſiue malitioſe perſepe illam quęrant, quod diſcernere, Referendarij prudentiæ repoſitum eſt, ſub ſequenti, vel ſimili verborum breui conte-

32 xtu, concedi ſolet, Illuſtriſſime & Reuerendiſſime Domine mi Colendiſſime penes me commiſſio eſt ad inſtantiam A. contra B. porrecta, Deo dante in proxima Signatura (ſiue gratiæ ſiue iuſtitiæ Signatura in qua proponenda commiſſio erit pariter cum breui ſubſtantia cauſæ, ſecundum facti qualitatem, neceſſario veniunt exprimenda,) & quia ęquitatem commiſſio continere apparet, ſi Dominationi Veſtræ Illuſtriſsime & Reuerendiſsime, cui me ſemper remitto, videbitur Auditori Cameræ (vel alio iudici, coram quo cauſa pendet) mandare poterit, vt interim ſuper ſedeat; cui Illuſtriſsimas manus deoſculor Domi die 26 Auguſti 1603. & in fine referendarii ſubſcriptione roborāda venit. At ſi concedi extra curiā cōtingat, per literas

miſsiuas

missiuas Illustriss. & Reuerendiss. Præfectus ad bene visum tempus illam concedit, ac supersederi mãdat. Iusteq; dictæ supersessoriæ adinuentę fuere, & conceduntur, quia causa, siue disputatione coram Principe pendente, iuri consonum nõ est vt parti præiudiciũ inferatur, Lancel. de Attent. Appel. pend. p. 2. cap. 12. ampl. 19. num. 4. de quo ante ipsum loquutus fuit
35 Alex cons. 19. nu. 3. circa med. vol. 1. Quas concedere, in maioritatis signum sonat,
36 verbumq; supersedere, pro totali desistẽtia aliquando, & aliquando ad tẽpus capitur secundum subiectam materiam, Imol. in c. ex insinuatione, nu. 2. de rescript. Merito itaq; Illustriss. Præfecti, qui magistratibus imperare valent, soli illas cõcedunt, ac ab illorum subscriptione, siue voluntate robur, & non ab illa Referendarij acci-
37 piunt. Quare si ipsis, immo Apostolicis mandatis parere aliquis recuset, & contra sibi iniunctum præceptum (de illo tamẽ notitia habita) procedere sit ausus, carceratur, ac vti Apostolicis mandatis inobediens, pro commissæ contrauentionis qualitate punitur, prius sententiam, cum omnibus inde sequutis, authoritate, qua respectiue Signatura fungitur annullatis, ac circunductis, perinde ac si lata, vel facta non forent haberi declaratis, quia si iurisdictio iudicis est in suspenso, omnia interim gesta euanescunt ex supremo præcepto, Glos. in cap. præsenti in verbo ad cautelam, de sent. excomm. in 6. & optime Bellam. Decis. 23. Vant. in Tract. nullit. Tit. de nullit. ex defect. iurisd. ordin. num. 128. Rim. sen. cons. 703. num. 18. & seq. volum. 3. Idque pariter fieri assolet, quando commissione in manibus Referendarij existente pars citata ad dicẽdum contra, nil nouari per aliquot dies, ac in propositione supersederi instat, promittendo interim in causa non procedere, quare si fidem fallat decipiendo, preces porrigentem, qui sub tali promissione tutus viuit, cum publici ministri iustitiæ, ac Signaturæ autoritatem contemnere quodammodo videatur, vt præmissum est, gesta tolluntur, immo & carceribus procuratores, vel alij similia patrantes inter-
38 dum puniendi emancipantur Sed dies necessario in huiusmodi supersessorijs apponenda venit, & mensis, & annus, vt tempus cœptum, quousque supersedendum sit, ex data appareat, ac prioritas, vel posteritas secernatur, vt elicitur ex Proh. 6. & in cap. pen. de rescript. eodem lib. cap. eam te, & cap. si eo tempore eod. tit. extra. Sed non ab re erit, vt Dominus Referendarius, quando pars, vel procurator supersederi instat, nil in causa facere interim promittendo, quod ex promittentis scriptura, ne in discrimen promissa ducantur, penes se retenta promissa firmari tutius agendo curet. Et quando commissione iudici præsentata supersedendum sit, tradit Innoc. in capit. cum contingat, numero quinto, de rescript.
39 Præfatæ autem supersessoriæ in sacro Rotæ auditorio dari non solent, quia in illo mundi primario Tribunali, vbi iustitiæ aqua clara, & limpida semper potatur continue, tot, tantisq; Patribus iuris nostri lucernis inuigilantibus, vbi tanquam ad firmissimum iustitiæ oraculum vniuersæ Reipublicę Christianæ pede plumbeo, nõ plumeo tractantur causę; eo ipso, quod aut a Referendario, aut alias de pendente commissione, ac in altera ex Signaturis recenti eius propositione sunt certiorati, propter illius reuerentiam, & honorem, licet de proximo esset disputandum dubium, donec in Signatura actum sit de commissione, pedem fige-
40 re solent. Personarum acceptio, si nobilis cum ignobili, vel è contra, quo ad iustitiam subministrandam in iudicijs, aut matrimonijs contrahendis, minime est habenda, quia solum natura, in qua omnes pares sumus, de iure Pontificio inspicitur, capitulo primo, de coniug. seru. quare in hoc Cæsarei iuris cessit dispositio, l. 1. capit. de natur. liber. l. libertum C. de nupt. l. a caligato, & l. Imperiali, ff. eodem, quod pariter in dispensationibus seruandum erit, quare l. si qua Illustriss. Card. ad senat. consult. Orfic. similiter
41 cessat, rationibus relatis per Sarmien. select. sent. libro primo, capitulo septimo, numero tertio, vers. & ideo relatis. Referendarij tam præsentes, quam futuri sub priuilegijs per Papam concessis comprehenduntur, Put. Decisione septima, & Decisione decimanona, parte secunda. Illos, namque Alexander Papa VI. Qui eorum numerum pariter reformandum censuit, in receptione ad officium, de illo fideliter exercendo, iurare statuit, Sarnen. in Comp. vtr. Sign. in princip. de quo late Bonifac. in clement.
42 vnica, §. porro 11. not. de iureiur. Quando proposita commissione in Signatu-

ra

ra paria suffragia fore contingat, non habetur commissio pro expedita, quia nil resolutum, stante suffragiorũ æqualitate, dicitur. Franc. Curt. in Tract. de iureiur. prop. calum. §. quod obseruari opportet, numero quarto. nam diuersa, & contraria consilia secundum tempus, diuersa phantasmata, & intellectus dant, quia secundum propriam conscientiam loqui vnusquisque tenetur, vt per Bald. in l. de tutela, ff. de integr. restit. loquentis etenim virtus est distinguere, si distin
43 ctio dari potest, nam secundum Salic. in l. filiæ meæ, ff. famil. ercisc. qui bene distinguit, veritati proximus est, ac è contrario indistincte loquens, tanquam imperfecte loquens reprehendendus venit, vnde semper distinctè loquentis, melior habita sententia fuit, vt colligitur ex
44 l. rogasti, ff. si cert. petat. Franc. Pongibon. in Tract. de Lamijs, numero 55. Quare in præmissis, minus iuri, seu æquitati consonum videtur, quod alter extra XII. Patrum Votantium numerum, non edoctus, non instructus, legeve nõ prospecta, existentibus suffragijs æqualibus, votum ex improuiso proferat, l. in ciuile, ff. de legibus: ob id optimum crederem pro conscientiæ tutela, se a præ-
45 missis abstinere, si tractari aliqua causa contingat, in qualibet Signatura, in qua ipsemet Referendarius, siue eius consanguinei, vel affines vsque ad quartum gradum interesse habeant, donec quid de commissione agendum sit, resoluatur, ita reformatione prænarrata Pij IIII. dictante, Signaturam exire debet, antequam suffragia proferantur, ne a libere loquendo, ex tali præsentia patres illi retrahantur, neve alteri contrariæ parti vociferandi anxa detur. Postea expleto ne
46 gotio, vocatur. Curare pariter Dominorum Referendariorum munus erit, quando hinc inde in concursum a duobus commissiones proponuntur, vt eorum finis sit iustitia sola, ac pro ea parte concorditer resolutio rescribendo, vel aliter capiatur, pro qua ius assistit, ad quod tantum coadunantur, absque eo, quod vnusquisque pro parte, ad cuius instantiam proponit, aduocati munere fungatur, vel defensionem iniustam contentiose accipiat, quod licet absit in illo suppremissimo Tribunali iustitiæ, in quo solum talis in concursum proponendi commissiones stilus viget, & non in illa Sanctissimi, tamen ad cautelam dixisse
47 volui. Curent itaque integre, & absque liuore, iura partium illęsa referre, illo in momento, vbi de summa causæ, & litis pendentis ex breui capienda resolutione, agitur, in qua periclitantur tot sumptus, vigiliæ, labores, ac tempora in lite consumpta, vbi de integro litigantium asse interdum agitur, sed vt dicitur Eccles. capitulo quarto, verbo veritatis non contradicat. Pro iustitia agonizare pro anima tua: vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos, alias in illa die tremenda coram Deo, cui cordis abscondita non latent, eodem modo, quo
48 alios iudicarunt, dijiudicabuntur. Quando gratiam, vel eius mixturam commissiones continent, aut aliquam æquitatem, siue quid simile; in Signatura gratiæ (quatenus iusta sit petitio) porrigendæ veniunt, vt res Principe dignæ, Bald. in l. si quis mihi, C. de præc. Imper. Offer.
49 vbi subdit commissiones, vel supplicationes præfatas, donec Principis manu firmatæ non sint, litis pendentiam non
50 inducere, sed quando meram continere iustitiam apparent, in Signatura iustitiæ tractandæ veniunt, & decidendæ, quæ Papammet repræsentat, dum negotiorum multitudine continue circumdatus, omnibus vacare non valens, illam suprema
51 munitam authoritate constituit, Vbi suffragia ijdem Referendarij (si frequentare volunt) qui in illa gratiæ, pariter in ista proferunt: sin secus, antiquiores secundum ordinem, & ob id illi Referendarij, qui sunt Signaturæ gratiæ, sunt pariter iustitiæ, sed non, econuerso. Rescribitque (vt alibi dicam) Illustriss. præfectus, Placet Domino nostro Papę in Curia, vel extra eam, concessum, vt petitur in præsentia D. N. Papæ, quia nostra facimus, quibus authoritate impertimur, vt in institutionum initio Imp. dixit. Referendarijs Signaturæ iustitiæ, qui primo in ea ex gratia Papæ ascribuntur, vt plurimũ, deinde elapso aliquo tẽpore, Signatura gratiæ eis conceditur, quãuis eodẽ cõtextu, arbitrio Sanctissimi vtraq, Signatura interdũ cõcedatur, Referẽdarij iustitiæ nõ sunt gratiæ, sed bene illi gratię sunt ẽt iustitiæ, quia cũ ista sit dignior, sub ea illa continetur. Illorũ autẽ incertus est numerus, arbitrio Papæ: Signatura grãe, die Martis, vel Sabbathi, iubente S. D, N. Papa,

cor-

congregari solet, illa verò iustitiæ, die Iouis, festo tamen non impeditis, ac per nõnullos dies ante intimatur, tabula quadam in bancho cursorum in acie Campi Floris, solito loco affixa, ut ab omnibus perscripta dies videri possit, ac sibi interim
48 prauidere: Assistũt in Signatura gratię S. D. N. cum multis Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalibus, quorum numerus certus nõ est, sed arbitrio Papæ repositus, duodecim ex antiquioribus RR. PP. DD. Referendarijs votantibus, & Consultoribus, Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor illiusq; R. P. D. in Ciuilibus Locumtenens. Vicegerens, & Locumtenens Ciuilis Illustriss. Vicarij, Generalis Thesaurarius, Rotæ Auditor, Clericus Cameræ, Papæ Datarius, Iudex confidentiarum, secretarius Breuium, tres D. Referendarij secũdum Turnum ex ordine proponentes, ac in sequenti Signatura, propofituri, Secrectarius congregationis Episcoporũ ac Regularium, & alij, quorum personæ pro negotijs, quæ ibi tractantur valde sunt necessariæ. Illa vero iustitiæ fit coram Illustriss. & Reuerendiss. D. Cardinali præfecto in suis Aedibus. Omnibus coaduna
49 tis, Primus ponens genibus flexis solitam alta, & intelligibili voce orationem legit, & in Signatura iustitiæ, iunior Referendarius ibi præsens, deinde incipit præpositio causarum. In Signatura gratiæ, tres proponunt in qualibet secundum ordinem, ac in illa iustitiæ, antiquior primus ibi præsens incipit, deinde alij ex ordine subsequuntur, vnam pro quolibet cõmissionem proponẽdo, deinde, si non sit hora nimis tarda, primo turno expleto,
50 incipit alter. Ordo in proponendo talis est, primo factum fideliter, ea qua potest intelligibili veritate, quia omnes Domini edocti sunt succintè, recensetur a proponente, postea iura, & rationes, quæ allegantur pro oratoris, & commissionis parte, deinde iura, & rationes partis contrariæ, tandem ponens primus dat votum, deinde Domini mei conuctantes, vnusquisq; sigillatim ex ordine, sicq; causa discussa, vt resolutum, est rescribitur, aut præces lacerantur. in Signatura gratiæ Illustriss. & Reuerendiss. P. D. Datarius suffragia notat, pluraq; habens, ad victoriam tendit. Nunc breuiter de Referendarijs, & Signaturis, in quibus commissiones expediũtur dicto, vt ex ordine procedatur de Signaturis ipsis, aliqua subnectamus.

Illustr. & RR. PP. Domini XII. Referendarij Antiquiores suffragia in Signaturis Dantes.

Bartholomaeus Ferratinus Amerinus eiusdem Ciuitatis Episcopus, & Cancellariæ regens Decanns.
Cæsar Cincius Rom. Episcopus Melfitanus.
Anselmus Dandinus Cesenatensis Protonotarius Apostolicus.
Io. Baptista Orsinus Fulginatensis.
Io. Baptista Marchesanus Thiphernas, & Rom.
Paulus Alberus Rom. Archiepiscopus Ragusinus.
Antonius Victorius Rom.
Marcus Antonius Olgiatus Nouariensis Cameræ Apostolicæ Præsidens.
Cosmus Camaianus Aretinus.
Io. Baptista Stella Rom. Nuncius modo ad Ducem Mutinæ.
Iacobus Seuerolus Romanus hodie Ferrariæ Vicelegatus.
Io. Baptista Bilius Mediolanensis.

Deficientibus ex supradictis Illustr. & RR. PP. subrogantur antiquiores ex ordine.

SVM-

SVMMARIVM.

Com-

Signaturæ Gratiæ Diuersa.

1 Ignaturam gratiæ, aliam iustitiæ, viribus, ac authoritate excellere, nemo est, q ambigat. In ea etenim totius Christianæ Reipublicę negotia, dictione ecclesiasticā concernētia tractant, discutiuntur, & diffiniuntur, cum ad S. D. N. Papā oēs recurrāt, qui vt S. Bernardi vtar eloquio, relato p Catald. de Bōcomp. in Tract. de potest. Pap. nu. 14. & 15. est Deū diligentiū Pater Summus, ac Oīum illū timentium particeps, Christianorū Dux, & ordinator, Oīum pastor, Magister sapientū, Oppressorū refugiū, Aduocatus pauperū, Miserorū spes, Cęcorū oculus, Mutorū lingua, Baculus senum, Malorū metus, Bonorū gloria, Potētū virga; Tyrannorū malleus, Regū Dn̄s, Moderator legū, Sal terræ, Orbis lumē, Vicarius Christi, Successor Petri, Mūdi arbiter, Dn̄s, & Magister, adeoq; Pontificalis maiestas præcipua est, q̄ sanctitas non inuenitur, quæ illi super terrā cōparetur: Merito itaq; illi supplicatur, quia in petitis concedendis plenissima interdū potestate opus est, quæ iura transcendat, & illa tollat, l. Princeps, ff. de legib. l. digna vox, C. eod. tit. l. fi. C. si con. ius, vel vtil. publ. cap. proposuit de concess. præb. Bald. in cap. primo, qual. d. feud. prop. priu. DD. in cap. cum venissent de iudic. Grau. cons. 41. nu. 3. & 4. Legi per ipsum æditæ qualitates, vel adiectiones imponere potest, corrigere, extendere, & declarare, Petitorium vna cum possessorio cumulare, quamuis cōcedi istud soleat, quando super petitorio probationes factæ sunt, quia parui tunc est pręiudicij, qa quo ad principale negotium ius alterius nō
3 tollitur; Alex. cons. 54. nu. 5. vol. 5. Quāuis in tpalib. contra non subditos S. R. Eccles. vti potestatis plenitudine Papa nō intēdat, vt latè Crau. cōs 7. nu. 9. At cōtra in Sig. iustitiæ, ea solū, q̄ ius dictat, matura p̄uia disputatione diffiniunt, & qn̄, ac a quo Papa fuerint p̄fatæ Sig. diuersæ, alias dixi. Vtq; præpositā aggre-
4 diar materiā. Quæro primo, an postq̄ Papa p̄mutationē, seu rei ecclesiasticæ alienationē per suas litteras in forma si in euidentē confirmari mandauit, litteris adhuc non expeditis, seu non lata sententia, pęnitētiæ locus sit: & negatiuè responsum dedere Afflict. decis. 253. in fi. ac Rota plures tenuit, vt coram Illustriss. & Reuerendiss. Cardinali Blanchetto in vna Romana Casalis Trigorij de anno 1584. & prius coram D. Rubeo in vna Leodiēsis bonorū, & corā D. Robusterio 8. Octobris 1586. in alia Tirasonēsis decimarū, vt Di-
5 uers. decis. 102. nu. 9. par. 1. Sed si Apostolicus

ſi deſit aſſenſus, non ſolũ facta corruũt c. hac cõſultiſſima, de reb. eccl. nõ alien. Aff. dec. 85. nu. 5. ſed oĩa reuocãtur, ẽt contra eius diſpoſi
6 tionẽ geſta, c. Vulteranę cũ alijs ſeq. 12. q. 2. Authoritas etenim Papę oẽs ſupplet defectus, l. 2. C. quan. decr. op. nõ eſt. Dec. cõſ. 35. nu. 22. & cõſ. 157. nu. 25. vol. 1. Abb. cõſ. 41. nu. 2. vol. 1. Dec. cõſ. 141. nu. 11. Pariſ. cõſ. 16. nu. 15. vol. 1. Et ſi cõcordia inita, altera pars diſſentiat, illius, diſſolutioni loc⁹ erit, ẽt ſi illã ex aduerſo ſeruari contẽdat. Achil. deciſ. 15. & 16. de pact. Put. dec. 355. p. 1. quãuis Papa (ſi libuerit) vt pfi
7 ciatur concordia, ſiue p alios exequat, partes cogere poſſit Rot. Diuerſ. dec. 1126. p. 3. Nã Apoſtolicæ cõfirmationes multum iuris tribuũt, & nõ ſolũ vetus ius declarãt, ſed ſolidũ conſtituunt, maximè ſi p̃uia cauſæ cognitione petatur, q̃ ad iuriſdictionẽ pertinet, vt confirmatio iſta concordiarũ, ſtatutorũ, ſñiæ, proceſſuũ, iudicialium, & ſimilia Innoc. in c. de cõfirmationib. de cõſ. vtil. vel inut. Clauſula
8 reſtrictiua. Et ſi in euidentẽ in iſtarũ ſupplicationum calce, apponi ſemper ſolet, quæ reſtrictiua nuncupatur, quia nil aliud innuere videtur, ꝙ quatenus in euidentem Eccleſiæ vtilitatem geſta teneant, authoritate Apoſt. Iudices, quibus litteræ directæ ſunt, confirment, ſin ſecus infirmẽt, ad tex. in c. ſine exceptione, & in c. terrulas 12. q. 2. ac de ſupradictæ clauſulæ virib. & intellectu remitto te ad tradita per Borgn. Caual. dec. 56. num 153. & ſeq. c. porrò, ibi ex inſpectione priuilegiorũ de priuil. Archer. in c. ſi diligenti in fi. de Sim. Bellam. dec. 611. Requiritur, ꝙ in actis corã iudicib. Delegatis, de vtilitate eccleſię cõſtet, q̃ nec probat̃ p delegatorũ aſſertionẽ, nec aſſertio præfata conualidat, niſi adſint ſeparata documẽta, & appareat de pręcedenti inſtigatione, c 1. vbi Dom. & Franc. de reb. eccl. nõ alien. Soc. conſ. 52. nu. 5. & 11. vol. 4. Dec. cõſ. 142. nu. 6. Fel. in c. ſicut, ſub nu. 27. de re iud. Crau. de antiq. tẽp. p. 1. ſectando propoſitum nu. 63. Rol. conſ. 15. vol. 1. Gram. deciſ. 79. nu. 16. Rebuf. in Tract. de alien. reb. eccl. nu. 9. & ſeq. aſſerens ibi vlterius, in hoc neq; Papæ aſſertioni, ꝙ vtilis ſit alienatio, credendũ, niſi quatenus ſeparatim documenta exhibeãtur Iodoc. in Tract. ſub haſt. c. 1. nu. 1. igitur ſi aſſertio Papæ nõ ꝓbat vtilitatẽ Eccleſiæ, multo minus illa Delegatorũ Aut. multo magis, C. de ſacroſ. eccl. Sat etenim ſollẽnitates nõ fore ſeruatas apparet ex ſcripturæ inſuper fabricatę ĩſpectione, qñ deſunt, & tũc ceſſat antiquitatis p̃ſumptio iuxta cõſ. Pau. de Caſt. 81. vol. 2. Fel. ĩ c. ſicut nu. 3. de re iud. Gabr. cõ. op. de p̃ſump. concl. 1. nu. 57. Rim. iun. conſ. 209. nu. 91. vol. 2. Taliũq; reſtrictiuarũ clauſularũ,
9 qñ ĩ fi. ponunt̃ natura eſt, ꝙ totũ reſcriptũ reſtringant, ſiue limitent, ac pariter, vt ad oĩa in illo contẽta, referãtur. Cotta deci. 228. Quod præcipuè in facto, de quo agimus, procedere intendas, qñ clauſula oĩa p̃cedentia cõcernit, ſecus vero ſi ſubſequentia reſpiciat, qa tũc illa ſolum capit, & non alia Abb. in c. cãm quę nu. 5. de reſcrip. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus, ſ. Gri
10 ſogenus, ff. de verb. ſignif. Vt ꝑpetuo in hoc particulari de gratia cõſtet, litteræ Apoſtolicæ ſunt expediẽdæ, q̃ ſub annulo piſcatoris ĩ forma breuis vt plurimũ conceduñt, & ſi aliter puta per teſtes ꝓbanda eſſet gratia, cũ particularia, vt par eſt ſcire nequeãt, p̃ſertim ex tpis diuturnitate, qua oĩa conſumũtur, impoſſibile foret, Rebuf. ſup. concordat. Frãc. p. 1. in rub. de Mand. Apoſt. in verbo litteras latè p Fel. in rub. de conſt. nu. 3. & ſeq. Pariter, ſi per
11 litteras Cãcellariæ, gratia aliqua probãda venit, vt ſint integrę opus eſt, nã ſi tales non forẽt, nõ ſufficeret, & q̃uis nõ deſint tenẽtes ad hoc probandũ ſcripturã nõ requiri, qa ſtatim diſpoſitionis effectũ ſecũ gratia hẽt, c. inquiſitionis 25. q. 2. l. cõtrahit, ff de pig. tñ primã, & tutiorẽ, & veriorem ad maius robur fore ſñiam dixere Archid. & alij ĩ proh. 6. Canon. in rub. de conſt. maximè Fel. not. 3. Bal. in l. ſi qua, nu. 5. C. de epiſc. & cler. Secus ſi in gratia
12 inferioris. Aſſerẽs, ꝙ neq; in dirigendo p̃ſenti reſcripto loc⁹ vbi bona alienãda ſita ſint, attendi dẽt, ſed vbi Eccleſia alienare intendẽs adeſt, & iſta de cã ordinario, ſiue eius in ſpiritualib Vic. Generali, & dignitatẽ in Cathed. eccleſia obtinẽti, tales cauſæ demãdantur, tũ quia in ſimilib. ordinarius requirẽdus venit, tũ qa tales obtinẽtes dignitates, vt maturius, & abſq; fraude negotia gerantur, curant, Fel. in c. dilectus filius, nu. 9. verſ. Septimo facit de reſcript. Innoc. in c. paſtoralis, in fi. de pri
13 uil. Ob id bonorum Eccleſiaſticorum locatio ad longum tempus, quæ ſimilis alienationi reputatur, prohibita eſt, quod ſine ſuperioris licentia vſq; ad ſeptẽ annos, & abſq; alijs ſollemnitatibus a iure permittitur, Abb. in c. querelam, nu. 2. ne Prælat. Vic. ſuas. Circa qđ ſunt Apoſtolicæ conſtitutiones. Bar. in l. Codicillis, ſ. conſtituta, num. 3. ff. de leg. 2. At ſi caſu, antequam Apoſtolicus petatur aſſenſus præmiſſorum occaſione inter partes contractus perficiatur, reſiſtente Bulla Paulina, & alia fel. me. Greg. XIII. in quib. ante cõtractũ obtineri Papę beneplacitũ ſtatutũ eſt, qa iã cẽſuræ in ea cõminatę, ſunt incurſę, prius ab eis eſt abſolutio petenda, & deinde pro cõfirmatione geſtorum ſupplicandũ, quamuis cõtrahentes, ceu ſemper clauſulã Reſeruato S. Sedis beneplacito non alias aliter, nec alio mõ ponere ſoleant, quæ vti conditionalis purificanda venit Alex. conſ. 119. nu. 1. vol. 1. &

quan-

qñ pfata clausula nõ alias aliter, nec alio modo resolutiua, & cõdictionalis depẽdet a Papa supremo, & nõ a partiũ inferiorũ cõuentione, per cõfirmationẽ Apostolicã contractus sortitur suũ effectũ, & roboratur sicut cætera alia capitula instrumenti correspectiua, Veral.decis.232.p.2. Econuerso principali vitiato ex consensus Papæ deficientia, cætera accessoria collabescunt, Put. decis. 400. nu.3.p.1. Abb. i c.Sedes Apostolica, & in c. super litteris, nu.3. de rescript. & quæ requirantur, vt rei Ecclesiæ alienatio teneat, ponit idem Abb. in c. Apostolicę, nu.5. de his quæ. fi. a prælat. quæ nõ obstãte quacumq; cõtraria cõsuetudine, de iure Põtificio oib. seruatis sollẽnitatib. perfici dẽt, alias nulla reputabitur, Abb. in c.cum causa, nu.15. de re

16 iud. & in c.1.nu.17 de restit.in integ. Et quãuis Prælatus vrgente suæ Ecclesię necessitate, ad illius vtilitatẽ in suos cõsanguineos, sicut in extraneos præfata bona alienare posset, Archid.in c. Episcopus, ĩ fi. 10.q.2. Card. in clem.1.in verb. Abbati ante nu.2. vbi Anchar. nu.20. de excess. plat. latè Rota decis.8. p.2. Diu. Sed oritur ex alia parte iuris psumptio, ne eorũ amore, ac sanguinis cõiũctione nimis grauetur Ecclesia. Abb.consil.41. n.1. ver. secũdus, vol.1. subdens authoritate glo. & tex.in c.puenit 1.q.3. ꝙ Prælati circa nepotes, & alios cõsanguineos cęci reputãtur, quare circa hoc accurate Sign. se gerit.

17 Hmõi aũt alienationes, siue permutationes fiunt, & approbãtur, si necessitas, aut Ecclesię vtilitas subsistat. Necessitas, exemplificari põt, puta in domo, Molẽdino aliave re Ecclesiæ breui peritura, vel si ære alieno repetiatur grauata, & maximo annuo interesse pillo extinguẽdo: Vtilitas, qñ pcipit res vtiliores, vel viciniores alijs suis bonis, c.fine exceptione 12.q.2 c.nulli de reb.eccl. no alienãd. & ad ambas has cãs cętere oẽs alienationes reducunt, neq; vt ambæ cõcurrãt opus est, sed vna earũ sufficit, circa ꝙ nõ erit personarũ vtilitas attẽdenda, sed Ecclesiæ Zab. in cle. Monasteriũ, nu.5.& 6. de reb. eccles. nõ alienãd. subdẽs, ꝙ Prçlati ita caute ĩ bonis eccles. alienand. se gerere dẽnt, sicut in pprijs, iccirco, ipsis ne illa concedãt ad vitã, ius prohibet, idem Zabar.in cle.1.nu.2.eod.tit. Præterea duob. modis Eccles. vtilitas consideratur, primo ꝙ qcqd recipitur, illi vtile sit ĩ posterũ duraturũ, vt emptio rei stabilis, & similis, secũdo mõ, id ꝙ non perpetuo, sed ad tẽpus accipitur, vt agris colendis, domib. resarciẽdis, & alijs vtilib. magnificè, exequendis, si ob graues expensas id onus subire eccles. nequeat, q̃uis Innoc.in c.ꝙ qbusdã, nu.4. de fideiuss. hoc secũdo casu nõ semper vtiliter agi asserat. Qñ in curia hmõi causę, occurrũt, Illustr. Vrbis Vica. demãdari solent nec erit breue expediendũ, si in supplicatione ad

18 sit clausula, ꝙ sola Signatua sufficiat, secus si nõ adsit: At si ordinariũ in alienatione in-

19 teresse hẽre cõtingat, non illi, sed viciniori litteræ Apostolicæ dirigũtur, Borgn.Caual. decis.56.nu.53.& seq. Per lapsum 30.annorũ

20 Apostolicus assensus psumitur, qñ tanti tẽporis possessio rei alienatę adest, decis. 179. p.1. diuers. maximè si alia cõcurrunt adminicula, & quãuis ambę partes contrahentes in hmõi supplicationib. oratrices esse debeãt, nihilominus si cõuentũ ita fuerit, vna pars tantũ illã petere valebit, decis.180.nu.1.p.3.

21 Diuers. Sed vt multis obuietur fraudib. vnico cõtextu & alienatio fieri dẽt, & in alijs bonis reinuestiri pecunia ex venditis retracta, dico stabilib. & nõ in cẽsib. vel mõtib. & similib. tũ qa inter stabilia connumerari nequeunt, tũ qa tuta nõ sunt, quia malitiosè a rectorib. interdũ leuis cõscientiæ distrahuntur: Sed fel.rec. Sixtus V. verbis corde scribẽdis, multũ Pontifices inuigilare, & circũspectos esse in hmõi alienationib. cõcedẽdis in forma si in euidẽtẽ, sæpissime dicebat, dũ in Sig. sanct. suæ proponebãtur, ea rõne, sicut epi Vicarius, mẽsæ epalis bonorũ alienationi cõsensum pstãdo nõ bene facit, ita pariter Papa Christi Vicarius, totius orbis episcopus, alienationi, & contractib. pmissis, iã bonis Deo, & Eccles. q̃sitis, quorũ ipse purus est minister; cũ grano salis, & maxima vrgẽte eccles. vtilitate assensum pstare dẽt, nam secus Fel. in c. cõstitutus, nu.19. vers. dñium iuriũ de rescript. Papa bonorũ Ecclesiæ administrator est, nõ aũt dñium hẽt, c.nõ licet

22 12.q.2. Qđ bene S.D.N.Clem.VIII. sua qua semper prudentia, & scia pditus est, & semp fuit, rõnabili vtilive, & cã gustatis, exequit, & concedit, quãuis rarissimè, & ceu nunquã in perpetuũ, sed ad tertiã generationẽ, & nominationẽ ad summum. Si pro d. alienatione ad collabentẽ ecclesiã, vel ruinã minantẽ, vel alijs bonis reparandis supplicari contingat, dummodo Ecclesiæ introitus sint tenues, gratia concedi solet, quæ omnia in Signatura sanctitatis suæ proponuntur, vbi multũ uigilanter, & dubitationes, quæ propter ecclesiasticæ dotis diminutionẽ exori-

23 ri possunt, subtilissime discutiuntur. Sed qd in precibus concordiæ initæ fuit substantia narrata, cũ clausula ex certa sciẽtia q̃ idem, quã de potestatis plenitudine sonat, Abb. in cap. ad hæc sumus, nu.7. de rescrip. absq;, eo quod tota concordia ad vnguẽ exprimatur, fuit de eius validitate in Rota dubitatũ, in vna Burgensis iurisdictionis siue concor

diæ,coram Do.Seraphyno Decano 3. Maij 1589.& pro validitate reſolutũ,licet ſolus cõcordiæ tenor eſſet in confirmatione expreſſus,quia dubium non eſt,quod apponendo
24 clauſulam ex certa ſcientia , vel quando in precibus, verba concordiæ confirmationẽ cõcernentia ſunt inſerta, aut narratus ſtatus effectualiter, ſiue tenor reperitur, quod dicta clauſula ex certa ſcientia appoſita dicitur cõfirmare geſta cum cauſæ cognitione Doct.in c.1. de confir. vtil. vel inutil. Rom. conſ.727.num.7.& ſeq.& in conſ.336. nu.2. & conſ.327.nu.7.Fel.in cap. cum inter nu.5. & 7. de except. Gabr.conſ.183. nu.4. vol.2. Bald. in cap.cũ ordinum,nu.10. de reſcript. Bellon.cõſ.26.nu.2 Dec.ĩ c.porrectã,nu.13. de confir. vtil.vel inutil.Nec facit,quod oĩa cõuẽta formaliter, ad vnguẽ nõ ſit narrata, quã licet eadem verba apponere conſultius
25 fuiſſet, nihilominus exprimere ſubſtãtialia ſat eſt,cũ idẽ reſultet ſẽſus. Diciturq; cũ cognitione cauſæ confirmata concordia,quãdo Papa illam, vel in ſupplicatione vidit inſertam,aut quando per officiales Cancellariæ,aut ſuos expeditores fuit diſcuſſa, Alex. conſ. 59.nu.9. verſ. & in dubio intelligitur, vol.1.Ber.conſ.180. nu.25.verſ.& tũc dñr diſcuſſa,vol.1.& quo ad officiales Cancellarię tenuit Rota coram D. Rubeo 16. Ianuarij, 1587. in vna Caleiatenſis iuriſdictionis,& in
26 alia Seguntina iuriſd.27. Aprilis 1589. Multum nempe differt cõfirmatio ex certa ſciẽtia,a confirmatione in forma cõmuni,quia iſtæc nõ validat actum in ſe nullum, cũ ſtet conditionatiuè, tuncque dicitur in forma communi, quando tenor non eſt inſertus, ſecus vero ſi narretur,quia fit ex certa ſcientia,ſtante,quod Papa bene informatus noluit conditionaliter confirmare, at ſi dubia reddatur cõfirmatio,ſecundũ iuris diſpõnẽ interpretari debet, Abb. in cap. examinata num.3.de confir.vtil.vel inut. & in cap. bone,nu.4.eod.tit. & in c. quam diuerſitatem nu.9. de conceſ. præb. & latius quid clauſula ex certa ſcientia operetur,ponit idẽ Abb. in c.venerabilis,nu.1.de conf. vtil. & inutil. & qñ cũ certa ſcientia reſcribit ex cauſa id facere preſumitur,idẽ Abb.in c.cum olim, nu.17.de re iud. quãuis nolle tertium lęde-
27 re tenẽdũ ſit,vt ĩ c.1.nu.20.de re iud.niſi claris verbis id exprimat, vt ait tex.in c. prudẽtiã adijcimus,nu.3.de offic.deleg.& de clauſula ex certa ſcientia,congerit multa,Felin. in
28 c.cũ inter priorem & ſeq. de except. Simoniæ labe notatos, cuius Simon Magus auctor fuit Abb. in c. & ſi Chriſtus, nu. 11. de iureiur.quę in ſpiritualibus,& nõ in tẽporalibus,committitur, idẽ Abb.ĩ c.cũ ab omni, nu.7.de vit. & hon. cler. ſolus Papa rehabili-
29 tat,& abſoluit,c.de Simonia vbi glo. in verbo perpetuo,& §. Simoniæ, de elect. maxime qñ eſt in ordine ſcienter, ẽt ſi fuerit peracta pęnitentia,ſupplicetq; ad primęuũ ſtatũ reſtitui, Abb. in c. poſt trãſlationẽ,nu.20. & 21. de renunc. vbi pariter qñ interdum id epiſcopus facere valeat,ponit, prætérquã in mortis articulo, c. cũ ſit de teſtibus in extrauag.& multa de ea cõgerit Rebuf.ĩ prax.
30 benefic.par.3.tit.2.de Simon. tmq; Seruatori noſtro illã diſplicuiſſe patet, ꝙ nuſquam funiculo perfecto,ac ſeueritate,pręter emẽtes,& vendẽtes in tẽplo, inde illos velociter eliminãdo corripuiſſe, legitur Matt.c.21.de qbus plura cõmemorat idem Rebuf. ſup.cõcord.Franc.in rub. de elect. derog.in verbo nonnullæ. Et dato, ꝙ a Simonia abſolutus
31 quis ſit,non tñ ad beneficia obtinẽda, neq; ad ordines erit habilitatus, niſi id ex Papæ ſpeciali gratia ſibi indulgeatur, vnde in talibus ſupplicationibus clauſulã addere praxis ſolet,nec non oratorẽ ad ordines, & benefi-
32 cia obtenta,& obtinẽda diſpenſare, & habilitare. Dr quoq; Simonia,qñ inter partes ſequuta cõcordia,cũ beneplaciti apoſtolici reſeruatione, addita prænarrata clauſula non alias,aliter nec alio mõ, ante vel eo nõ obtẽto, aliqd ſoluit, aut datur,ex d. cauſa Hipp. Rim.cõſ.481.n.13.vol.1.arg.tex.in l.cedere diẽ, de verbo. ſig. & an precib. ordinatus ſit Simoniacus vide Innoc. in c. tuã in Dño de ætat. & qual.& dif.aſſerens,ꝙ non,niſi præmia inſuper dẽtur.Qñ agitur in materia cõ-
33 fidẽtiarũ,ſiue ciuiliter criminaliter agatur, plenè cõfidẽtia venit probãda, Abb. in c. veniens, el primo, nu.4. de teſtib. poſt glo. ibi quã Alciat. cõter approbari aſſerit conſ. 2. nu.41.vol.1.& ita Rota cenſuit corã D.Pamphilio,in vna Imolẽſis cõfidentiarũ 24.Feb. 1592. vbi Rota firmauit,ꝙ licet beneficij pa-
34 trono aliq̃ fructuũ partẽ ſumere beneficiatꝰ ſinat,ſi priꝰ de inita pactione, aĩo,ſiue Simoniaca intẽtione nõ apparet,cũ dari caſus poſſit, ꝙ ex poſt facto rector, q̃ vita durãte fructuũ eſt Dñs,pauperi patrono certã dari partẽ velit,ꝙ ius indigẽti nõ abhorret,qa pſentatus, cõfidentia ea nõ probata ceſſet Pariſ. cõſ.30.nu.71.vol.4.Put.dec.171.p.2 Mohed. deciſ.166.& an Simoniacus ipſo iure ſuſpenſus,tradit Abb.in c.per tuas,el ſecondo nu.5. & ſeq. de Simon. Cõfidentiarũ iudex ex indultis ſibi priuilegijs priuatiuè quoad alios appellatione remota ſolus de illis iudicat, quãuis ipſo ſuſpecto,aut alijs rationabilibus cauſis in Signatura gratiæ, vel adiunctum dat vel remouet,aut ſiue per modum reuiſionis Rotæ, aut illimet iudici cũ voto

vnius

vnius ex DD. Rotæ Auditoribus, extra Rotã,& absq; illius participatione, siue in Rota aut alicui alteri Prælato cognoscenda relin-
36 quitur: circa quod secundũ negotij naturã & grauitatẽ rescribitur. Quotiescunq; aliqd signando manũ Papa apponit, nullus alius inferior se intromittere dẽt, nec potest, Innoc. in c.cum M. Ferrariensis,nu.10 de cõstit. Dec.cons.191.nu.10.c. sane, el secondo de offic.deleg. Alex.si occurrat uidendus in cõs.48nu.1.vol.3.Veral.Dec.282.nu.5.p.3.vi detur enim ad se negotium auocare,manus cæteris inferioribus ligando, quorum minor authoritas, ex maioritate cessat, c. cum inferior de maior. & obed.l.ex facto vbi Ias. nu.4.ff.de vulg.& pup.l.nerratius vbi Cagn. n.6. ff.de reg.iur.Grat.cõs.36.nu.2.p.2. Dec. 33.de ap. in ant. Decis. Bisign. 6. de conces. pb. c. vt nostrum de App. c. eo tempore de elect. in 6. Quare si aliquid contra id, quod Papa scripsit,rescribi cupitur, ad Sanct. suã, vti quotidie fit in praxi recurrendum erit. Quãuis in quibusdam dependentibus, puta prorogationis fatalium, prorogationis feriarum ẽt si in causa principali sit manu sanctitatis suæ commissio firmata, Signatura iustitiæ rescribere soleat, quia id non tendit ad infringendũ concessa per sanctitatẽ suã neq; eius Signaturã peruertit. Aequum etenim non videtur,vt pro quauis minima causa tanta maiestas alijs continuis maximis curis impedita tędio afficiatur, sicq; in præfatis, & similibus Signatura iustitiæ rescribe-
37 re solet semper Legibus, Statutis,ac Priuilegijs,& similibus,nisi ipsamet Papæ Signatura,aut Principis alterius supremi,nõ põt derogari, quamuis Princeps supremus per se ipsum efficiat,simulq; exequatur,quia sciẽs ac prudens contrariæ legis,ẽt si ei non deroget,obstaculũ legitimè tollere cẽsetur: de quo,& an constitutionum in generali concilio ęditarũ specialis requiratur derogatio, & an sub generali dispositione cõprehendãtur,eo, quia non ita matura deliberatione facta sint,late tradit Sarmien. Select. sentẽt.
38 lib.3.c.14.per tot. cum congestis quẽ adeas Licet lex, siue statutũ habẽs duplicem intellectum, ad causæ decisionem allegari nequeat,sec.Nat.cõs.54.nu.10. & pariter,si ambiguũ aliquid reddatur, tradit glo. in c. habuisse in princ.33.dist.concurrunt namque illa tria necessaria,s.potestas,volũtas,& modus,quia sine potentia,nihil ad actum deducitur,sine voluntate,siue cõsensu,nihil perficitur,& sine modo,nil ad suũ finem dirigitur,Bald.in l. oẽ verbũ,nu.8. C.com. de leg. Canon.in c.cũ super de offic.deleg. c. super inordinata ibi posset,& vellet de præb. in 6. quæ oĩa in supremo Principe derogante cõcurrunt,& de clausula derogatoria, quid in litteris Apostolicis operetur, late tradit Feder. de sen. cons.33. per tot. & dixi infra in
39 com.app.Supplicatur sępissime in Signatura gratiæ pro fidecommissorũ, vel aliarũ vltimarum voluntatum derogatione siue cõmutatione,quę neq; conceditur,neq; cõcedenda venit, nisi cũ causa, cũ Princeps, (de iure tñ,non de potestate plena loquẽdo) volũtates,ac alias vltimas dispõnes cõmutare, vel tollere nolit,pręcipue,qñ qs ad vsum piũ particulariter destinauit, aut perpetuo fidei commisso, vt in eius familia bona conseruentur,subiecit,de quo late Sarmien.Selec. sent.lib.1.cap 8.nu.13.& seq.ac num. 22.& 23. Vbi multas numerat causas, ac quomodo,& quando sit commutatio cõcedenda, & in c.10.nu.9.eod.lib.quæ eo magis denegatur, quãdo apparet etiam ex coniecturis, quod testator particularem illis bonis affectionem habuerit, & si dari interdum contingat,solet illa clausula addi,sine tamẽ pręiudicio venientium ab intestato,quæ intelligitur, quod præiudicet illis, quibus pater præiudicare poterat, ac quo ad descendentes,pro quibus solum posita videtur, vt idẽ Sarm.d.c.8.nu.7 & seq. Ea nanq; præseruatio operatur,quod illis,quib. reseruatur ius, præiudicium non afferatur, vel damnum,l. Bebius Marcellus.ff.de pact.dotal.Potest nẽpe Princeps rerum priuatarum dominium tollere, & mutare, Gabr. lib. com. opin. in tit.de iure quæsi.conclus.2. Et an lite pendẽte talis gratia sit concedẽda,qñ tertijs præiudicium infertur,vide eũdẽ Gab.loco cit. tit. de iudic.conclus.4.& si multoties talia bona alienandi gratia pro dotibus dandis,ære alieno soluendo,& alijs legitimis causis concedi soleat,relicta aliqua portione precij,cum decreto,quod fructus in futurum ex eo decurrendi amoueri nequeant,donec,& quousque ex eorũ multiplico detracta summa restituta nõ sit,ob rẽ fideicõmisso pecunias subijciendo,vnde ex tẽporis cursu, nullatenus fideicõmisso fraus, vel damnũ infertur, quamuis remaneat interim damnificatus orator,qui priuatus fructibus rei alienatæ remanet,licet suum æs soluat. Pro soluendo ære alieno defuncti, q fideicommissum imposuit, ac licentita bona ad dictũ effectũ alienãdi multoties supplicat,& licet de iure absque gratia Principis id fieri quæat, cum hæreditas non intelligatur nisi detracto ęre alieno, tamen solet multoties concedi gratia, eo quia non reperitur stante fideicom-

41 miſſo emptor ita de facili, ſæpe numero pariter ſupplicatur pro uarijs diſpenſationibus, pro quarum validitate inuigilandum eſt, quod omnia contineant, quæ ad concedendum difficiliorem Principem reddere poſſent, idque procedit etiã in alijs gratijs cap.quia circa de conſang. & affin. Qua
42 re ſi ſpurius, aut alij, ſe ortos ex adulterio, & inceſtu omittant, ac rem, vt ſe habet, non narrent,nec diſpenſatio, neque legitimatio illis proderit,vt per Sarmienſ. Select. ſent. lib. 1. cap.9. num. 1. latè, ſed ſi cauſa narrata gratiam Papa confirmat, illam amplius obtinens iuſtificare non tenetur, Ve-
43 ral. Deciſ. 126. par. 2. Narratiuæ Papæ quãdo credatur, & an ſuæ narrationi, partim de facto proprio, partim de alieno ſtandum ſit,latè diſtinguendo recenſet Imol. in Clementina prima, num.9. ad fin. vbi Bonifac. num. 16.verſ. vel eſt de facto Papæ de prob. Maſcard. de probat.lib.1.concluſ.139. nu.8. & concluſ.1227. num.36.& num.77. maxime ſi talis aſſertio fuerit de facto proprio,& ex certa ſcientia, vt ibi Imol. verſ. & hoc tẽpore, Alex. conſ. 112. poſt num. 2. & ante nu.6. vol.6. Curt. iun. conſ. 61. poſt nu. 13. Soc. conſ. 266. nu.27.vol.1. Aym. de antiq. temp. par. 1. in princ. num. 10. Et multa de clauſula, quatenus preces veritati nitantur, quæ tacite in omni Papæ gratia intelligitur, vide text. in capit. ſuper literis de reſcript. & in l. præſcriptione, C.ſi cõtra ius,vel vtil.
44 publ. Beneficium obtinens, ſe ad ſtudia interdum transferri cupiens,Papæ preces porrigit narrãdo perſonali reſidentiæ ſe ſuppoſitum,ideo de fructibus abſens percipiẽdis, ac ſi preſens foret,gratiam concedi ſupplicat, durante tempore ſtudij, ideo cum ob publicam vtilitatem id quærat, quia quam maxime literatis, per quos mundus illuſtratur,Eccleſia indigere dignoſcitur, cap. cum ex eo de elect. in 6. Aut. Habita, C.ne fil pro pat. licet de iure fructus percipere non valeat,cap.licet de præb. tamen quia ſtudiorũ cauſa abſens,abeſſe non videtur,l. quæſitũ, vbi Bart.ff. de leg. 3. cumque iuſtiſſima dicta de cauſa ſit abſentia,l.nec non,ff.ex quibus cauſ.maior.meritò illos percipiendi gratia conceditur, capit. ſuper ſpecula de magiſtr. cap. tuæ de cler. non reſid. capit. 2. de priuileg.in 6. Ita pariter, ſi clauſtralis religioſus ſe ad ſtudia transferre cupiat, abſque ſui prælati licentia facere nequit,vtiq; nec gradus ſumere, alias eſſet excõmunicatus,c. 2. vbi DD. de maiorit.& obed. Quando con-
45 feſſio Principi in precibus facta probet, nec ne,nõ inſiſto,quia late videre poteris Gabr.
46 com. opin. tit.de confeſs.concluſ.4.& pariter quando morte concedentis re integra
47 expiret gratia, idẽ Gabr.lib.cit.tit.de clauſ. concluſ. 1. Multoties pro litis extinctione preces in Signatura gratiæ porriguntur,quę lite calumnioſa,notoriè iniuſta,ac temerarijs moleſtijs plena reperta, concedi ſolet Caſſad. Deciſ 7. de dol. & cont. & Deciſ. 5. num.3 & lit.pend.Mandoſ.ſup.reg. Cãcel. de ſubrog.q.11.num.6. & ſeq. Principis etenim munus eſt, ne temerariè ſubditi vexentur,obuiare, immo lites haſce extinguẽdo, de medio tollere,cuius ſolius ſuppremæ authoritatis eſt,cap.finem litibus de dol.& cõtuma. Mandoſ. in prax. commiſ. XVI. cõmil. in verbo finem imponere, l. quidam exiſtimauerunt, ff. ſi cert. pet. quamuis temerarij earum fomentatores, alienã quietem vexando,expenſarum refectione arceã-
48 tur,vt alibi dicam. Ob mortem ex datis medelis ſequutã,irregularis medicus effectus, ſec. Pariſ.conſ.96.num.1.vol.4. Couar. ſec. par.relect.§.4. num.2. & 3. tam ex negligentia,quam ex imperitia, Abb.in cap.ad aures nu.1.& 2.de ætat.& quali.& differ.ſacris initiari,ac beneficia obtinere cupiens,precibus ſanctiſſimo oblatis, ſuper irregularitate, cũ habilitatione ad ordines, & beneficia, ſecũ diſpenſari ſupplicat,quod cõcedi multoties ſolet, dummodo ſe a præmiſſis in futurum abſtineat, ea ratione, quia medico euentu mortalitatis, dũmodo conſcientia non remordeat, qđ ignorãter egerit, non imputatur. Innoc. in c. ad aures, num. 1. de ætat. & qualit. Vidimus etenim Illuſtriſs. Cardinales multos, & Epiſcopos, fuiſſe, & eſſe, & quamuis ſic diſpenſatus peritiſſimus ſit Phiſicus, ordinibus, & beneficijs aſſequutis, a medelis omnino ſe abſtinere debet, alioquin,nec promoueri poſſet, ac promotus irregularis efficeret denuo, d. c.ad aures vbi glo. & DD. Henric. Boijc. in cap. tua nobis vbi ſcrib. de homic. immo ſi ita diſpenſati phiſicã audirẽt,vel illã legerẽt,venirent puniẽdi,cap.ſuper ſpecula ne cleric.vel mo-
49 nac. Pro noua gratia, perinde valere dicta, interdũ ſupplicatur,quando,collatio beneficij, vel gratia,aut reſcriptum cõceſſum viribus non ſubſiſtere veretur,tuncq; expreſſis in nouis precibus ijs, quæ in alijs deficiebant,obtenta cõualidari ſupplicant,ac perinde valere declarari,eodẽ modo, ac ſi vere, & totaliter omnia narrata a principio forẽt. Circa qđ certa regula dari nõ poteſt,& impoſſibile eſſet, qñquidem ſecundum facti contingentiam, perſonæ, negotij, & tẽporis qualitatem,aut gratia conceditur,aut non,

non, quamuis sit illis indulgẽdum, quãdo in primis precibus, non tamen malitiose, vel per artem, sed per imperitiam, aut simplicitatem aliquid omiserunt, quorum paucorum est numerus, sed inuigilandum valde venit, quia dubitando prima non potiri gratia, si plene omnia narrẽtur, stante negotij difficultate, non nullis mẽsibus elapsis, ex tali diuturnitate obliuionem pręsumendo, omissa incuriæ, vel alijs causis ascribendo, deficientibus in prima gratia, in hac secũda expressis, ne de subreptione, vel obreptione, aut de uiribus primæ gratiæ dubitari cõtingat, supplicant eam validam declarari, perinde ac si omnia narrata forent, sicque in duabus, vel tribus vicibus, id obtinere satagunt, quod vnica vice integre exprimendo denegatum foret. Vnde cognito dolo, & malitia pręfatis denegatur. Petitis interdum annuẽdo, maxime si dubitetur quod virib' Papę collatio careat, eo nẽpe casu illã Papa valere declarat, perinde ac si omnia imprima grã expressa forent, & si concedi contingat, non erit sufficiens tertio ius ex alia collatione quæsitum tollere cap. quamuis, de rescrip. in 6. Denegatur tamen gratia ista, quãdo literæ non sunt expeditę: quod secus est in gratia si neutri, & si nulli, de qua gratia plura cumulat Cassad. in Decis. 6. de cõcess.
50 præb. & Prob. in Add. ad Io. Monac. in cap. fi. de consuet. in 6. Per suas literas mandat Papa puta episcopo, vel alio ordinario aliquid exequi, quod ex solita iurisdictione perficere poterat. Quæro an ob id sit delegatus effectus? & dico quod non, nisi adsint illa verba authoritate nostra, Apostolica, vel similia vltra formam iuris, cap. cum aliquibus, de rescript. de quibus late Fely. in cap. cum ex Officij num. 32. vers. tertius est casus de præscrip. & pariter si id fieri Papa præcipiat, quia tunc alteratur ordinaria iurisdictio, vtendoque delegata, delegatus efficitur, Fely. in cap. fi. num. 4. de re iud. Subdens ibidẽ, quod dato adiuncto ordinario, si discordes in pronunciando fuerint, ad superiorem, perinde; ac si ambo delegati forent, recurrendũ erit: Sed verba autoritate nostra tunc iudicem delegatum reddunt, quando in dispositiua principali sunt posita, secus vero si in parte exequutiua vel cõfirmatione. Imol. in cap. quoniam. Abb. nu. 29. de Offi. deleg. Dec. cõs. 500. nu. 11. quod ibidem nu. 30. Imol. declarat si rescriptum cõtineret vnius, aut duarum causarum commissionem; secus si omnes causas comprehenderet, putã quando ad alicuius ciuitatis gubernium quis transmittitur, quia eo casu
51 esset ordinarius non delegatus. Hierosolimitanos equites bona patrimonialia ex causa sibi reseruare posse censuit per multa iura, & rationes Rota in Decis. 436. nu. 7. par. 3. diuers. Cõmissionibus, vel supplicationi-
52 bus registratis, seu in registro existentibus, quando parti ius quæsitum est, aut præiudicium affertur, addi non debet, neque cor-
53 rigendæ veniunt, licet ex causa id aliquando fiat. Dispẽsatio super oculo, vel membri deffectu petentibus, vt ad sacros promoueri ordines, ac beneficia obtinere valeant, dari solet, & si orator in curia sit presens, solet se & Domino Referẽdario præponenti, ac alijs Dominis exhibere, vt visis deformitatib' vel alijs defectibus, Sãctissimo; Domino nostro testimonium afferant, & an ex illa scandalum dare populo possit, seu aliquando Reuerendiss. Dom. Sanctitatis suę Datario, se ostẽdit. At si extra Curiam fuerit, Ordinario remittitur, cum restrictiua, dummodo nimia
54 deformitas, siue scandalum ex ea non oriatur. Homicida præuia absolutione ab irregularitate, in vtroque foro, secum ad ordines, & beneficia dispensari supplicat, & quando præmissorum occasione irregularitas contrahatur, tradit Innoc. multa in capit. ad audientiam nu. 6. & per tot. de homic. ac pariter ad obtenta beneficia, ac ordinum exercitium: Tunc si fuerit voluntarium, conceditur de absolutione solum: aliquando cum retentione beneficiorum, quæ habet, seu ad semplicia obtinenda tantum, circa quod secundum facti, & personę qualitatem, Papa se gerit. Quamuis in homicidio casuali, Pœnitentiaria, secũdum iuris dispositionẽ, absolutionem concedat, quia necessitas pręcisa excusat ab irregularitate, ac ab omni furti, & homicidij pęna Anch. in cap. 1. nu. 9 de homic. Diciturque casuale, quando illicitę rei opera non datur, aut de illo vitando diligentia adhibetur, quæ in assassino, vel simili omnino cessant, quia sunt ipso iure priuati, & inhabiles cap. 1. de homic. in 6. Glo. quę distinguit in cap. de his in verbo de his 50. dist. Rursus aut homicidium erit necessarium, aut voluntarium, aut casuale. Primo casu, aut necessitas est ineuitabilis, & potest in ordine, quem obtinet, permanere: Sed si ad alios ascendere intendat, erit opus dispensatione: si vero euitabilis necessitas fuit, eo casu ad maiores ordines ascendere nequit, licet aliquando in susceptis tolleretur. At si homicidium fuit casuale, tunc iterum distingue, aut dabat operam rei illicitæ, aut licitæ, primo casu, neque in susceptis potest ministrare, neque ad alios ascendere; secundo casu

do caſu vtrunque facere valet: ſed quando voluntarie homicidium commiſit, ceſſat ſemper diſpenſatio, vt ibi late Gloſ. Interdum conceditur abſolutio cum ſuſpenſione ab exercitio ordinum ad tempus Sanctiſſimo beneuiſum, vel perpetuum, ſiue prohibitione celebrandi in loco commiſſi delicti, vel per non nulla miliaria circum circa ne videntibus ſcandalum afferatur, quod ceſſat in loco longinquo, vbi ita geſtorum ſcientia non hab etur vel citra aſcenſum ad alios ordines Homicidæ voluntario, religionem mendicantium ingredi volenti rehabilitatio concedi ad ordines, etiam ad altaris miniſterium ſolet, quia per religionis ingreſſum, irregularitatis obſtaculum tolli videtur, quando non inſurgit ex proprio delicto, & ſic ea nō obſtante abſque diſpenſatione promouetur, quia irregularitas ex proprio delicto incurſa, non tollit, quin fauore Religionis quis facilius diſpenſetur, quamuis dignitates, niſi diſpenſatione obtenta, conſequi non valeat; Gloſ. in cap. 2. in verbo religionis. de Apoſt. quod denegatur ſeculari presbytero, & hac de cauſa, clauſulæ, & de habilitatione ad dignitates, in huiuſmodi ſupplicationibus apponuntur, vt di
54 xi in commiſſione appellationis in cauſa criminali. Illis vero qui homicidijs, bello, incendijs, rapinis, & alijs huiuſmodi interfuerunt, ſicuti pariter Secretarijs Principum, multoties, ac ſimilium complicibus, ſolet rehabilitatio dari, addita reſtrictiua, quatenus neque mutilauerint, neque interfecerint, aut incendia, ſiue rapinas commiſerint, nam quando præfatorum erunt rei, de abſolutione tantum illis reſpondetur. Facilius namque Notarij, fiſcales, & iudices, qui neci hominum via iuris ſententiando conſenſerunt, etiam quo ad altaris miniſterium, addita reſtrictiua, quatenus aliquem iniuſte non condemnauerint impertiri rehabilitatio conſueuit, licet omnino abſque Papę gratia ſint a præmiſſis excluſi. 1 Paralipom. cap. 28. non ędificabis domū nomini meo, eo quod ſis bellator, & ſanguinem fuderis, cap. accedens de accuſ. c. ſiquis omnem 1. q. 7. Aufr. ad Cap. Tholoſ. deciſ. 207.
55 Pariter beneficiatus incapax eſt ad ordinū exequtionem inhabilis, cap. fi. de clerico pugn. in duel. de quo late Præpoſ. in capit. minor 50. diſtin. Hoc tamen te non lateat,
56 quod homicida non eſt ipſo iure priuatus beneficijs, ſed per ſententiam Prępoſ. in cap. ſtudeat. 50. diſt. cap. fraternitatis de Cleric. excom. miniſt. Felin. & DD. in cap. 2. de reſcri. Aufr. ad Cap. Tholoſ. deciſ. 436. Abb. in cap. niſi in princ. & num. 4. & 6. de renunc. & in cap. clerici num. 2. ne clerici vel mon. & an poſſit beneficia reſignare, ponit in dubio Boer. deciſ. 206. ob id antequam condemnetur, fructus percipere valet, quia retinet, Zabar. in Clem. conſtitutione §. cęterum num. 10 de elect. & elect. pot. tales nanque diſpenſationes, quacunque authoritate con
57 cedendę, extra Rom. curiam eorum ordinarijs committuntur, ac gratioſe conceſſę, niſi prius coram eiſdem ordinariis verificentur, vti coram delegatis Apoſtolicis, infringuntur per Concil. Trid. ſeſſ. 22. ca. 5. de reform. ac in ſeſſ. 14. cap. 7. de reform. vbi modus datur ad diſpenſandum in homicidio voluntario, & neceſſario: ſed curandum eſt, ne alteri præter ordinarium preces dirigantur, vt ſępe oratores, palliatos proponendo colores quęrunt, ad illius iudicium, vti de cauſa bene inſtructum effugiendū, vt ab alio extero ſuam conſequantur intentionem, Quamuis ſecundum Abb. in cap. ad aures nume. 2. de ętat. & qual. non incurratur irregularitas per homicidium caſuale, dummodo non adſit culpa, & idem in cap. lator, nu. 4. de homic. licet talis diſpenſatio in foro animę non tollat, quin poſtea in foro contentioſo accuſetur, quia tendunt ad diuerſum finem. Abb. in cap. fin. nu. 16. de ſchiſmatic. ſed curandum erit, vt veritas, & factum vt iacet, exprimatur, alias ea non narrata, vel cauſa falſa poſita, non tenerent conceſſa, ratio eſt, Quia Papa non intendit niſi ſuper narratis abſoluere, quod ſecus eſt in excommunicatione. Innoc. in cap. ſuper num. 2. de fid. Inſtr. Non ſolum quo ad pręmiſſa, ſed
58 alia accidentia, ſępiſſime ſupplicationes in Signatura Gratiæ proponuntur, vel tangentes Concilij Tridentini diſpoſitionem, ſiue intellectum, ſeu ardua, ex quibus magis ſpecifica, & diu agitata verificatio matura habita diſcuſſione, quæ ex tunc forſan in curia non exiſtentibus haberi nequit, a Papa requiritur, quæ maxime ſi agatur de ad Cōcilium pertinētibus, ad particularem Illuſtr. dictę congregationis Cardinaliū remittitur, quorū declarare munus eſt, Ang. conſ. 256. nu. 4. cum add. precesq; dari mandat Illuſtriſſimo Illius congregationis Cardinali in Signatura exiſtenti, vt quid cenſeat ſacra illa cōgregatio, Sanctitati ſuæ referat, & ſecūdū relata expediatur, vt etiam ſi aliarum Illuſtr. Cardinalium congregationum munus erit ſimile fit. Commiſſiones in eadē Signatura
59 porriguntur, ſupplicando cōcedi vt contra cōſeruatores, vel capita regionum vrbis, qui durante Officio actiuè, & paſſiuè a iudicijs ſunt

sunt immunes, vt non obstante eorum offi-
cio conueniri valeant, ac multoties ipsi eorũ
debitores conuenire posse petunt: nam diffi
cillime conceduntur tales preces, cum mo-
mentaneum eorum sit officiũ, sed facilius
officiali petenti per regulã quod fauori suo
renuntiare vnusquisque potest, Corn. consi.
60 109. nu. 5. vol. 1. Relaxatis mãdatis exequu-
tiuis per A. C. vel alium Iudicem, creditor
commissionem in Signatura Gratiæ porri-
gi curat, narrando nil aliud præter officium
debitorem habere, Cancellariç, aut aliud ve
nale, & cum ipsi alias q̃ per dicti officij ven-
ditionem satisfieri non valeat, quod absque
Papæ indulto fieri nequit, supplicat A. C.
committi, quod constito de præmissis, offi-
cium, vel officia subhastari mandet, & fa-
ciat: quæ commissio facile concedi solet ci-
tato tamen officiali; sed clausula restrictiua
additur, quatenus alia bona, sup quibus exe-
quutio fieri possit, non adsint; & dummodo
debitũ valorem medietatis officii excedat.
Nam vt refert Mandos. in quæst. 14. reg. 22.
Cancell. num. 10. officiales Sedis Apostolicæ
preceteris specialia habent, ideo sçpe à re-
gulis communibus eximuntur, & præser-
61 uantur, & istæc est signatura inueterata pra
xis, quam sequi & immitari formas curiç in
62 literis conficiendis, eique semper inhçreri,
bonũ est. Difficile aliquod conceditur pro-
pter quod, vel beneficia perpetuo extinguã-
tur, seu illa clerici seculares perdant. Primi
exemplum in vnione figurari potest, & se-
cundi petentibus monacis monachum ad
nutum admouibilẽ ponendi facultatem, vbi
ponunt clericos seculares, seu si ius confe-
63 rendi tollatur. Legatum pium pro incertis
pauperibus, licet conuertatur quandoque
pro consanguineis egentibus testatoris, seu
aliqua fabrica. Tamen si ad certum particu-
lare opus destinatum fuerit, non solet mu-
tari, at si testator in loco aliquid perfici man
dasset, & ibi exequi eius mens non valeret,
alio in loco exequi mandari poterit, quæ
mutatio facile stante impedimento per si-
gnaturam conceditur, Innoc. in c. nos qui-
dem num. 1. de testam. subdens numero 2.
defensionem, & exequutionem testamen-
torum, maxime ad pias causas, ad episcopos
pertinere, quia vt subdit. in capit. relatum
64 nu. 3. de sepult. pro Ecclesia sibi subdita age-
re potest. Quando in vna supplicatione plu-
res gratias petere cõtingat, ex q̃bus aliqua sit
limitanda, vt prouisio, & licentia testandi,
tunc adduntur ista verba, & de licentia te-
standi in forma, & in forma iuris, & sine præ
iudicio, ac de consensu, de vno curato, &
65 prorogatione ad sex menses, secundum fa-
cti contingentiam. At si plura in rescripto,
vel supplicatione narrari cõtingat, quorum
aliqua sint secundum iuris tramites, & ali-
qua contra ius, illa solum priora, quæ secũ-
dum ius sunt, concessa cẽsentur Rip. in rub.
de rescrip. num. 18. Gomes. in Comp. vtr.
signat. num. 5. Maran. de ord. Iud. par. 4. dist.
66 9. num. 7. Corn. cons. 5. col. 4. vol. 2. Iuspa-
tronatus reseruare volẽti, denuo Ecclesiam
construere facienti, & quatenus sufficienter
illam dotare, etiam ex hçreditate velit, ad-
ditur in supplicatione restrictiua, postquã
çdificauerit, vel sufficienter dotauerit, siue
ad tantundem dotem auxerit, pariter si be-
neficium habeat tenues fructus, puta qua-
tuor vel quinque ducatorum, & aliquis illos
augendo ius patronatus sibi concedi petat,
tunc dotem augere, arbitrio Signaturç re-
positum erit, reseruando aliquam dignita-
67 tem fundatori si aderit in eo. Trãsferendi se
ad alium ordinem, datur religiosis interdũ
facultas, de licentia sui superioris, quando
ad laxiorem, sed si ad arctiorem regulam, ea
opus non erit; at transferendi se de ordine
mendicantium, ad alium ordinẽ fratri men-
dicanti, nisi de certa Papæ scientia & licen-
tia non datur; & tunc addi debet, sine spe
beneficiorum. Dispensatio, quæ iuris com-
68 munis est relaxatio, ab habente dispensandi
facultatem, cũ causæ cognitione facta, Abb.
in cap. fi. num. 4. de schism. 5. nisi rigor q. 97.
petita ad quçcunque beneficia, pro patien-
te defectu natalium, ad maiores dignitates
69 non datur, neque ad principales, nisi quali-
ficatis: neque illegitimis, siue adulterinis nisi
cum causa. Abb. in cap. per venerabilem nu.
4. & 5. qui fil. sint leg. cum quibus ad digni-
tates & curam animarum dispensare, solius
est Papæ munus, Innoc. in cap. innotuit nu. 1
de elect. & in cap. fi. de fil. præsb. capit. du-
dum ecclesiæ Rothomagensis, nu. 4. eo. tit.
& ideo, si ad maiores dispensari contingat,
addetur, quatenus sit ex altero, vel vtroque
nobili parente procreatus circa quod te non
lateat, quod legitimatus per secularem, non
erit ad ordines habilitatus, Innoc. in cap. per
venerabilem num. 3. qui fil. sint. legit. pro-
pterea inter clausulas semper cassari debet,
de speciali ad vitam, quæ clausula importat
dignitates maiores, & principales, sçpe ete-
nim multi errant hanc clausulam non intel-
ligentes, vt in quadã antiqua Signaturæ pra-
xi per antiquissimum nobilem Referenda-
rium manuscriptam, inueni. Talis dispensa-
70 tio non trahitur ad episcopatum; neque ad
Archiepiscopatum, quia tales gratiç sunt re-
stringendæ

ſtringendæ, quare diſpenſatus ad beneficia ſimpliciter, non erit ad maiora habilitatus, Innoc. in cap. dilectus filius num. 2. de conceſſ. præb. debetque neceſſario in hac illegitimorum diſpenſatione ad ordines, & eccleſias, de parrochiali fieri mentio, & quod curam animarum exercere valeat; alias ea ommiſſa, non dicetur diſpenſatus à Papa, à quo præmiſſa obtinere debet, quãuis quo ad beneficia ſemplicia id ius epiſcopo indulgeat, Innoc. in cap. nimis nu. 2. de fil. presb.
71 Super ætatis defectu diuerſimode diſpenſatur, vnde non adeſt in hoc regula certa propter perſonarum qualitatem, licet repugnãte Concilio Tridentino raro id fiat, & quam
72 uis minor 18. annorum incuria promoueatur, nihilominus non dicetur ab ordinibus ſuſpenſus, licet irregularis efficiatur, niſi ſpecialiter ſuſpẽdatur ab illorum exercitio, Zabar. in Clem. generalem num. 8. de æta.
73 qualit. & dif. Bigamus ſi diſpenſari ſecum petat, repellitur ordinarie, niſi fuerit qualificatus, & ad inſtantiam magni Principis, & tunc, quo ad priuilegia fori tantum; Sed ſi Bigamus culpa caruerit; puta quando duxit in vxorem alterius nuptam, & fuit per ordinarium matrimonium ſeparatum, datur diſpenſatio, eo quia non contraxit: ſecus cum illis, qui cum vnica vxore matrimoniũ contraxerunt, quia cum ipſis ad omnes or-
74 dines diſpenſatur. Quãdo Illegitimus petit poſſe ſuccedere in bonis paternis, vel alijs, additur ſemper, ſine præiuditio vnientium ab inteſtato, at ſi in bonis temporalibus facultatem ſuccedẽdi petat, pariter addetur clauſula, dummodo illis non præiudicet, ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere debet, & quamuis diſpenſatio reſpectu diſpenſatoris ſit fauorabilis: tamen in vno conceſſa, non extenditur ad alium caſum, Abb. in cap. at ſi clerici §. de adulterio num. 6. 8. & 22. de Iudic. nihilominus, quo ad ſe eſt odioſa, quia tollit iuris diſpoſitionem, Idem Abb. in capitulo cum dilecti numero ſexto de donat. rurſus ſecundum eundem Abb. in capitulo primo, num. 3. quo ad illos, qui bus conceditur, ſtricte eſt interpretanda, ſed quo ad concedentem large, quod fallit in conceſſione motu proprio facta, quæ multum differt a conceſſione ad partis ſupplicationẽ, quia motu proprio extenditur ad actus conſequtiuos, & late interpretatur, Abb. in cap. cum in cunctis §. ſi
75 vero num. 7. & 8. de elect. In conſeruatorijs, aut in corpore, aut in clauſulis, ſemper addendum erit, & in forma quinterni, & ſi petantur etiam ratione perſonæ, vel bonorum hereditariorum, caſſatur, vt etiam derogatio priuilegiorum alijs conceſſorum; & ſimiliter contra ſimiles conſeruatores habentes, & contra exemptos. Hodie tamen multa præter ius conceduntur, videlicet, appellatione remota, perſonæ, ac bonorum patrimonialium, quamuis cum difficultate, & quod conſeruatores iudicialem habeant cognitionem, & quod ſint Canonici cathedralis, & vniuerſi, & ſinguli conſtituuntur, ſed literæ conſeruatoriæ contra ius, futura reſpiciunt, & ita nuncupantur, ſicut iudices in illis datis conſeruatores, quia debent impetrantes à futuris, & manifeſtis iniurijs, ac violentijs defendere, cap. ſtatuimus, de offi. deleg. Innoc. in cap. audita, num. 2. de reſtit.
76 ſpoliat. In Hiſpania, quando ad duo beneficia patrimonialia obtinenda diſpenſatur dũtaxat, hęc addi verba debent, in diuerſis eccleſijs, in quibus tamen eſt filius patrimonialis, quia ſi daretur ſub eodem tecto, præiudicaretur altero ex filiis, quod honeſtati conſonum non eſt, quare merito requiritur, quod ſit vtriuſque eccleſiæ filius patrimonialis, ſi tamen filius non patrimonialis ſibi petat prouideri de vacãte patrimoniali beneficio, tunc in tali prouiſione datur ſibi diſpenſatio pariter, & cum derogationibus neceſſariis, ſed ſimplex diſpenſatio ad illud obtinendum non datur. Abſolutiones ab ir-
77 regularitate incurſa a promoto, cum falſis dimiſſorialibus, vel teſtibus, ſiue ante legitimam ætatem, aliquando datur, ſuſpenſo oratore ad tẽpus, aliquando citra aſcenſum ad alios ordines, aliquando ſimpliciter, vel iniũcta aliqua ſalutari pænitentia, quamuis multoties denegetur, concedendo de abſolutione tantum, circa quod pariter ſtante diuerſitate negotiorum, certa dari forma nõ poteſt, vt plenius dicam in com. App. in cau
78 ſa crimin. Diuerſimode Papa ſignare ſolet, ideo noua exiſtẽte gratia, dicit fiat vt petitur H. Si fuerit p̃cedentis reſcripti reformatio, vtitur fiat H. Sed quando ſignat commiſſiones in curia vtitur Placet H. & extra curiam, fiat vt petitur H. & quando motu proprio, vel fiat motu proprio H. ſeu placet motu proprio H. ſed ſi aliqua ſecũda reſcripti pars fuerit, placet de ſecunda parte H. ſiue placet de exequutione, vel alio negotio ſimili, de quo agi contingat. At Cardinalis Signaturæ Iuſtitiæ Præfectus diuerſimode in commiſ-
79 ſionibus reſcribit, in curialibus. Placet D. noſtro Papæ, Cinthius Cardinalis Sancti Georgij, vel ſecundũ occurrentiam, Placet D. N. PP. de legitima exequutione, vel ſimilibus, quæ Signatura reſcriptum in totum, vt dixi

dixi restringit. Sed in commissionibus extra curiam, dicit Concessum vt petitur in præsentia D. N. PP. C. Cardinalis Sancti Georgij, & ibi & cum absolutione a Cẽsuris &c. Conce ssum C. Cardinalis S. Georgij, quibus verbis dico concessum vtũtur pariter in Signaturę Gratiæ beneficialibus supplicationibus signandis via ordinaria Illustrissimus & Reuerendiss. D. Cardinalis Paulus Sfondratus illi Præfectus, ac Reuer. Pat. Dom. Seraphinus Razellius Oliuarius Gallus Rotæ ante assumptionem ad Patriarcatum Decanus modo Locumtenens dictus, illi vti Prælatus Prçfectus. Simili modo, si in Signaturę Iustitiæ commissione aderit Secunda pars. Placet D. N. PP. de secũda parte C. Cardina-
80 lis Sancti Georgii: vel Placet Arbitrio, seu simili. Referendarius commissionem signat apposito nomine, ĩ capite in cornu dextero, in calce si fuerit Curialis cornu sinistro apponat Placet, & si debet rescribi, prout de iure, vel de secunda parte, vel de legitima exe-
81 quutione, seu arbitrio aut alias secundum subiectam materiam. At si extra curiam, concessum: deinde signat Cardinalis sub eodem tenore, vt dixi. Si orator vrgente paupertate, aut alia rationabili causa, agi absque regestri confectione supplicet: quando concedendum videtur, addi solet arbitrio Iudicis, quamuis maxime in rota, vbi illi sapientissimi Patres maxima Charitate pauperum indemnitati prouident, & alibi propter notariorum præiudicium raro concedatur.
82 Cõsueti Signaturæ Gratiæ dies (vt dixi) sunt Martis, vel Sabbati, festo non impeditis Papę
83 arbitrio. Vnus olim Referendarius in qualibet Signatura proponens erat, sed fel. rec. Gregorius XIII. exemplo duorum Referendariorum, qui quando propositionem incipere voluerũt, ambo breui tempore defecerunt improuiso, & ob id imperfecta Signatura remansit, ideo ad obuiandum in futurum similibus casibus, vt tres deinceps Referendarij, in qualibet Signatura decem preces pro quolibet offerrent Sanctas sua sanxit, & continue seruatum fuit, sicque
84 vno deficiente ex tribus, alij propòsituri remanent. Varijs modis partes Papę iura sua dicebant Tempore Pij Quarti, & Pij Quinti quibus recordor, & ante, vt audiui, priusquã signatura inciperet, omnibus coadunatis publice Procuratores, Aduocati, & met partes, etiam in contradictorio, coram Papa genuflexi, iura sua alta uoce dicebant. Illam consuetudinem Gregorius Decimus tertius abrogare voluit, sat esse Referendarios de numero XII. votantium edocere asserens, quod Sixtus V. insequtus fuit, mandans, vt nomine diæcesis dicto, de quo supplicatur, ante facti narrationem; vt facilius negocium percipi posset, breuiter ponens recenseret. Innocentius IX. coram Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalibus Signaturę assistentibus, paulo antequam inciperet coadunatis, collitigantes iura sua deducere statuit. At S. D. N. Clemens VIII. ea qua semper fuit prudentia & audiendi facilitate præditus, sero antecedẽti Signaturam, paterno amore, & charitate, non solum sanctissimas aures vt edoceatur patientissime prębet, sed documenta partium, Informationes nuncupata sigillatim recipit, ac summo studio scrutatur, Adiuuante postea inter domesticos parietes Paulo Emilio Zaccheti Saonensi Cardinali Sancti Marcelli nuncupato summę religionis viro, integritate, doctrina ac rerum gerendarum experientia conspicuo, erga omnes humanissimo, cuius etiam opera consilio & prudentia in arduis negotijs Sanctitas sua vtitur: propterea etiã de numero Cardinalium, signaturæ gratiæ assistentium eundem esse voluit ecclesię montis Falisci præfectum, quo fit vt perspectæ causæ, in illo omnium mundi suppremissimo Tribunali postea tractatæ opportunius auditis (si sanctitati suæ libeat) Patribus astantibus diffiniuntur. Contigit sępe
85 quod aliquod impetretur rescriptũ, ab vno multorum nomine puta a ministro Hospitalis, Monasterij, Societatis vel similib. quęro an alijs præiudicet, & Rota coram D. Gipsio in vna Auellina vnionis Lunę 23. Iunij, 1597. tenuit quod sic: quia cum in eo sint omnes oratores, ab omnibus impetratum censetur, præsertim si eò nominnati sint vsi, Bellam. Decis. 583. & sequ. qui cautela alias dicta vti possunt medio iuramento in actis asserendo contra eorum voluntatem, & absque mãdato impetratum, & ideo illo vti nolle, quod antequã causa incipiat, & consensum præstent, fieri debet. Causa vsu-
86 raria, vel ecclesiastica, si tractatur quæstio facti, corã seculari iudice cognosci poterit, sed non si de iuris quęstione agatur, Feli. in cap. cum sit generale num. 1. de for. comp. Immo. si vsurariam exceptionem coram se oppositam secularis iudex calumniosam fore videat, ecclesiastico causam remittere nõ tenetur, sed ad vlteriora procedere, vt ibi Feli. nu. 1. vers. quarta declaratio: sed quãuis de iure præfata vera sint, praxis contrarium seruat, quia vt ibi Feli. subdit, ecclesiasticus sub censuris cum inhibitione præmissis obuiat. At quando quis coram laico Iudice

dice, vt ad Eccleſiaſticum remittatur inſtaret, licet forſan tali obiectione non obſtante ſec. Feli. ibi, qui late articulum tractat, ad vlteriora procedere poſſet, ei terminum ad ea producendum, quæ corā Eccleſiaſtico producere vellet aſſignare bonum eſſet, productiſque releuantibus cognitis, ad Eccleſiaſticum poſtea cauſam remittere decidendam, & ſi dubia iuriſdictio reddatur, vti ad digniorem erit Eccleſiaſtici cognitio, vt dixit idem Feli. in cap. Paſtoralis num. 4. de reſcript. Vt pariter dubio exiſtente, an cauſa ſit vſuraria, fori eccleſiaſtici cognitio erit: & quando reſtitutio vſurarum petitur, coram laico agi poterit Anchar. in Clem. diſpendioſa nu. 8. de Iudic. Contigit multoties, quod reſcriptum, ſiue clauſula in alio reſcripto exiſtens, interpretatione indigeat, ſed ne prolixus nimis ſim, quomodo illud etiam in priuilegijs procedat, & fiat, te ad Feli. remitto in cap. cauſam quę num. 6. & ſeq. de re-
88 ſcrip. Si Legatum certæ Eccleſiæ, vel Hoſpitali pro pauperibus alendis fieri contingat, illa eccleſia, vel Hoſpitali deſtructo, legatum non debetur, vt idem Felin. in cap. cum di-
89 lecta num. 22. de reſcrip. Nominis proprij error, quando de corpore conſtet, reſcriptum non vitiat, ſicuti quando error erit in nomine appellatiuo, Vt pariter non vitiatur per errorem confinium; ſi conſtat de diſpoſi-
90 tione, & veritate Felin. in cap. ſignificante num. 5. & 7. de reſcrip. Commiſſiones pro aſſerentibus ſe coacte, vi, metu, vel ob paternam reuerentiam, ſiue timorem religionem ingreſſos, vtriuſque ſexus, ſæpe in Signatura Sanctiſſimi proponūtur, circa quod ſec. Innoc. in cap. ſi quis num. 2. de regul. & tranſ. relig. licet coacte ingreſſus ſit, tamen quandocunque ante pubertatis tempus illā exire valebit, ſed non quando legitime profeſſionem emiſit, vel habitum profitētibus dari ſolitum ſumpſerit, ſeu niſi tempus currat, puta ſi in minoritate habitum ſumat, illum maior poſtea factus portando, dummodo non fiat habituum diſtinctio, ſeu alia ſolemnitas elapſo anno, vel probationis tempore finito, ſi perſeuerauerit, tacite, pariter videtur profiteri, dato etiam, quod per vim monaſteriū ſit ingreſſus, dummodo in illo alia non ſit conſuetudo, vel quod fiat certo tempore vocalis profeſſio, ſiue aliæ ſolemnitates, quia illo caſu niſi illis ſeruatis, profeſſio non emitteretur. At ſi mutatio habitus, neque diſtinctio, inter deferri per profeſſos, & pueros ſolitum abſque alio ſigno nō fiat, per talis habitus aſportationem profiteri non dicitur, ſed ſi ante profeſſionē fiat proteſtatio de metu, coacte; vel alijs ſimilibus, ſi non repetatur proteſtatio, quando emittitur profeſſio, proteſtationi iam factę per votum, & profeſſionem emiſſam renunciaſſe videtur. Præterea ſi anno elapſo eundem habitum portauerit, profiteri præſumitur, dato etiam, quod habitus diſtincti minime ſint. In puero elapſis XV. annis pubere facto, an in religione permanere velit, nec ne, ſequi debet interrogatio, nam ſecus erit, ſi per XV. annos, & per multum tēpus in religione ſteterit, quia niſi facta tali interrogatione non intelligetur tacite profiteri, dummodo aliquid certa ſcientia non faciat, quod facere Monachi poſſunt. Quando vero per vim, vel metum ingreditur, licet profeſſus ſit, quamdiu metus duret, non fit ei præiudicium, ſed eo ceſſante, niſi incōtinenti reclamet, vel exeat, ratum habere videtur, ita pariter poſt annum tacendo, ſi autem reclamauerit; & profeſſio, & ratificatio ceſſant, vt ibi Innoc. num. 3. & 4. Na-
91 talium illegitimitatis cauſa, corā ſolo Iudice Eccleſiaſtico, tam ſi principaliter, quam incidenter agatur, etiam excipiendo, aut ſi poſt mortem occaſione hæreditatis, cuius cauſa coram laico pendat, tractanda venit: ratio vrget, quia verſamur in cauſa matrimoniali, de qua iudex laicus eſt incapax, etiā ſi incidenter, vel reconueniendo tractetur, cap. decernimus, de Iudic. cap. quanto, qui fil. ſint legi. c. lator. & cap. cauſam. & Innoc. in cap. tuam non credimus nume. 1. extra eo. tit. Ob id ſępe cauſarū commiſſiones in prima inſtantia de toto mundo ſuper præfata illegitimitate, cum derogatione Concilii Tridentini committuntur qn̄ ſunt conſide-
92 rabiles, ī Rota. Clericos ab omni exactione, vel pedagio ſeculari immunes fore, dicit tex. in cap. non minus, vbi Innoc. num. 1. 5. & 6. de imm. eccleſ. Ideo laici Principis, vel alicuius vniuerſitatis nomine preces Sanctiſſimo D. N. porrigunt, vrgente narrata cauſa, in quibus, vt clerici ſiue eorum bona ſubiaceant, ſicut illa laicorū, ſupplicāt, quod abſque ſedis Apoſtolicę aſſenſu ſine excommunicationis incurſu facere, minime poſſunt cap. aduerſus vbi Innoc. de Immu. eccleſia. Ac pœnarum in bulla Cænę Domini legi ſolita contentarum, quod raro concedi ſolet: at ſi dari contingat, ad tempus & cum conditionibus Sanctiſſimo bene viſis, circumſpecta petitione, neceſſitate, & aliis cōſideratis dantur, cap. peruenit vbi Abb. eod. tit. Multa præter narrata remanent, quæ paſſim occurrere ſolent, at quia particulariter Deo dante ſuis in locis ſum de illis pręocio

verba

verba facturus, sub silentio omittam hic, sed quia commissionibus expeditis, ex quibus aliquas signare solet Illustr.& Reuerendissimus D. Cardinalis Vicecancellarius, siue R. P. D. Cancellariæ Regens, eius personam repręsentãs, vt ex ordine procedamus, in sequenti capitulo, aliqua de commissionibus breuiter colligamus.

SVMMARIVM.

1 *Commissio quid sit.*
2 *Commissio habens insolitas clausulas, ac à iure communi deuians præsumitur falsa.*
3 *Commissioni falsam latinitatem continenti, an fides sit adhibenda.*
4 *Princeps in rescripto nunquam ordinem ponit, nisi ex magna causa.*
5 *Commissio vice libelli fungitur;*
6 *Com. appellation's an eadem sit cum cã principali.*
7 *Commissio signaturæ iustitiæ est stricti iuris, & stricte interpretatur.*
8 *Commissio in actis præsentata inducit presentantis confessionem, & communis efficitur.*
9 *Commsionem præsentans, sententiam suam facit.*
10 *Commissionem subreptitiam in curia asserens, non auditur, & quare.*
11 *Delegatus, quos actus demandare valeat, & quos non, & quando.*
12 *Commissio non trahitur ad futuras causas: & quando eas comprehendat.*
13 *Questio de iurisdict. inter iudices, à quo dirimẽda.*
14 *Commissio vt concilio & Priuilegijs deroget, de illis mentionem facere debet.*
15 *Commissio cum clausula exequtionis ferendæ sententiæ quando detur extra Ro. curiam.*
16 *Cõmissio contra aliquem vnius diœcesis impetrata, non comprendit alium alterius diœcesis.*
17 *Cõmissio cũ errore nominis presbiteri, nõ est valida.*
18 *Cessionarius cameræ, non alibi quam in camera Apostolica conueniendus, ex priuilegio.*
19 *Camera Apostolica, quando loco parium in causis feudalibus succedat.*
20 *Commissio impetrata per cedentem, non comprehendit cessionarium.*
21 *Commissio impetrata contra violentum possessorem quando ad successorem extendatur.*
22 *Cõmissioni emanatæ post tñ terminũ ad sñam, nõ stat. Cautela datur in hoc ibi.*
23 *Clausula, & de cõmissione tantũ, quãdo sit addẽda,*
24 *Commissiones plures impetratę, quãdo validę sint,*
25 *Commissio in partibus ordinario præsentata, quando faciat illum delegatum,*
26 *Clausulæ supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, intellectus.*
27 *Clausulæ, idem Iudex procedat, intellectus.*
28 *Commissio Appellationis à denegata vel reiecta exceptione, conceditur ad vtrumque effectum.*
29 *Commissio appel. ab vlteriori processu conceditur.*
30 *Commis. tertia continens appellationẽ, denegatur.*
31 *Commissio an ex nominis ommissione vitietur*
32 *Commis. secunda de prima mentionẽ non faciens, an valida sit.*
Cautela pro D. Referend. circa hoc ibi.
33 *Commissio appellationis satis est, quod infra decem dies sit in bancho cursorum.*
34 *Cõmissio vt procedatur cũ facultatibus Gubernatoris, vel A.C. quando illas facultates cõprehendat.*
35 *Commissio prima cum clausula summariè expedita, durat in omnibus instantijs.*
36 *Commissio impetrata ab alio, non sequta ratificatione principalis in tempore, est nulla.*
37 *Cõmissio expedita eodem appellationis die, vtram ipsarum prę cessisse dicemus.*
38 *Stilus Signaturæ, quomodo probetur.*
39 *Cl'a. placet de 2. parte ĩ cõmissione qũo intelligatur.*
40 *Citatio partis quare in mutatione, vel reformatione commissionis requiratur,*
41 *Cõmissione nõ presentata, iudex caret iurisdictione.*
42 *Cõmis. subrogatoria, q̃ dicatur, & qũo cõcedẽda.*
43 *Commissio vt subreptitia non sit sat est, quod in maiori parte verificetur.*
44 *Commissio obreptitia, non facit iudicem.*
45 *Cõmissio ambigua, per ipsũ Principem declaratur.*
46 *com. plures in sola facie folij scribi debent, & qũo.*
47 *commissioni impetratæ an inuito altero collitigante renunciari possit.*
48 *Commissio impetrata per procuratorem, an sit inualida, vel à coniuncta persona.*
49 *Verba narratiua commissionis quid operentur*
50 *Cl'a si preces veritati nitañ sẽp ĩ rescriptis ĩtelligiẽ.*
51 *Officialis offõ durãte, an sine PP. licẽtia conueniaẽ.*
52 *Commissio, in qua duo sunt Iudices, si vni dirigitur, & non vult procedere, quomodo intelligatur.*
53 *Causę ĩ partib⁹ demandãdę, vbi adest copia pitorũ.*
54 *Delegante mortuo an expiret delegati iurisdictio.*
55 *Rescriptũ operatur secundũ mentem concedentis.*
56 *Falsa latinitas an rescriptum vitiet.*
57 *Commissio negotij substantiam debet continere.*
58 *Rescriptũ iuri contrariũ, an sit validum.*
59 *com. cõfirmatorię iurisdictionisq; natura, & causa.*
60 *Clausula iudicis arbitrio, quomodo intelligenda.*
61 *Appell. à comminatione, non est a iure prohibita.*
62 *Com. cõfirmatoria iurisdictionis, nõ daẽ ita de facili*
63 *Commissio confirmatoria Iurd. facit iudicem adeo delegatum, quod sportulę debentur.*
64 *Commissio confirmatoria iurisdictionis, multas requirit circumstantias, & quas.*
65 *Commissio confirmatoria iurisdictionis denegatur iudici incompetenti aut absque iurisdictione,*
66 *Cõmissio confirmatoria iurisdictionis datur si aderit aliqualis iurisdictio.*
67 *Com. ad eius validitatẽ, cam, & cãs cõtinere debet,*
68 *Commissio appell. sub condictione non conceditur.*
69 *Commissio appellationis, si prius non fuerit appellatum, remanebit inualida.*
70 *Commissio causæ appel. & nullitatis simul, si male dicatur appellatum, sententia non erit nulla.*

C Com-

De Commißione in Particulari.

1 Commißio, siue Rescriptum, quod sec. Rip. ī rub. de rescri. nu. 10. & Bal. in l. falso asseve C. de diuers. rescript. nu. 1 ad iuris communis obseruantiā fit, ideo rescriptum nuncupatum, quasi bis, vel iterum scriptum, ex vi illius sillabę re, multiplicationem designantis, ad lites vtilißimum, vt ibi Rip. num. 12. tum quia innouat, ius, quod male obseruatur, tū quia, siue specialiter siue generaliter modum pręcisum assignando, id, quod ius præcipit, exequitur, quod nec gratia, nec supplicatio dicitur, sed actus iudicialis, iustitia mera, siue iurisdictionale mandatum, ad tradita per Gomes. in reg. Cancell. de iur. quęs. non toll. reg. 6. nu. 3. & melius num. 12. Causæq; pręparatorium est quamuis illam non incipiat, Achil. Decis. 2. nu. 2. de restit. in integ. neque litem absq; illius vsu inducit, siue litigandi voluntatē, Felin. in c. ex tenore nu. 1. de rescrip. ꝙ vires ex cōcedentis mēte accipit, vt idē Felin. in c. ecclesiasticę nu. 3. de
2 except. Idcirco si Rescriptū a ratione, vel cōmuni stilo deuiare, ac insolitis clausulis munitū apparebit, non erit a præsumptione falsitatis, siue fraudis immune, ēt si motu proprio sit cōcessum Dec. in c. ex parte nu. 10. de
3 rescrip. Subdens, hanc suspicionē pro falsitate haberi. Sed an fidem mereatur, si cōtineat falsam latinitatē, remitto te ad Innoc. in c. ad audientiā, de rescrip. id melius declarantē in c. super literis nu. 4. eod. tit. vbi etiā tangit an sit validū, quādo aliquid necessariū in eo exprimi omissum reperiatur. Quare hoc pro regula firmes, numq̄ in rescripto Principē ordinē apponere, nisi magna subsistēte causa,
4 misterio, vel ratione, Circa ꝙ nō venit distinguendū in ordine à Principe dato, vtrum sit vnius causæ, a se ipso, vel ad aliū, qa quotiescunq; ab illo norma prouenit, qcq d extra illū ordinē fieri contingat, ipso iure nullū remanet, qđ & singulare, & mēti tenendū dicit Felin. in c. cum dilecta nu. 6. ibi primū signū vers. nā Princeps in prin. de rescri. Vnde subdit Bal. in l. j. 3. not. C. de appel. ꝙ ordinis à iure dati præposteratio, appellationē meretur, secus, vero si ab homine sit assignatus, quia (vt dixi) in contrariū gesta Ipso iure vitiat, vt ibi ēt Felin. Immo illo abutens, parti in expēsis condēnatur, Imol. in c. quia nō nulli nu 4.
5 de rescript. Fungitur aūt cōmissio, siue rescriptū vice libelli Ces. de Gras. Decis. 1. nu. 5.
6 de iudi. Sed an Cōmissio causę appellationis sit eadē cū negocio principali, ꝙ non dicas, quo ad iudicē, & instantiā, sed bene quo ad intentatā actionē, quia de simili re & agitur,
7 & ventilatur, Cassad. decis. 8. nu 4. de rescri. Illa nēpe cōmissio q̄ a Signatura Iustitiæ emanat, stricti iuris dicitur, & ita stricte venit īterpretāda, ꝙ tantū apta sit cōprehēdere, quantū loquitur Veral. deci. 153. nu. 2. par. 1. ratio est sec. Abb. in c capitulū nu. 6. de rescrip. qa ad lites, quāuis quo ad aliud latissima, qa nulla maior confessio dici potest illa, q̄ sit in præ
8 cibus Principis l. cū precū. C. de libe. caus. Vnde ab vna parte in actis p̄sentata, si altera pars ex illa confessionē resultare asserat exibētis, maximū sibi ius acquisiuisse pro certo habere potest, vltra ꝙ cōmunis iā effecta fuit. Sed quādo talis confessio probet nec ne, late tra-
9 dit Gabr. lib. com. opin. tit. de confes. concl. 4 p tot. decis. 17. nu. 3. de dol. & cont. in nou. At si ab vno ex collitigantibus in actis præsentetur legitime, dūmodo ad dicendū contra pars citata sit, adeo cōis efficitur, ꝙ altera parte inuita illi renunciare producens nequit, Veral. decis. 164. n. 3. par. 1. ex cuius sola iudiciali præsentatione, iurisdictio, illiusque exercitiū iudici acqritur, idē Veral. deci. 324. nu. 4. par. 1. Vltra qđ, illā pręsentās, sniam suā facit, qa iam ab ipsa affici declarat, nā alias appellandi occasionē non hr̄et, Paul. de Cast. in l. 3. §. falsus nu. 6. ff. rē rat. hab. Qđ pariter procedit, si nullā dicat sniam, quia in necessariū cōsequens se affici ex ea quoq; fatetur, & ita Rota censuit in vna Cataniensis illegitimitatis 7. Noueb. 1580. & 13. Febr. 1581. corā Illustriss. Cardinali Blancheto, tunc Rotæ Auditori Achil. decis. 13. de appellat. Put. decis 71. par. 3. Nā producēs, & approbat, & vera pducta fatetur. gl. in l. 1. §. editiones in verbo diē, & cōsule, ibi itē quid si spōte. ff. de eden. Lapus. allega. 19. & 119 nu. 1. vers. in eo etiam.
10 Asserenti in Ro. Cur. alicui cōmissionē subreptitiā audiētia denegat, qa cū facilis ad Papam sit aditus, vel ad Signaturā pro ipsa reformanda, nō est de hoc coram iudice prolixè discutiendum, Lancell. de Attent. post inhib. parte secunda Ampl. 22. numero 3. quod procedit in omni Principe, & loco, vbi

vbi concedentis rescriptum copia haberi potest. Prçterea, si contra rescriptũ ad lites excipiatur, non erit ipso iure nullũ, sed ope exceptionis: At si excipi omittatur, cessabit nullitas. Put. Decis. 24. n. 9. par. 2. Cresc. Decis. 4. de rescrip. Feli. in c. ad audientiam el 2. nu. 17. & in c. sup lucris nu. 30. & latius in c. sedes. nu. 2. eo. tit. Secus vero in auocatorio iurisdictionis, qa erit ipso iure nullũ Cassad. decis. 1. nu. 1. de rescrip. Actus causæ cognitionẽ nõ requirentes, iudex delegatus alteri demandare valet, eo quia nudum ministerium id concernit, vt puta testium examen, & similia, Capp. Tholos. Decis. 12. cap. super quçstione §. nos autẽ de off. deleg. & ita Rota tenuit corã Illustr. Cardinali Blanchetto 6. Februarij 1576. in vna Spoletana Sãctç Crucis, sed si verbum præcipimus, aut iubemus aderit, non poterit per alium actus expedire, qa denotant quandã necessitatẽ, ex qua merito prohibetur subdelegatio, Glos. in l. sçpe, in verbo necessitatem, vbi Bart Bal. & Imol. ff. de off. præsid. quam glosam singularem exclamat, ac per curiales Imperatoris, & D. N. Papç obseruandam, vt eius vtar verbis, Imol. in clem. sæpe, num. 18. de verb. sign. Secus si aderit verbum mãdo, & quãuis id prima facie non videatur approbare Feli. ea ratione, quod inter iussum, & mãdatum non sit differentia, quando subiecto rescribitur: Tamẽ & Glos. authoritatem, & Imolç postea mi-
12 rabiliter cõprobat in c. eã te nu. xi. de rescri. Commissio, siue rescriptum (nam loquendo de vno, de alio intelligo, quia idẽ sonant, quamuis in Ro. Cur. cõmissionis vocabulo vtanẽ, & rescripto, Siue supplicatione extra eã) ad futuras causas nõ trahitur, dato etiã, quod in eo essent insertç clausulæ, ad futuras vel motas, & mouendas, quia præfatarum clausularum virtus est, vt cõprehendãt, & extendãtur solũ ad tunc, tẽpore impetrationis rescripti in primo citatorio, & nõ ad postea exortas, etiam si statim actio inciperet cõpetere, puta si impetrãs incipiat possidere post impetratam cõmissionem, aut spolio agere spoliatus intendat, quod facere virtute impetratæ cõmissionis, quæ ad præmissa se nõ extendit, minime poterit, cap. si. vbi glo. in verbo ad futuras de rescrip. decis. 18. eod. tit. in nou. & ita Rotã de cõi stilo seruare testantur, Imola in cap. qa nõ nulli nu. 7. eo. tit. Quod declara procedere, quando causa futura cum principali, de qua tractatur non sit annexa, Dec. in cap. super eo nu. 11. de Appel. vel de illa non fiat in cõmissione mentio, Put. Decis. 434. nu. 2. par. 2. vel quando aliter de mente, seu scientia Papç non apparet, vt videmus in Priuilegijs, tot Hospitalibus, locisue pijs concessis, qp alibi conueniri, tã in causis motis, q̃ mouendis nõ possint, ex vrgentissimis clausulis indultum, ob id, cũ clara Principis mẽs sit, & præsentes, & futuræ continebuntur c. audita il primo de resti. spol. Quare si premissis tacitis ad partiũ, siue procuratorũ importunitatẽ, aliquid contra prçfata priuilegia obtineri contingat, solet ab ipsamet Signatura Iustitiç ꝓcedente de medio tolli, seu rescribi iudici, cui commissio directa fuit, vt suã moderetur inhibitionẽ, nã inferior, vbi Signando Papa man⁹ apponit, cõcurrentibus maxime decreto irritante, & clausula sublata, cũ alijs verbis pregnãtissimis, quç omnẽ authoritatẽ inferioribus adimunt, (vt infra dicam) rescribere non valet, quia datur forma in prçfatis priuilegijs, eaque non seruata, ordinem respiciente, in vanum laboratur, Dec. in cap. cum ordinẽ nu. 2. de Priuil. Debet autem de priuilegio mentionẽ facere, aut simili dante contrariã formã, ac illius contrarij forma seruare, alias illi non preiudicat Rip. in cap. sicut Romana nu. 74. & seq. de rescrip. vt etiam tacita litis pendentia Lãcell. in præf. de attent. lit. pend. a nu. 631. vsq; ad nu. 662. late. Similiter quando inter iudices oritur quçstio su-
13 per iurisdictione (quod sçpe accidere solet) talis differentia; per illorũ superiorẽ terminari debet, Dec. in c. Pastoralis nu. 3. de rescrip.
14 Immo. si aliquid contra præfatorũ priuilegiorũ dispositionẽ impetrari contingat, ac pariter contra ius aliquod, siue concilium, & de illo, vel illis mentio ommittatur, erit impetratio nulla Inoc. in c. fi. de cappel. mo-
15 nach. Cõmissio causarũ extra curiã de partiũ cõsensu, ẽt cũ clausula exequtionis sentẽtiæ insup ferendç datur, dũmodo in tertij p̃iudiciũ exequtio nõ fiat, qa cõtra ipsũ ab exequtione nõ est incipiẽdũ. l. 1. C. de exeq. rei iud. nã inter alios gesta, tertio nocere nõ debet, & licet nominati ĩ cõmissione illi renũtiare valeãt, vbi tertij p̃iudiciũ aderit, id facere nõ
16 poterũt. Pariter si cõmissio cõtra personam vni⁹ diocesis impetret, alter alterius diocesis sub ipso nõ cõtinebitur, ẽt si idem nomẽ habeat Feli. in c. significante nu. 1. de rescrip. vti impetratũ ꝯtra p̄sbiterũ sup ecclesia, si in ei⁹ noie erratũ sit, q̃uis de ecclesia cõstet, erit pariter inualidum vt ibi late Felin. nu. 2. Sed declara id non procedere in negocijs Cameræ, vel fiscalibus, quia priuatorum interesse nil circa hoc facit l. vtilitas publica C. de princip. lib. 10. Sed quando priuatos nominatos afficit, suntque ipsius priuilegia adeo ampla quod si de ipsius, aut cessionarij interesse agatur, nõ valebit, nisi in eadem Camera cõ

ueniatur, vbi fiscalis, vel procuratoris Cęsaris proprius est forus. Pereg. in trac. de priui. fisc. lib. vlt. quia ab ea ius habentes, ipsam reprę-sentant l. qui in ius ff. de reg. iur. sicque nec rei, nec personæ ratione alibi præfatæ causæ tractari possunt l. 1. C. vbi caus. fisc. l. 1. C. de fid. instr. lib. 10. & ibi Peregr. Neque clausula, cessit iura talia, qualia habet, adeo, ꝙ de euictione teneri Camera nolit erit, consideranda, quia nõ tollitur ob id, quin causa ibi non sit videnda, cũ ex dictis verbis eius interesse cessare non videatur, Immo cum fori priuilegium in cessionarium sit translatum, q̃uis de euictione, nõ teneatur eius p̃rogatiuis nihilominꝰ gaudebit, vt ibi Pereg. Quare, si à Clerici Cameię Thesaurarij, seu Illustrissimi Camerarij sentẽtia appellare cõtingat; ab eadẽ Camera alteri Clerico per turnum causa demandatur, quia cum semel Camera lis effecta sit, ac ius appellationi deferri velit, alibi, quã coram eiusdem Cameræ Clericis, & ministris, quorũ munus est computa, & negotia Camerę videre, cognosci nõ debet. Boer. Decis. 195. nu. 2. Neque solet in his Signatura Iustitiæ rescribere, stantibus priuilegijs a tot. summis Pontificibus concessis, ac nuper a S. D. N. Clemente Octauo cum Petrum Cardinalem Aldobrandinum, eius secũdum carnem ex fratre nepotem, quem antea Breuium Signaturæ pręfecerat, Camerariũ elegerit, confirmatis, & approbatis. Qui quidem Petrus Clarissimo genere patre pariter Petro Aldobrãdino, ex Ciuitate Florentiæ orto, Aulæ cõcistorialis Aduocato cęleberrimo, Romæ genitus, suorum maiorum vestigia sequens, præcipue vero Siluestri Aldobrandini Aui, qui Iureconsultus præstantissimus vixit, ac hodie maximę authoritatis lucubrationibus ad publicam vtilitatem ędi tis, fama immortalis viuit; Ioannis Patrui primum Rotæ Auditoris, & postea Cardinalis amplissimi, & aliorum, adeo se magnis in rebus exercuit, vt parum illi fuerit Patruo ad summum Pontificatus apicem euecto, tantæ molis fastigium domi sustinere: Sed extra domum, Romanamque Curiam proficiscens, legationes maximas etiã obierit. Nota est ommibus Ferrariensis legatio, quãta animi magnitudine belli copias susceperit, quãta celeritate parauerit, quãta prouidẽtia administrauerit, & demũ qua dexteritate, fortitudine, prudentia paratis copijs, illico sedatis militaribus armis, Ciuitatẽ illã cũ suo Ducatu, in Sanctæ Rom. Ecclesiæ potestatẽ, obedientiãque bello incruento receperit. Celebratur nũ etiã assiduis laudibus altera legatio, qua Ferraria, vbi tunc Sanctissimus ad eã Ciuitatẽ sua stabiliendã p̃sentia, cũ parte Curię morabatur, Margaritã Austriacã ibidẽ matrimonio Philippo III. Hispaniarũ Regi Catolico, eo quo tãto Principũ decet splẽdore, mediãte Alberto Archiduce Austriæ Serenis. Procuratore cõiunctã, in Hispanias ad Regẽ virũ petẽdũ discedẽtẽ, Genuã vsq; comitatus, ac sũmis humanitatis officijs prosequtus est. At nũ ex hominũ memoria excidet postrema hęc legatio, priꝰ Flotẽtię Maria Medices Hẽrico IIII. Galliæ, & Nauarrę Regi Christianiss. despõsata ad eundẽ Henricũ armis Sabaudiẽsem dictionẽ vniuersam deuastantẽ profectus, ĩ qua desperatã ab oĩbus pacẽ, inter ipsum Christianiss. Potentissimũ ue Regẽ, & Sabaudiæ Ducẽ Serenis. breui tẽpore, maximis licet laboribus, tã orbi vniuerso iã armis effurescentẽ salutarẽ, & iucundã composuit, sed neq; eius hic locus aptus est laudibꝰ, & me deficeret oratio, si res magnas a Petro Card. Aldobrandino, domi forisque tanta cũ laude, tanto cũ splendore gestas, & quæ quotidie gerunt, cõmemorare vellem. Floret ex ea S. D N. Clemens VIII. floret Petrus Cardinalis amplissimus, cuiꝰ virtutes, in Deũ religio, ĩ hoĩes beneuolẽtia ad benemerendi studiũ, morũ honestas, in verbis fides, in gestis magnanimitas, in factis cõstantia, in legibus obseruantia, in studijs assiduitas, in audiẽdo facilitas, in respõdendo humanitas, omnibus notæ sunt; Quibus ornatus ea, qua solet religione, charitate, ac prudentia, pijs operibus, ac resarciendis, ornãdisq; ecclesijs semper deditus, ab oĩbus obseruatus, & dilectus, Patrui Pontificatũ maiori in parte administrat. Inceptum itaq; repetens institutũ, Camerarii officium. Teste Zab. in Clem. ne Romani. §. eo tñ p̃uiso n. 2. de elec. & electi pot. versatur in erogandis temporalibus pauperibus, libros ad Camerales redditus pertinẽtes ꝯseruandis contra illius debitores procedendo. Cuius offm̃, vt ipse subdit magnum est; ob id licet ꝯtentio in Ro. Cur. pergrãdis fuisset, an Auditor Camerę Papę, vel Camerarii Auditor diceret, fuit decisum Camerarii, & ista de causa ĩscribit se in expeditionib. extra Curiã Camerarii Gñalis Auditor, q̃re vt ibi Zab. Subdit sede vacante pariter eorũ fulget authoritas. Ideo (vt dixi) si a Camerali snĩã appellari contingat, ꝙ oĩmode Camerę ab ipsamet Camera appellõnis causa demãdatur, quæ pariter loco parium in causis feudalibus succedit, & in iudicem data, quamuis similis paribus non sit, quando suspecti allegant, quia tunc illorũ loco iudex ordinarius succedit, quasi subsidiarius. Bald de feud. tit. apud quem Iud. vrb. cens. Don. quęst. feud.

tcmp.

temp. deb. num. 7. vers. dic. ergo. At si clericus talis allegetur, alter illius loco subrogatur. Præterea te non lateat, quod commissio per cedentem impetrata, non extenditur ad cessionarium. Imol. in cap. quia non
21 nulli nu. 17. de rescript. Secus si fuerit impetrata cōtra violentum possessorem, nā tunc in singularem successorem transit succedentem scienter in vitio spolij Felin. in cap. quia
22 G. num. 1. de Iudic. Si contingat pro seruato terminum haberi, commissioni postea emanatę amplius non statur, quia retrotrahitur sententia ad diem teenti termini, quare si feratur, nihilominus ante illius præsentationem lata dicetur, sed in similibus cautelam afferre causidicis vellem, quod commissione præsentata faciant an terminus adhuc sit declaratus notarium perquirere, & si declaratus, inanis erit commissio, cum iudex suo iam sit munere functus; adeo, quod se in causa amplius ingerere non valeat, si vero terminus declaratus non erit, neque inuenta cedula subscripta, habere de præmissis fidē a notario curet, ad hoc vt postea præfatę cōmissioni prę sentatę stetur, verisimile etenim non videtur, quod non reperta cedula sententiæ per iudicem subscripta, terminus fuerit declaratus Ias. cons. 1. nu. 4. & cons. 9. nu. 41. vol. 1. Sicque veritate reperta, quæ apud viros graues semper attendi, & obseruari debet, vt Ias. cons 2. num. 87. volum. 2. erit admittenda, præterea Commissioni statur, quam vis terminus sit circumductus, si eo seruato admittantur articuli, dummodo ab eodem iudice id fiat, nō à subrogato Dec. 1.
23 de testibus in nou. Dec. in capit. ex ratione num. 21. de Appel. Quando plura in commissione narrare contingit, vel peti de quibus omnibus, nec est, nec esse potest Papa informatus; venit addenda clausula restrictiua, & de commissione tantum, quia absque ea rescribendo, omnia contenta, secundum, quod late petita fuerunt, concessa dicentur Staffil. de lit. iust. in cap. signatura nō
24 dat. num. 4. Contigit præterea plures impetrari commissiones, Quero an validæ sint, & teneāt, circa quod distingue. Aut impetrātur ab eodem, aut à diuersis, aut ad eosdem iudices, aut ad alios iudices, & isto casu, quia apparet, animo vexandi colligantem id fieri non ad cautelam, nullæ valebunt, Aut ad eosdem iudices, & tunc, si litere in data erūt discordes, non attenduntur secundæ, nisi de illis in primis mentio fiat, at si eiusdem formæ, & date erunt, ambæ valebunt: Aut a diuersis personis eidem iudici impetrantur, & pariter, si concordēt in forma, & data valebunt, sed si data eadem sit, & forma diuersa, tunc Papa consulendus venit, quia inuicem sibi contraria sunt, ac inter se mutuo impediūtur lo. And. in cap. si a sede de preb. in 6. Abb. in cap. capitulum num. 4. de rescrip. quamuis eo casu subreptione careant, quia quodlibet rescriptum validum est, si vero, à diuersis impetratæ sint, nec quæ sint primæ apparet, neutre valebunt, quamuis secundum quosdam primæ præsentatæ attendi debeant Innoc. in cap. causam quæ nu. 4. de rescrip. Sicque dum rescripto apostolico quis abbutitur, parti in expēsis condemnandus venit, Imol. in capit. quia non nulli num. 4. eod. tutu. Si in secundo rescripto de primo fiat mentio per ista verba, non obstāte commissione ex aduerso obtenta, cuius tenor pro expresso habeatur, non erit subreptium, Put. Decis. 232. numero 4. par. 1. quamuis sec Veral. Decis. 159. nu. 4. part. 1. antecedens commissio sublata minime censeatur, nisi præuia illius particulari derogatione, quia clausulæ generales derogatoriæ absque alia mentione speciali nō sufficiunt, Innoc. in cap. bonæ memoriæ numero 1. de Confir. vtil. vel inut. Igitur ad tollendos litiū anfractus diligens Dominus Referendarius sit, vel prefata verba delere, quæ vt plurimum callidi procuratores inter clausulas finales solent apponere, quia cum sint generales, prætereuntur inuisæ sæpe à multis, vel ne sub verborum inuolucro pars lædatur, sed tractādo de cōmissione tollenda, illam citari mandent, vt partium assertione causarum merita pandantur, cap. cum ex literis de rest. in integ. Innoc. in cap. cum contingat nu. 5. de rescrip. sed si de mente Papæ appareret, non esset reducēda talis commissio ad viam iuris, neque per consequens id petētes audiendi, quia erit Papę voluntas seruāda. Cancell. de attent. post inhibit. limit. x.
25 nu. 2. Dirigitur alicui iudici in partibus rescriptū, qui secundū Statutorum formā procedere, & sententiare tenetur, & quāuis derogatū minime statuto sit, nihilominus nō solū iurisdictionē excitat, sed adeo illā alterat, q de ordinario delegat' efficitur Achil. Dec. 11. de rescri, prçcipue si in rescripto vt (dixi) aderit verbū authoritate nostra, qa si nō sit ī rescripti fine nō faceret illum delegatū, licet excitaret iurisdictionē Fel. in rub. de off. dele. nu. 2. vers. & si Papa. c. cū aliquibus eod. tit. nouāq; daret facultatem, & in qbus causis iudex ordinarius prçsentato rescripto delegatus effectus sit, & ex qbus signis delegata iurisdictio cognoscatur, tradit Fel. & DD. in c. licet ī corrigēdis de off. ord. ac pariter, qb⁹ ex

verbis personæ industria electa censeatur, ac quando per se, vel alium causam expedire possit, recenset idem Felin. in cap. quoniam num. 3. de Offi. deleg. Vtitur Papa sepissime
26 in rescriptis clausula, supplendo omnes, & singulos iuris, & facti defectus, at quomodo dicta clausula intelligatur, meminit Ias. cons. 86. num. 14. col. 3. quæ solum iuris positiui obstacula tollit, non tamen à iure naturali prouenientia, vel personę incapacitatem c. 1. vbi Ant. Card. & scrib. de transac. Felin. in cap. ex parte el primo num. 42. & in cap. postulasti num. 12. de rescrip. Archid. & Domi. in cap. Cenomanensem 56. dist. Dec. cons. 441. cons. 516. & 541. & 602. Alex. cons. 29. nu. 20. vol. 1. Soci. cõs. 120. col 5. vol. 3. quamuis ex magna causa dispensare Papa super præmissis possit, vt ibi Felin. num. 12. vers. & vt iste, qua clausula nemo Principum, quando alium superiorem recognoscunt, Præter Papam, vti potest Ias. in l. lecta. sec. lect. 1. not. ff. de leg. 1. de quo est bonus tex. in extrauag. comm. si de treug. & pac. Operāturq; vlterius dicta verba Principis intentionem, qui non solum factum, verum etiam facti qualitatem exequi intendit, Glos. in cap. vt circa in verbo omnia, de elect. in 6. Barbat. cons. 37 col. 3. & cons. 74. col. 2. vol. 3. & ideo additur verbum singulos, ad friuolas lites euitandas, siue subtiles, ne differentia inter naturam verborum singuli, & vniuersi ponatur, quæ in substantia intelligũtur, quod nil pretermittatur, vt late Felin. in capit. eam te num. 4. & 15. de re-
27 scrip. Ias. in l. 1. num. 24. de leg. 1. In commissionum calce vt plurimum R. P. Dominus Cancellariæ regens, ponit idem Iudex procedat &c. quæ clausula, licet habeat verbum idem, ac videatur electiua industriæ personæ illius, cui rescriptũ dirigitur, nihilominus transit ad successorem in officio, dignitate, siue ad subdelegatum, quia non respicit personæ industriam tacito nomine proprio, sed Officiorum dignitatem, vel subdelegatum semper, idem Rol. a Val. cons. 58. num. 13. vol. 1. Abb. in capit. quoniam Abbas in princ. num. 4. & 7. vbi Dec. num. 41. de off. deleg. nõ existẽtibus maxime alijs verbis personæ particularitatem denotantibus, putà, exemplaris, & accurati ingenij, vel similia, vt late ibi Abb. numero 7. sed si persona demonstrata sit, tunc sententia per successorem lata nulla foret, Decius vbi sup. num. 61. Caccial. in l. more maiorum, nume. 35. ff. de iur. omn. iudi. & ita censuit Rota corã bo. me. Illustr. Cardinali Lancellot. in vna Papiensis bonorum vt in Decis. 200. lib. 1. diuers. eo nanque casu ad personæ qualitatem, non successoris, vel tribunalis restringitur commissio, vt bene considerant DD. in dicto capit. quoniam Abbas, &
28 Rotæ in alleg. Decis. Appellationis commissio a denegata, siue reiecta exceptione, ad effectum deuolutiuum, & suspensiuum non denegatur, Franc. in capitu. ex parte de appellatio. Deci. cons. 31. per tot. Ruin. cons. 117. nu. 18. volu. 5. Sicut pariter ab vlteriori
29 processu, exempli gratia, quando articuli, stante Camerali obligatione admittuntur, aut si relicta via exequutiua, confugitur ad ordinariam, & similibus, sicque seruari de stylo Romanę Curiæ asserit. Galles. ad obligatio. in form. Cam. ad quartam part. quęst. 4. num. 8. cum seq. Innocen. in cap. cum dilecta, nume. 3. vers. Sic tamen de rescript. & in cap. cum Bertoldus, nu. 4. vers. vel dic. de re iudic. Abb. in capit. quoniam contra, nu. 22. vbi Dec. nu. 38. de probatio. Felin. in c. inter monasterium, nu. 23. de re iudic. Veral. Decis. 288. parte prima. Cotta Decisio. 57. circa quod partes diligentes esse debent ad obuiã dum præiuditio ex patientia vel taciturnitate vlterioris processus, nàm bene licet appellare, quia instat vel comminatur grauamen, Innoc. in cap. inter cetera de Appell. Commissio tertiam appellationem concernens
30 nullatenus concedenda venit, neque de iure valida est, c. tua nobis de appell. ob id optime denegatur per Signaturam, cuius mens ne absurdum sequatur, ea est cõcedere, quę ius permittit, & non alia Rot. Decis. 310. nu.
31 2. par. 2. diuers. Commissio, in qua pariter aliquod sit nomen ommissum, aut in ipsius expressione erratum, dummodo de persona appareat, non vitiatur Decis. 1185. numero 1. par. 3. diuers. Si in secundo rescripto
32 fiat de primo mentio per ista verba, cuius tenor pro expresso habeatur, non erit subreptitium Put. Decis. 232. numero 4. par. 1.
33 Commissione in bancho. Cursorum infra decem dies existente, ad appellationis causam prosequẽdam sat erit, Cresc. Decis. 1. de Appel. sicut quando infra terminum iuris à iudice dato expedita; nam licet pro apostolis redierit appellans, nihilominus valet, quia de stilo Palatij semper de reuerentialibus intelligitur, Veral. decis. 157. parte pri-
34 ma. Si concedi contingat commissio, quod procedatur cum facultatibus Gubernatoris, vel Auditoris Camerę, & reperiatur signata cum clausula, Prout de iure, intelligitur tantum concessum, quod procedatur secũdum iuris dispositionem, & non iuxta supradictas facultates. Veral. decisione 162. per tot.

35 tot. par. 1. Commissio prima expedita cum clausula, Summariè, seruit pro omnibus instātijs, & pro toto processu, dummodo versemur in eadem re, cum dependentibus, &
36 annexis, quia tunc processus semel effectus summarius, durat etiam quo ad alias instantias Cassad. decis. 8. num. 1. de rescript. Si in
37 Curia principali absente concedi cōtingat commissio, & ad eius maius robur procurator tempus, siue alius impetrans ad faciendum ratificare principalem, quamuis ratificaturum suum principalem promiserit, tamen termino elapso, & ratificatione non sequuta, neque litem fore introductā neque iurisdictionem datā iudici, dixit Cassad. decis. 40. num. 6. super reg. Cancel. Et pariter si litis pendentia tacita impetretur commissio, nullius erit momenti, quod latè tract. Lancel. in præf. de Atten. lit. pend. a num. 31. vsque ad num. 66. ad quem breuitatis causa te remitto, quamuis ab vno impetratum, ratione connexitatis alijs prosit, vt per eund. Lancell. de Attent. appel. pēd. Ampl. 11. nu. 5. licet rescriptum impetrans mandatum habere præsumatur, cum cogitandum non sit, quem vltra proprios labores pecuniam suam pro alio iactare, atque inanibus laboribus vexari, quod per negantem probandum erit, Innoc. in cap. non nul
38 li, nu. 7. de rescript. Quid si petatur, Commissio eodem die expediri, quo appellatio interposita reperitur, quam earum, an commissionem, an appellationem præcessisse dicemus? Circa quod, vt commissio saluetur, prçuenisse appellationem prçsumendū
39 fore dixit, Bellam. decis. 100. Signaturæ stilum ex alijs ante expeditis commissionib. probari, pro vt in themate dixit. Cassad. decis. 11. nu. 6. de rescrip. Dec. cons. 449. nu. 25. quia ex illarum inspectione, & concessione introducitur notorietas, Paris. cons. 13. nu. 33. vol. 1. & præfatus stilus rationabilis dicit, quia toleratus a Principe. Calcan. cons. 58. num. 12. Innoc. in c. fin. de consuet. qui stilus, & vsus Signaturæ quando cōmunis est, venit attēdēdus Put. dec. 97. nu. 1. par. 2. Fel. in cap. super rebus, columna 5. vers. Exponenda sunt, de rescript. subdens Cassad. in decis. 9. num. 15. de caus. posses. & propriet. mirum non esse, quando variatur ab antiquo stilo, sicuti, quo ad decisiones facere solent Domini Rotç Auditores, quia ex personarum, & facta mutatione, sententiarū variatio exoritur, cum tot sint sententiæ, quot capita: Hinc pariter ex temporum varietate, humana statuta variare uidemus, qa in votando, seu dando suffragia, suam quis sequi debet sententiam, licet erraret, ne ad gehēnam se ipsum condemnet, ca. per tuas, el secondo de Sim. & ibi Cassad. nu. 16. vnde stilus Signaturæ in dubio commissio, & nō gratia præsumitur, ob id nihil, quod merita causæ tangat concedit. D D. post Io. And. in c. si cui de præb. in 6. Intelligitur semper commissio Signaturç iustitiæ pro vt de iure, Cresc. decis. 1. de rescript. l. nec damnosa & l. rescripto, C. de prec. Imp. offer. l. oēs C. si cont. ius, vel vtil. publ. Si contingat ap-
40 posita secunda parte in commissione scribi. Placet de secunda parte, talis restrictiua operatur, quod omnia supradicta, quo ad dispositiuam euanescant, vnde supra relata restringuntur, per dictam secūdam partem, & ita Rota censuit coram D. Iusto 6. Iunij 1595. in illa Strigoniensis violationis testamenti, illud autem verbum Placet denotat liberam voluntatem, Dec. in capit. si pro debilitate, nu. 21. de offic. deleg. Quod pariter procedit, si mutare, aut ampliare cō-
41 missionem, vel reformare contingat: nam semper debet necessario pars citari, quia oriri læsio ex tali ampliatione potest, alias illa nōn afficit. Et idem faciendum asserit, quando agitur de interpretatione rescripti Principis, Gram Decis. 65. n. 20. & 21. latè Doct. in cap. olim sibi de verb. sign. dicitur namque tunc corrigi, & reformari illud, quod prius valebat, & reprobari illud, quod nunquam valuit, quamuis interdum id, quod iam valuit, reprobetur, Dec. in cap. 1. nu. 10.
42 de constit. Ante præsentationem rescripti, sua vti iudex iurisdictione nequit, quia nescit qualis, & quanta sit facultas, quæ ex rescripti inspectione inducitur, & notorietas, Paris. cons. 13. nu. 3. vol. 1. Dec. cons. 449. num. 25. ratio venit ex præsentia Papæ, impedientis omnē aliam iurisdictionem, ob id in Rom. Curia omnes delegati cēsentur, aut ex delegatione generali, aut particulari, siue commissione, quare merito, ante ipsius præsentationem iudex caret iurisdictione, Gomes. super Compend. vtriusque Signaturæ vers. Prima quia. Et quomodo supradicta procedant, latè congerit Gabr. lib. com. opp. lib. 2. tit. de exeq. rei iud. conclus. 3. Subrogatoria commissio illa dicitur, quā-
43 do absente iudice iam dato, suspecto, impedito, siue mortuo, quamuis pro seruato terminum ad sententiam habuerit, vel alias in causa processerit, alter in eius locum subrogatur, ei causam in statu, & terminis, quibus reperitur demandando, Dec. cons. 449. num. 2. Vsuq; talis commissio est recepta, passimque conceditur. Circunspecte tamē, vel

vel simpliciter, animaduertendo ne in corpore inserantur clausulę, statum causæ alterantes, circa substantialia, quia partis citatio tunc foret necessaria, & ab ista praxi antiqua non esse recedendum, dixit Crau.cons. 91.num.7.Rol. a Val.cons.4.num.24. vol.3. Bal.in l.quicunque, nu.26. C.de seru. fugit. quare simplicem subrogationem, & non aliud continere debet commissio, cui assistit ius commune, cum subrogatus ad antecessoris instar, habeatur, & quando declarantis sententia non consistit in mera volũtate, sed in verosimilibus, & coniecturis, ex actis, & probationibus in causa factis, ex quibus quid primus iudex senserit apparet, poterit tunc cõmissio, vel declaratio sententię antecessoris dici, quãuis declarare antecessoris sententiã successor nequeat, quod casui nostro applicari non valet, Bart. & Doct. in l. stipulantem, §. sticchum, num. 9. & 10. vbi Alex. num. 10. vers. Aut loquimur Ias. eod.num.10 ff.de verb.oblig. Angel. in l.ab exequutore, num.5. vers. Idem autem, ff.de appellat. Fel. in cap. cum venissent, num.3. vers. Item successor de iudic. Rebuf. latæ in

44 repet.l.quod iussit, nu.165. ff.de re iud. Rescriptum, vt a subreptione saluetur, sat erit in parte maiori illud verificare, Veral.decis. 163.num.1. par.1. quamuis litteræ obreptitiæ, quem iudicem non faciant, Innoc. in c. cum dilecta, num.1.de rescript. vbi num.3.

45 quando obreptitiæ dicantur ponit. Quid autem faciendum erit, quando ambiguum in aliquo Principis rescriptum reperitur? Et se

46 cundum mentem Alex. in cons.136.nu 21. vol.2. dico, quod illius vigore iudex vlterius procedere non valebit, donec per Principẽ, siue delegantem non fuerit declaratum, cap. cum contingat de offic. deleg. cap.

47 cum conuenissent de Iudic. Quando plures sunt commissiones, ita quod non cadunt in vna facie, vel latere, nũquã Signatura rescribit a tergo, sed colligari adeo debent, quod in vno latere, seu in vna facie pagine om-

48 nes vniantur. An rescriptum impetrans altera parte collitigante inuita renunciare illi possit, quære, & quamuis Canonistæ late affirmatiuam sententiam amplectentes loquantur, in cap. cõquestione de restit. spol. Bal. in l. petendæ, num.6. C. de temp. in integr. restitu. tamen secund. Fel. in rubr. de rescript. nu.3. in quinq; casibus id procedit. Quorum primus est, nisi vltra instantiã ius alicui afferat. Secundo dummodo reo de expensis satisfiat. Tertio nisi in actis sit iudici præsentatum rescriptum. Quarto si non emanauerit illius vigore citatio. Quinto, & vltimo, dummodo rescriptum non concernat bonum publicum. Sed vt ibi subdit Fel. supradicta omnia restringuntur, nisi rescriptum fuerit a falso procuratore impetratum, ac nouum habitum, siue iurisdictionis exercitium infunderet, quia tunc illi renunciare indistinctæ potest, & istis rationibus saluatur stilus, quo practici vtuntur, quando commissione obtenta, per non habentẽ mandatum licet in actis sit exhibita, illi, ac omnibus inde sequutis, vti contra suam voluntatem gestis, per principalem met renũciatur. Quod secus est si rescriberetur iudici ordinario, vel habitu iurisdictionem habenti, puta Rotæ Auditori, nã potius tunc distributionis, quam commissiones dicuntur, cum in cognoscendo ordinariam habent iurisdictionem, & in decidendo delegatam glo. in Clem. Auditor de rescript. Rot. de re iud. in nou. decis. 16. Spec. de offic. ordin. §. 1. Felin. in rubr. de offic. deleg.

49 nu. 3. vers. quæro vtrum. Quid si a procuratore iam reuocato rescriptum impetretur, an sit validum, & circa hoc distinguas velim, ex mente Imol. in c. ex parte Decani, num.1. de rescrip. quod aut reuocatio ad eius notitiam peruenerat, & non tenet rescriptum, aut ignorabat, & valet, vbi pariter num.9. aliam subdit quæstionem. Quando impetratum per coniunctam personam teneat, & quando non, d.cõclus. tractat Fel. in d.cap.nonnulli, §.sunt, & alij, num.1. & seq. addens ad hunc effectum, an spurius sit cõiuncta persona, ad quos te remitto, & an a, non habente mãdatum iuridice, vel ex Romanæ Curię cõsuetudine impetrari valeat,

50 infra tangam. Verba narratiua non attenduntur in commissione, sed sola conclusio quæ sufficit, quod sit apta, quamuis actio singulariter designata, ineptæ proponatur, qa ex parte conclusionis apta, resultat actio apta; ex dispositione iuris, quam nec iudex, nec pars mutare, siue alterare potest, etiã ꝙ in rescriptis attendatur conclusio, omni superfluitate reiecta; Innoc. in cap. super litteris, nu. 2. & 3. de rescript. late Fel. in c. examinata, num. 11. & seq. de iud. afferens ibi num.3. quod rescriptum impugnans, siue reprobans, dicendo postea impetrantẽ narrata fore confessum, nihilominus in illo se fundare valet, non obstante tex. in cap. ex eo de reg. iur. in 6. quia non rescriptum impugnat, sed in eo narrata, & idem tenet Rom. in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. Clausula si preces veritati nitantur semper in rescripto Apostolico subintelligitur, Socin. cons. 164. vers. confirmantur premissa, vol. 2.

vol.2. & non facti conditionem, neque iurisdictionē fundat, siue inchoat, sed instructionem ad procedendum tribuit, sec. Fel. in cap.ex parte, num.1.& 6. de rescript. Neque vt ibi nu.15. subdit, dicitur conditionare rescripti substantiam, seu exercitium, quare inuita, vel opponente parte, procedi valet: sicuti etiā clausula, si ita est, præcipuè si ad partis instātiam emanauit, Dec. in cap. ex parte, num.7. de rescript. quod locum habet etiam si motu proprio, quamuis illo casu non videantur preces interuenisse, quæ seruiunt pro informatione, & causa motiua Principis, licet motu proprio id factum dicatur, quando non ad partis petitionem conceditur, quod procedit in rescripto gratioso, si fuerit ad iuris obseruantiam, vt eod.
52 loco Dec. Quamuis ibidem Abb. contrariū sentire videatur. Durante officio Gubernatorum in Statu Ecclesiastico, & extra Nunciorum, Cōmissariorum, & similium, non possunt conueniri absque licētia Papæ, neq; excommunicari, de quo habemus tex. clarum in extrau. cum Matthæus de Schismat. quod fallit in multis casibus, relatis per Fel. in cap. legebatur, num.3. de maior. & obed. quos breuitatis causa ommitto, quod non procedit in Delegato Papæ, qui & si commissionem habeat, tamen non dicitur officialis Papę, quia non agitur de re spectante ad Papam, sed ad particulares Dec. in rubr. de offic. deleg. num.2. Commissio si vni so
53 li dirigatur, deputatis duobus alijs, casu quo ipse nollet, vel non posset expedire, secund. Fel. in cap. sciscitatus, num.16. de rescript. intelligitur talis deputatio, quod nō possit per se, vel alium, quare alteri vices suas deman
54 dare valebit. Causæ in partibus committi debent in loco, vbi periti adsint, qui iura partium tueri possint, & ipsis consilio pręsto esse, alias daretur absurdum, quia in vno termino illos conducerēt, & in alio non, cum non habeant domicilium vbi agitur causa, vltra quod maiores expensas subirent in itineribus, & mercedē, quas subministrare nō valentes, maximè cum sit admodum graue, & dispendiosum in singulis causis nouos conducere patronos, ac omnibus sua secreta pandere, adeo quod litem multi deserere cogerentur, ob id in loco insigni demādandæ, vt pariter pro se, & alijs cōmoda hospitia, & victui necessaria inueniant, & quāuis locus sit magnus, insignis vlterius esse debet, vt bene Innoc. in cap. præsenti decreto
55 num.5. de rescript. Principe delegante vita functo, an delegati potestas expiret, latè tractat Gundisl. de Villa Diego in Tract. de leg. quæst. 16. vers. Sed quæritur, & Dec. in cap. relatum, num.5. de offic. deleg. habet nanq; iurisdictionem, quamuis per exceptionē elidi valeat, sicque nisi excipiatur, gesta tenent, quia ex sola rescripti præsentatione, in quo Datæ tempus inspicitur, iurisdictio perpetuatur, Innoc. in cap. cum venissent nu.1. de testib. Et dato etiam, quod suus iudex nō esset, tamen si nō excipit, vel nō reclamat, aut quando fit actus facti, puta eum adeundo, vel coram ipso litigando, consensus inducitur, quod tamen intellige procedere in causa ciuili, non criminali: & ratio diuersitatis est, quia iudicium criminale non pendet ex partium voluntate, sed superioris, quam tollere nequit inferior. Innoc. in c. ad petitionem, num. 1. de accusat. & ista de causa non datur in causa criminali iudex de con-
56 sensu. Rescriptum secundum concedentis intentionem considerari debere, dicunt Innoc. in cap. cum ecclesiasticæ vbi Dec. nu.4. de except. DD. in cap. multiplici de Decim.
57 Hoc etenim non te lateat, & ita praxis serua, quod sufficit in commissione, siue supplicatione ponere substantiam, & effectum illius, super quo supplicatur, absque eo, qđ totus apponatur tenor. Secus vero in exemplo instrumentorum: & quod dixi de commissione, procedit pariter in libello, positione, & exceptione, secund. Bald. id fore notabile asserentem, in l. instrumentorum in princip. & nu.1. C. de precib. imper. offer.
58 Quæro deinde, an rescriptū iuri cōtrarium valeat, ac a iudice obseruari debeat, circa qđ distingue, quod si est secundum legem, valet, & ita si est præter legem: at quando erit contra legem impeditiuam impetrationē, & illam prohibentem, facta non tenebit, vt per Bald. in l. Rescripta, num.2. C. de prec. imp. offer. idque prouenit, vt subdit, nu.5. ex defectu voluntatis Principis, propter clausulam derogatiuam, quæ præsumitur, ꝙ cessare voluntatem faciat secus impetrandi, & cōcedendi: secus vero, quo ad potestatē, ac talē prohibitionē tollendi illū cū non sint eius abbreuiatę manus, quia potest legem transgredi, etiam iudiciorum ordinem peruertendo, cap. in causa de re iud. vt
59 latè ibi Bald. num.6. Præterea quæro, an falsa latinitas rescriptum vitiet? & dico, quod non, ex mente Rip. in cap. de quo vult Deo, num. 38. de iudic. quando per figuram saluari potest, vti neque error variationis vnius sillabæ, vel litteræ, quando de scribentis intentione apparet, vt pariter falsa, orthographia, subdens ibi ita seruare Rom. Curiam, nō admittendo huiusmodi falsę latinitatis

tinitatis exceptionem, de quo pariter vide Fel. & DD. in c. ad audientiã p tot. de rescrip.
60 Card. cõs. 95. latè. Qñ ex iuris dispõne aliqd iudicis arbitrio reponitur, & arbitriũ ex iuris dispositione regulari debet, si male iudex arbitretur, & pars se grauatam putet appellãdo non erit repellendus Dec. in cap. ad hęc,
61 num. 4. de appella. Similiter a comminatione non interdicitur appellare, sec. Bald. in Rubr. C. com. vel epist. ratio est secund. Dec. quia tales comminationes terrorem incutiunt, quod sano modo intellige, dum modo iniustæ comminetur, ac illegitimè, & quando præfatæ appellationi sit locus, tradit Dec. in ca. cũ cessante, nu. 9. de appel. vti etiam a pronuncia, quod locus sit tutus valet appellare secund. eund. Dec. in ca. ex
62 parte, num 3. de appel. Commissio iurisdictionis, confirmatoria vulgo dicta, de sui natura illius Iudicis, cui dirigitur iurisdictionis excitatoria, adeo quod postea delegatus cẽsẽdus erit, cui sportulę debent, latè. Borgn. Caualc. decis. 31. num. 1. & seq. non conce-
63 ditur ita de facili. Inoleuit etenim quidam nescio an bonus, seu malus vsus, notariorũ, maximè Aud. Cameræ, qui passim constito de appellatione extra Curiam dare inhibitionem solent, multoties non concedendã, seu in causis Romana Curia non dignis confingendo litis pendentiam, expensarum respectu post posito, ac litigantium incommodo, hanc porrigunt commissionem, quæ (vt dixi) non ita passim est concedenda, quia si iudicis sufficiens est iurisdictio, augumento, vel confirmatione non indiget, quæ in dubio, & incognita non venit amplianda, vnde citare, & audire partem tutius erit, vt dixit Innoc. in cap. 2. num. 3. de confir. vtil. vel vnutil. vers. edicto proposito, nam de facili ea concessa, causa in partibus pendens turbari poterit, indirectè hoc medio, quem volunt iudicem impetrando, & forum, licet istęc cautela satis Dominis meis cognita, nõ attendatur, sed quando citata, & audita parte commissio conceditur, non ita de facili illam postea impugnans auditur, Innoc. in cap. cum olim, num. 1. vers. & ideo, & num. 2. vers. si autem electionis, vbi Abb. num. 11. de dol. & contum. Nam tunc confirmans dat, tex. est in l. legem obedire, ff. de verb. signifi. Decis. 11. num. 8. de iur. patr. in antiq. Datur autem præfata commissio, quando aliquis Referendarius, coram quo causa agebatur adhuc indecisa fuit ad episcopatum assumptus, & ideo, vt expeditioni de meritis instructus, ante recessum a Rom. Cur. vacare possit, quod secus esset si nouus foret iudex deputandus, cui ab initio omnia essent repetẽda. Ratione petitur istęc commissio, quia vti Referendario sibi rescriptum fuit, & quia status mutatus, & episcopus assumptus, nisi denuo a Papa sibi indulgeatur, desijt esse Referendarius, nec Signaturas amplius ingreditur, ne de gestorum nullitate dubitari contingat, vt liti
64 finis sit, præsens datur commissio. Considerandę multę sunt pariter circumstantiæ, an sit prima instantia, an illã petens sit persona priuilegiata, qualitas, status, & quantitas siue importãtia causæ, & alia, q̃ ex ipsamet rei euidentia apparere poterunt, ex quibus ad concedendam, vel eam denegandam facile moueri animus poterit, circa quod propter varietatẽ, vel diuersitatem causarum, certa dari regula nequit, ideo omnia consi-
65 derãda a D. Referendario erunt. At quando incompetens iudex erit, vel iurisdictione carens, nullo pacto commissio istęc concedenda erit, vt fraudibus pręnarratis obuie-
66 tur, secus si competens iudex erit, & eius iurisdictio turbida pro maiori cautelą conce-
67 di poterit decis. 12. de rescript. in nou. Continere præterea causam ad eius subsistentiã commissio debet, vt melius an concedenda vel non, an appellabilis, necne sit, dignoscatur, qđ male hodie practicatur, dum Procuratores, postposita conscientia, lucro cupidi, litibus expensisve misellos clientulos inuoluere satagunt, ea sub ratione, quod postea reformanda erit, sicque Dei timore carentes simulachrum procuratorum, maligni, sine forma, & materia, nuncupantur, per Abb. in cap. prudentiam, num. 1. de offic. deleg. c. multo 4. dist. contra quos facit illud prouerb. cap. 28. pro buccella panis, deseruit veritatem, & Genes. 4. vox sanguinis fratris tui, clamat ad me de terra, & sic, qñ illi a pauperibus pecunias, quę illorũ sanguis sunt, modo præfato extorquere satagunt, ipsos occidunt, quamuis, de sic per eos acquisitis, non gaudeat tertius hæres. Iam illos sanctissimæ mem. Pius V. de medio sustulit, sua ędita constitutione, mandas tale munus minimè exerceri posse, nisi præuiis examine vitę honeste, litterarũ, & morũ approbati fuerint, sed toto terrarum orbe multi qui procuratoris munus profitentur, reperiuntur, qui nec unquã litteras viderunt, neque sciunt, ob id tales nullitatibus, siue cauillationibus, ac mendacijs, causam persępe præbent proborum virtutem, ac honorem offuscando, de quibus mundus totus, & præsertim Romana Curia semper abundauit, & abundat, quorum laudes cõticeo,

cum

cum satis de illis Iustinianus mentionem, faciat, & l. restituendos in princip. C. de ad-
68 uoc. diuers. iud. Commissio appellationis, sub conditione, puta si fuerit excommuni catus, vel similis, non datur, quia debet excommunicatio fateri, ac absolutio peti, & sic de singulis, secundũ subiectam materiã. Io. And. in cap. solet, num. 2. & 10. vers. Ad quartam de sent. excom. in 6. vbi subdit, qđ illo modo absolutionem petens, sanctissimas claues Apostolicas cõtemnere videtur: & an infra decem dies a tali sententia condi ctionali sit appellandum, disputat Abb. in cap. præterea, el secondo, nu. 16. de Appel.
69 concludens contra Innoc. Simili modo, si appellatio interposita minimè fuerit, commissio appellationis expedita, non erit profi cua. Paris. cons. 69. num. 13. volum. 4. Tiraq. de caus. cess. par. 1. num. 266. cap. cum ces-
70 sante, de appellat. Commissio alias appella tionis, & nullitatis, vt passim fieri assolet, expedita fuit, cuius vigore iudex pronuncia uit in negotio principali, videlicet male appellatum, per hoc sententiam, non fore nul lam dixit Rota Decis. 42. nu. 4. par. 3. diuers.
71 Commissio nomine officij tacito, ac nomi ne proprio obtenta, ex quadam iurisdictione, operatur, quod etiam substitutus substituti, eadem dicatur persona cum prima, cui rescriptum fuit, quia eodem modo, quo pri mus expeditioni vacare potest. Rot. Diuers.
72 par. 3. decis. 1044. num. 1. Commissio, siue rescriptum ad lites non est perpetuum, sed tantum durat, quantum tempus ad causam prosequendam a iure statutum Guid. Pap.
73 decis. 135. num. 1. At si aliqua clausula con sueta in commissione deerit, quando, & quomodo pro apposita sit censenda, tradit Abb. in cap. accepimus, num. 2. de ætat. &
74 qualit. Si directè, vel indirectè commissiones Sanctissimi officij interesse tangentes, porrigi quouis modo contingat, erunt omnino denegandæ, maximè in Signatura iustitiæ, sed ad Illustriss. & Reuerendiss. Cardinales vniuersalis Hæreticę prauitatis prædes, vel ad Sanctis. D. N. remittendæ; quia cum illud totius Orbis supremissimum sit tribunal, in quo Sanctissimo Pontifice assistente, tanta maturitate causæ tractãtur, tot Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalibus, ac alijs Prælatis, Theologis, ministrisve in omni scientiarum genere versatissimis, de quorum fide, authoritate, doctrina, integritate, ac maxima iurisdictione, ambigendum nõ venit, eorum negotia secreta, quia neminẽ præter solius Papæ personam in superiorẽ cognoscunt, alijs manifestari, neq; ab alijs censurari debent, aut iudicari. Nam ab illo supremissimo Tribunali, totius nostræ fidei fundamentum, basis, ac religionis cõseruatio pendent, etiam causæ illi connexæ, dependentes, & emergentes, quod etiam verum est, si causa ciuilis esset, quia optimè Illustriss. Cardinales Præsidentes, absq; iur-
75 gio occurrent, & de his hactenus. Commissio in actis præsentata, iurisdictionem tribuit, sed non iurisdictionis exercitiũ, neq; præuentionis effectum, absque citatione Abb. in cap. ex conquestione, nu. 10. de restit. spol. Rot. decis. 3. col. 3. vers. Ante lapsum de appellat. in nou. & quamuis per illam præsentationem in præfata decis. præuentio facta dicatur, id locum habet in Ro
76 tæ Auditorio. Ideo si de illa inter Rotæ Auditorem, & Prçlatum, extra Rotam agatur, præuenisse illum dicendum erit, qui primũ citauit Cassad. decis. 5. num. 3. de restit. in integr. ex ratione relata, quod commissio iurisdictionis exercitium minimè tribuat, nisi
77 per citationem. Appellatio a præcepto vim diffinitiuæ, habẽte regulariter admittitur, sicut, ab ipsa diffinitiua, quia eiusdem est naturę, Fel. in rubr. de re iud. num. 6. Expeditis commissionibus causarum in Ro. Cur. ad Illustr. Vicecancellarium, seu R. P. D. Cancellariæ Regentem deferuntur, ideo de eorum officio, & potestate subnectamus.

SVMMARIVM.

1 *Cancellaria Apostolica ante Lucium tertium Papam originem traxit.*
2 *Cancellaria Apostolica est Organum Papæ.*
3 *Cancellaria Apostolica ante Vicecancellarij deputationem, regebatur per Præsidentem.*
4 *Vicecancellarius quare dicatur, & eius dignitas prima post Papam, & quare.*
5 *Regentis Cancellaria officium, quare adinuentum.*
6 *Regens Cancellariæ multas signat commissiones, ratione, & authoritate sui officij.*
7 *Regens Cancellariæ quas commissiones absque manu Referendarij expediat.*
8 *Valor in commissionibus per D. Regen. Cancellarię signandis quare sit exprimendus.*
9 *Cancellaria Papæ omnes causas, quæ de communi iustitia sunt committere potest.*
10 *Regens Cancellariæ non signat auctoritate sui officij commissiones, in quibus potestatis plenitudine sit opus.*
11 *Regens Cancellariæ ex officio signat commissiones, appellationis in Rom. Curia, & quas, & quas non signet.*
12 *Cancellaria termino Apostolorum pendente, non dat iudicem.*

Regen-

De offic. & authoritate Illustriss. Vicecanc. & Reg. Cancell.

1 Ancellariam Apostolicam, per 200. annos ante Lutium Papam Tertium fuisse institutam, ex Historicorum, aliorumq; authoritatibus, testatur Gomes. in regul. Cancell.
2 num. 3. Proœ. quæ dicitur, & est organus Papę, ex cuius vsu, & obseruantia, sanctissima illius mens colligitur, cap. Porrecta, ibi cum igitur a Cancellaria nostra, de confir. vtil. vel inutil. Mandos. sup. regul. Cancell. in Regul. de Annali, q. 45. num. 2. Bonif. de Vital. in clem. ad compescendas, nu. 48. de seq. possess. Fel. in c. ad nostram, nu. 19. cor
3 rol. 20. de rescript. Nam Vicecancellarij dignitas per prius in rerum natura non erat, sed per Præsidētes, vel Officiales regebatur, postea Vicecācellarius creatus, ante Scriniarius, interdumque Bibliothecarius vocatus fuit, vt ibi Gomes. quamuis Scriniarij nomē potius adaptari Prothonotarijs concludat.
4 Et ideo dictus Vicecancellarius, quia cum in Dei Ecclesia Pontifex solus Cancellarius sit, ex patrum Purpuratorū Collegio Cardinalis selicitur, q vices suas gerat, omniūq; virtutum sceptrum teneat, sicque Papam repræsentans, mærito Vicecancellarius vocatus fuit, & vocatur, in Proœ. 6. Cuius dignitas post Papam prima est, quia regularum ipsius, & minister, & custos dicitur, Nicol. Grauat. in addit. ad Vestr. in sua prax. lib. 1. cap. 4. num. 11. illa remota fabella, per Zab. in clem. ne Romani, §. eo tamē prouiso, numero 4. de elect. relata, asserentem, ideo Vicecancellarium dici, quia Papæ, dum Cancellarius dicebatur æqualem se facere volebat, ob id verbum Vice fuit additum, vt inferior ab eo dependens dignosceretur, subdens ibi (quamuis non approbet postea,) tali nomine ob reuerentiā a beato Lauren-
5 tio vocatum fuisse. Sed quia Vicecancellarius tot, tantave negocia explere non valet, cum præsertim vltra ea, quæ officium Cancellariæ tangunt, ratione Purpureæ dignitatis, alijs etiam arduis rebus sit impeditus, pro vt hodie est Illustriss. & Reuerendiss. Dominus Alexander Perectus Cardinalis de Monte Alto nuncupatus, Maximi illius Sixti V. Pontificis Nepos, qui præter munus ipsius Cancellariæ, ac Summatoris Papæ, Bononiensem, Legationem multis ab hinc annis, prudentissimè, iustissimè, pijssimeque gubernat, Xenodochia, Monesteria, aliaq; pia loca cōplura, quibus præest paterno amore, magnificentiaque eximia regit, & singulis etiam non poscentibus, adeo præstus apparet, quod promptius esse non possit, cuius humanitatem, modestiā, grauitatem, (licet iuuenis) in arduissimis negotijs pertractandis, perficiendisque prudentiam, & experientiam, omnes mirantur quibus, & amabilis, & gratus est magis, magisque quotidie efficitur; aliorum ministrorum,

rum ope iuuatur, vtq; ad rem redeam, dico vt Cancellariæ Apostolicæ literæ, ea qua debēt maturitate, diligentia, ɔſideratione, modo, forma, celeritate, & authoritate expedirētur, Regentis Cancellariç Officium instituere, sane tum extitit, qui expeditionibus; sicut Cancellariæ caput incumberet, vtque
6 Summariè causis, siue Commissionibus expediendis, ac cæteris alijs illius negotijs præesset, qui etiā ex sui Officij authoritate, multas Commissiones signaret, quæ idem habent robur in eo, in quo Illustrissimi Vicecancellarii facultates sese extendant, (vt dicam) prout cætere aliæ commissiones, ab Illustr. & Reuerendiss. Signaturæ Iustiæ Præfecto signatæ. Signat itaque absque eo, quod
7 Referendarius (vt moris est) manum apponat, Primo commissiones in causis Beneficialibus, dummodo beneficium, de quo agitur, adeo tenue sit, quod annuos decem ducatorum introitus non excedat, & in curia tales causæ remaneant. At si ad partes remit-
8 tendæ forent, cessat eius facultas, tuncque in similibus commissionibus, necessario Beneficij, de quo agitur, annorum illius introituum mentio veniret facienda, (vt dicam) causamque extra Rotam demandat, vt habetur in Reg. tertia, Cancell. de Potest. Vicecancell. & Cancell. Regen. & per Rebuff. in sua prax. Signat. super tertia
9 parte numero 18. Potest autem Cancellaria Papç omnes causas, quæ de communi iustitia sunt, committere, absque alio mandato speciali. Felinus in Rubrica de Rescrip. num. 9. vers. secundo nota, Bellam. Decis. 602. subdens ibi Felin. quod neque Cancellaria, Illustr. & Reuerendiss. Cardinalis Vicecancellarius, neque R. P. D. Regens, commissiones, in quibus Papæ potestatis plenitudine opus est, signare valent, vt puta, causam in partibus pendentem demandando, seu commissam auocando, Bellam. decis. 46. in fin. Idemque etiam, si legitime ad curiam causa deuoluta non sit, sine speciali Papæ mandato, in ea committere, & pariter, dummodo contra ius derogationem non contineat. Mandos. de Commiss. caus. commiss. 1. prope fin. in verbo Regens, vnde Abb. in c. cum dilecta in fi. num. 4. de rescrip. dicit, esse hodiernum curiç stilum, secundum quod non est necesse per literas Iustitiæ recurrere ad Papam, sed ad Vicecancellarium, qui tamen scribit nomine Papæ, & ob id in Bullis, & literis Apostolicis secundum eius nomen apponit, quod stilum seruandum fore ibi concludit, Pariter à præfatis idem prohibetur si super mero spolio ali-

cuius beneficij agatur vt Felin. loco cit. re-
11 censet. At commissiones appellationis in causis de Curia bene signat, & signare potest si libet, quando appellationem iudex admisit, vel vbi causa est manifeste appel-
12 labilis, Non autem quando ius appellationi non assistit, ac illam repellit, idque iure medio, quia Cancellaria, quæ ius commune seruat, non dat commissiones, nisi fuerit appellatum, & dati reuerentiales; sed quando exprimitur pendere terminum Apostolorum, Cancellaria non dat Iudicem, vt per Lancell. de attent. Appellatio. penden. limit. prima, nu. sexagesimotertio.
13 Cuius hodie, & à multis annis est Illustriss. & Reuerendissimus Pater Dominus & Dominus meus semper colendissimus D. Bartholomeus ex nobili Ferratinorum Amerinæ ciuitatis familia, per multos annos est Regens benemeritus, ac vtriusque Signaturæ Decanus, Maxima vltra pręmissa ipsi est authoritas concessa, qui diuersimode in alijs commissionibus rescribit, & vtitur verbis de Mandato D. Nostri Papæ &c. tam in cōmissionibus Sanctit. suæ manu firmatis, quā in illis ab Illustrissimo & Reuerendiss. Signaturæ Iustitiæ Præfecto expeditis, in exequtionem eius, quod in rescripto continetur, sed in illis, quas ipse signat, loco de mandato D. N. Papæ ponit, audiat Magister N. &c. quod facit ex sui Officij authoritate, & Ideo differenter rescribit, vt inter iudicem datum per
14 Papā, & Cancellariam differentia secernatur. Commissiones causarum Romanæ Curiæ tam per Papam, quam Signaturæ Iustitię Præfectum signatę, potest cui iudici ordinario, siue prælato sibi libuerit, dirigere, considerata causæ qualitate, ac eius conditione, & importantia, idoneos seligendo, At si nominis, cognominis personarum, & locorum error in commissione aderit, solet concedi, vt corrigatur, quod etiam ex sui officij authoritate D. Regens Cancellariæ facere potest, dummodo non fiat in fraudem, & ordinarie cōmissione vsus non sit, quia cum eo casu adsit præiudicium tertij collitigantis, & rescriptum iam commune effectum, facultas cessat. Doct. & maximè Innoc. & Abb. in capitulo conquestum de
15 rest. spol. Sed quando pars timet ne decem dies dati ad causam committendum, siue alius terminus labantur, quod tempus ad appellandum improrogabile est, Felinus in capitulo venerabilis, numero, 14. de iud. Rot. decis. 2. numero tertio de dilat. in no. Bald. in auth. numero. 10. l. ei, qui C. de temp. appellation. Roman. in l. 2. numero 20. &

seq.ff.de re iud.etiam si partes prorogationi cõsentiant,quia vt ad non habentem iurisdi ctionem, iurisdictio deuoluatur, facere, & sic tale tps prorogare nõ possunt,nisi ex ma gna causa, quãuis bene minuere. Rom.loc. cit.nu.21. Bald.in d. Aut. ei qui in glo.fi.nu. 10.& 11.quia datur a lege sine ministerio iu dicis Idem Bal.in Aut.offeratur,nu.14.C.de lit.cõte. Cap.Thol. decis.426. ne causa rema neat deserta, in calce commissionis D. Re gens rescribit. Præsentata die 3. Iulij 1603. talisq; Signatura,vel subscriptio tantę est vir tutis,& efficacię ostendendo diligentiã ap pellantis,vel rescriptum impetrare volẽtis, quod facit,vt per aliũ mensem subsequentẽ tempus nõ currat, sed prorogatũ sit Cresc. decis.8.nu.5. de appel.adeo,quod a desertio ne excusar,vt latè per Vestr. in sua prax.li.3. c.3.nu.4. Cassad.decis 4.nu.2.de appel.Abb. in cap.personas, nu. 8. ibi adeat ipsum Can cellarium,vbi etiam Fel.nu.1.vers.limita ni si terminus de appel.Idque ampliat Lancel. de Atten. app.pend.c.12.nu.66.p.2. procede re,etiã si talis prę sentata D.Regentis non in ipsa originali commissione, sed in eius co pia apposita reperiatur, ac etiam si talis præ sentata in vltima decendij facta esset. Quod
17 tamen Put. decis. 389. p.2. non procedere Rotam tenuisse asserit,qñ post talem diligẽ tiã per 27. dies in Bãco Cursorum commis sio non fuisset portata, nam tunc Rot. dixit non posse ex tali diligentia,stante subsequu ta negligentia iuuari,quia si nõ redemit cõ missionẽ,causa remansit deserta, vt ibi Lan cel.nu.68.quod recentius tenuit Rota corã S.D.N.Clem.8. tũc R.P.D.Hippolyto Aldo brandino Auditore, in vna Burg. seruitij 4.
18 Iulij 1575.Talis aũt præsentatio de stilo Cu rię iure assistente adinuenta est,quia si tem pus decem dierũ(vt dixi)est improrogabile, ne interim causa deseratur,ac in iudicatum transeat, dum multoties commissiones per tot, tantasve reuisorum manus ambulan tes, licet eximia diligentia adhibeatur, in dicto tempore, ad Banchũ Cursorũ esse nõ possint,ne causę desertę remaneãt, ex Papę authoritate,quæ supra leges est, fuit Illustr. Vicecancellario,ac Cancellariæ Regenti in dultum,vt ad alios triginta dies tempus pro rogatum censeatur dictis decisionibus. In omnibus autem prænarratis commissioni bus,quatenus in Curia remaneant causæ co gnoscendę, siue per Sanct. D. N. vel Signa turam iustitiæ expeditis secundum illarũ tenorem in fine ponit D. Regens contigue puta, si petatur simpliciter committi causa appellationis, cum potestate citandi,& inhi bendi, infrascripta verba. De mand. D. N.
19 Papa. Audiat Magister A de Grandis citet, inhibeat,procedat,vt petitur,& iustitiam fa ciat.Idem qñ petitur restitutio in integrum vtitur verbo restituat, vel in prefixione ter mini, terminum præfigat, & sic de alijs se cundum subiectam commissionis mate riã: importantque dicta verba, & iustitiam faciat:idem quod fac quod iuris sit iuris or dine seruato, vnicuique, qđ suũ est tribuas, ac sub præfato verbo cognitio, & decisio causæ etiam continetur,latè Dec. in c. quia quæsitum, num.3. de offic. deleg. tuncque rescriptum propriè dicitur stante dicta clau sula ad iuris obseruantiã posita, quæ dicitur modici præiudicij,& ius interpretatur,qua re clausulæ in rescripto ad lites,strictius pri uilegia interpetrantur, Dec. in Rub. de re script. num.3. At in causis, quæ extra Curiã
20 demandantur,nullam hẽt iurisdictionẽ, qa aut datur iudex per Signaturã, vel Illustris. Præfectum, aut a Referend. de cõsensu par tium,vel in expeditione Breuis. Et ideo dan
21 tur in Ro.Cur.modo prænarrato ex officio D.Regentis cõmissiones,quia oẽs in ea or dinaria carent iurisdictione, præter Papam, & sic illã delegãdo tribuere, ac habiles per sonas deputare, opus est; Cardinali vero, ex
22 se Cãcellaria non rescribit,vt per Gomes.in cõpend.vtr.Sig.priuil.8. vbi de illorũ prroga tiuis,& pminentia loquitur, vers.Secũdo pri uilegio,ex relatis p Bonif.de Vital. in clem.
23 Auditor,col.2 oppos.5.de rescrip. Qñ verò restrictiuã in cõmissionib. directis Cardina lib. D. Regens facit, nõ apponit, nec appo nere dẽt verbũ; & iustitiã faciat sicut in oĩ bus alijs semper est cõsuerus, quia si Sũmus Pontifex ob illorũ singularem industriam, & exploratã fidẽ ad talẽ dignitatem illos e uexit, quod aliter procedant, & iudicaturi sint,non præsumitur,& quia naturale,& pe culiare absq; aliquo signo, vel monitione eorũ pectorib. vti propria vita iustitia, absq; aliqua monitione inest,& si clausula præfa ta apponeretur,iniuria,tamquã illius imme
24 mores affici viderentur. Notos aũt Papa il los habet; si cum ipsis,eorumvè scientia,va lore,experientia, excellentia,& moribus, to tius Christianæ Reipublicę res difficillimas (vti quotidiana docet experientia) pertractat Felin. in cap. ad aures, num. 11. de rescript.
25 Itaq; cũ præfata clausula merito illis rescri bi non debet nam ad boni equi instar, cal caribus non indigent, sed solum virgę vm bra, ad quod satis est dicere decidat, vt ibi Gomes. versic. hinc est, quod hodiernum. Talis nẽpè clausula nõ dat formam, sed mo

nitio-

nitionem, qua ipsi non indigent Fel. in c. litteris, nu. 1. vers. Sed dicas, de offic. deleg.
26 Solent autem illorũ Auditorib. terminorũ obseruãtiam committere, idq; permissum illis est, ꝙ alijs denegatum, ut per Bellam. dec. 43. in fi. vt latius suo loco de illis loquar. Quidve clausula, & iustitiã faciat importet, & operetur. Vide Ias. in l. iustitia, nu. 5. ff. de iust. & iur. Vestr. in sua prax. lib. 3. c. 2. nu. 6. & 18. Crot. in rep. c. pastorali, sub nu. 12. de appel. Corn. cons. 17. vol. 2. asserens Ias. nu. 6.
27 referri ad pręmissa. Cõtingere poterit, quod in corpore commissionis adsint verba simpliciter, & de plano, sola facti veritate in specta, vel similia, & D. Regens, illi cui cõmissio dirigitur rescribit, ꝙ procedat, vt petitur,
28 tñ quando postea subnectit clausulã, & iustitiam faciat, intelligitur quatenus id, qđ postulatur (vt dixi) fit de iure Fel. in c. 1. nu. 51. de const. cresc. decis. 1. de rescript. quanuis Papa, vel Cardin. Signaturæ Præfectus petita concedere, & D. Regenti concessa extendere, non aũt restringere possit, vt latè Cassad. decis. 7. nu. 1. de rescript. licet nonnulli contrariũ asserere ausi fuerunt, qđ licet in corpore adsint præfata verba summariè, simpliciter, & de plano, qñ in restrictiua D. Regentis, illis ommissis adest clausula, & iustitiã faciat, nõ poterit iudex in commissione per D. Regentem datus summariè procedere, tuncque illa verba ommissa censentur denegata, & neglecta, quia Cancellaria, & sic D. Regens sunt ad instar Organi Papę vt dixit Staphyl. de lit. iust. c. dicendũ nu. 3. Tamen id quam ridiculum sit, ex infra dicẽdis apparebit. Nã si a Papa, vel Præfecto Signaturæ talia, vti a mare verba manifestè ꝓfluunt, non est dicendum, quod D. Regens cui tantum dare iudicem concessum, fuit, illa tollere possit, omnia etenim in rescripto concessa dicuntur, nisi sint deleta, c. olim de rescript. decis. 11. eod. tit. in nou. ac per consequens, cassata ex concedentis mente denegata, l. qui cancellauerint, ff. de his, quæ test. delent. Verall. decis. 75. num. 7. & 8. parte 3. Sicq; non poterit inferior data per maiorem suum tollere, vel in dubium refrica-
29 re, Decis. Pedem. 139. num. 27. Sed si consideretur illud verbum, vt petitur, in eius restrictiua appositum, venit extendendũ subintellectiuè, vt petitur in commissione, & sic quando adsunt verba summariè, refertur D. Regens ad petita, & secundum illa suam restrictiuam conformat. Nam vt ibi subdit Staphyl. num. 8. est restricta Illustrissimi Vicecancellarij, & D. Regentis authoritas, adeo, ꝙ Papa solus, & Illustr. Præfectus concedunt, signant, rescribunt, dant, & tollunt supradicta. Et ꝙ solum circa pręmissa data sit suppradictis potestas concedendi, non autem D. Regenti ad extendendum præpositi, qui non potest negare, quod cõcessum est, cum in ijs tollendis nõ attendatũ eius restrictiua, deci. Cassad. 7. nu. 5. de rescr. Quare patet, quod D. Regens cõcessa negare nequit, si in eius restrictiua verbũ summariè in commissione existens appositum nõ fuerit, & quod plus est secund. Bellam. decis. 338. vers. Item quod si petitur, quando existentibus in commissione omnibus supradictis verbis, summariè, simpliciter, & de plano, D. Regens apponit tantum verbum, summariè, nihilominus omnia alia petita firma remanent, quia alias in eius potestate esset per Papam concessa tollere, vel restringere, contra text. in clem. ne Romani de elect. Itaque potius dicta ommissio obliuioni, ob negotiorum multitudinem adscribenda erit, quam alias sec. Cassad. decis. 7. de rescript. num. 2. & per tot. Nam quandoque bonus dormitat Homerus. Immo idem Cassad. decis. vlt. eodem tit. sub-
30 dit, quod sub verbo, &c. in restrictiua præfata apposito, & omnes clausulæ subsequẽtes, & supranarratæ repetitæ censentur, decis. 2. num. 4. de rescript. in no. quia si vti inferior rescribit, ostendit ad inserta, & narrata relationem habere, quod sufficit, & si omnia, quæ in corpore rescripti petuntur extenderentur per D. Regentem, idem esset, quod repilogare, ac nouam superfluã commissionem, commissioni addendo conficere, siue aliam commissionem confirmatoriam, cũ ipse minister sit, satis erit, quod verbum, vt petitur, & sua restrictiua, ad concessa virtualiter, & subintellectiuè extẽdantur, Ac quod sub tali imbreuiatura omnia comprehendantur, & ita suis temporibus obseruatum fuisse Cassad. asserit. dicta decis. vlt. de rescr. Rot. dec. 1. eo. tit. in antiq. Bellam. decis. 338. & 394. de quib. oĩb. latè ꝑ Vestr. in sua prax. Vbi Nic. Grauat. in addit. lib. 3. c. 2. nu. 6. ac alia de Offic. Regentis, & in quib. se in Cancellaria ingerat, recẽset eodem loco Vestr. lib. 1. c. 4. num. 6. & 7. ac in addit.
31 num. 11. ideo ibi Cancellariã dici asserens, quia bullas, diplomata, & priuilegia, anteq̃ Sigillo plumbeo muniantur, cancellat, atq; corrigit, ac pariter qñ constito de errore in causarum progressu ad illam corrigendæ remittuntur, vt infra dicam, quod modo vlte-
32 rius non prosequor. Selecto itaque iudice, arbitrio (vt dixi) præfati D. Regentis, ac in restrictiua commissionis apposito rescripto, vel

33 to, vel si Auditori Rotæ demandanda causa fuerit, per turnum, vt moris est, commissiones ad Banchum cursorum trāsmitti curat, accedentibusve partibus soluta cōsueta mercede, in capsa particulari ibi designata inter plures illius tribunalis, cui cōmissio dirigitur, vectibus clausa existente, reponitur. Postea notarius mensarius accedit, apertave capsula illam, vel illas recipit, ac inter connotarios, iuxta collegij stilum vel statutum distribuit, qui postea, secundum inueteratam consuetudinem. Talem D. N. Papæ cursorem commissionem quādam præsentasse in actis dicitur ex appositione per ipsum facta in dicta capsula, cuius est notarius Dominus, ob retentas claues, & sic lites subsequuntur, quod omnibus
34 notum in Ro. Cur. est. Quando alicui de partium consensu eligendo, siue iudici ordinario, siue Prælato in Curia causa demandatur, coram præfato D. Regente talis electio facienda venit, & in hoc differunt causæ Curiales, ab alijs extra Curiam, quia in illis sola sufficit commissio, quæ non registratur, sed in alijs extra Curiam breue expeditur, & commissiones registrantur (vt
35 dicam. Commissio causæ beneficialis simpliciter, & cum potestate citandi per edictum, constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu per D. Regentem in Rota distribui consuetæ sunt, & plura ex antiquis Cancellariæ libris, regulis, ac eius facultatibus secernere poteris, quod præterea, quia nostro tractatui non applicantur.
36 Si Illustris. & Reuerendis. Cardinalis Signaturæ Iustitiæ præfectus fuerit absens, vti pariter Cardinalis Præfectus Signaturæ gratiæ, ac etiam Illustris. Viceecancellarius alter Cardinalis loco absentis de Papæ mandato signat, cuius Signaturæ postea statur Fel. in rubr. de rescript. nu. 10. Per decis. Bellam.
37 686. Quando in commissione in causis Romanæ Curiæ dari iudicem de partium consensu eligendum, vt sæpè fieri assolet, contingat, de ipso coram R. P. D. Cancellariæ Regente concordant, aut vnaquæq; earū listam confidentium, & diffidentium dat, si aliquis, vel aliqui ab ambabus partibus nominati adsint, vnus illorum deputatur D. Regentis arbitrio, & interdum pars, cuius interest, commissionem cito expedire aliam partem corā eodē Dño citari curat.
38 Itis sic breuiter in vnum collectis, quia D. Regens commissionibus iudices addit, de illis breuiter nonnulla recenseamus.

SVMMARIVM.

1 *Commissionis appellationis in Ro. Curia formula.*
2 *Papa quare beatissimus dicatur, eius authoritas, & laudes, & num. 8.*
3 *Papa est mere Christi Vicarius.*
4 *Papæ authoritate in mundo non est maior.*
5 *Appellans a sententia Papæ ad futurum consiliū, est excommunicatus.*
6 *Papa solus consilium conuocat.*
7 *Supplicatur contra Papæ sententiā, sed eidē Papæ.*
9 *Papa quare adoretur.*
10 *Papa omnium est pater.*
11 *Dignetur verbum, quid sit.*
12 *Papa quare in plurali numero loquatur.*
13 *Clausula causam, & causas, quare in commissione appellationis ponatur.*
14 *Clausula nullitatis, & nullitatum in commissione appellationis ponenda.*
15 *Causa dicitur dum proponitur, & iudicium dum discutitur.*
16 *Causa quæ dicatur.*
17 *Clausula a quadam prætensa diffinitiua sententia vel illius vim habente, quid importet.*
18 *Interloquutoria quid sit, & quomodo a diffinitiuā cognoscatur.*
19 *Interloquutoria habens vim diffinitiuæ, quæ sit.*
20 *Clausula vim diffinitiuā habens, non debet in cōmissione appellationis deleri.*
21 *Clausula a diffinitiua si desit, est in commissione per Referendarium addenda.*
22 *Appellare a sententia habente vim diffinitiuæ, ius permittit.*
23 *Statutum tollens appellationem ab interloquutoria, nō comprehendit vim diffinitiuę habentem.*
24 *Appellatio a mandato executiuo, permittitur, sicut a diffinitiua.*
25 *Clausula infra legitima tempora, quid importet.*
26 *Tempus ad appellandum quando currat a die habitæ notitiæ.*
27 *Clausula con Oratorem B, & ad fauorem A, aduersarij, efficacia.*
28 *Commissio, an ommisso nomine appellati sit nulla.*
29 *Nomen iudicis a quo, quare in commissione appellationis ponatur.*
30 *Clausula ad S. V. & Sanctam Sedem Apostolicam, quid importet.*
31 *Appellatio interposita ad Papam, si interim, moriatur, coram successore prosequitur.*
32 *Causa de qua agitur, quare breuiter in commissione inseratur.*
33 *Clausula summariè, quomodo debeat in commissione explicari per Referendarium.*
34 *Verba impugnatiuè tñ, in cōmiss. quid importent.*
35 *Clausula relatio haberi placeat, quare inuenta, & quando non operetur.*
36 *Commissio neque dispositiuè, neq; enunciatiuè clausulas oratori damnosas debet continere.*

Clau-

105 *Clausula cum potestate citandi non comprehendit Cardinales, Episcopos, neque Principes, & quare.*
106 *Clausula cum potestate citandi, quando pauperes, & priuilegiatos comprehendat.*
107 *Citatio si exequi sit impedita, quomodo postea exequenda sit.*
108 *Tertius docto de interesse, citatione exequuta, ad causam admittitur.*
109 *Citatio non operatur contra successorem, cuius interesse cepit post mortem antecessoris.*
110 *Sententia lata contra mortuum, quando valeat, Amplia, nu. 111.*
111 *Clausula omnesque alios, quare inuenta.*
112 *Clausula omnesque alios, non operatur, quando certa persona citanda venit, & quare.*
113 *Clausula intereße putantes, quare commissioni addatur.*
114 *Clausula omnesque alios multa operatur, vt hic.*
115 *Clericus, vt coram iudice laico compareat, quomodo citandus.*
116 *Cautela vt non obstante statuto, quis ex sua Ciuitate extrahatur, ad iudicium.*
117 *Clausula sua interesse putantes, multa operatur, vt hic.*
118 *Clausulæ sub censuris, & pœnis ecclesiasticis effectus.*
119 *Censurarum appellatione, venit excommunicatio, & interdictum.*
120 *Clausula contradictores, quando operetur, quod contra tertios, procedatur.*
121 *Clausula contradictores intelligitur de contradictoribus facti, vt excommunicentur.*
122 *Iudex antequam det auxilium Brachij secularis, gustare debet an sit iusta petitio.*
123 *Grauandi, regrauandi, & intercedendi modus, & praxis.*
124 *Brachij secularis auxilium quomodo, & quando inuocetur.*
125 *Censurarum Ecclesiasticarum tres sunt species.*
126 *Excommunicatio duplex est.*
127 *Ecclesia suis vtitur armis ante brachij secularis inuocationem.*
128 *Brachium seculare quando non inuocetur.*
129 *Clausula seruata forma concilij Tridentini, addenda in commissione appellationis.*
130 *Interdicta non sunt ita de facili relaxanda, & quare.*
131 *Interdicto fulminato, nisi iudicato pareatur, non tollitur.*
132 *Excommunicatus remittitur absoluendus ordinarie ad suum excommunicatorem.*
133 *Brachium seculare non inuocatur in clerici degratitione.*
134 *Brachium seculare non inuocat delegatus, nisi in commissionem illi detur facultas.*
135 *Interdictum differt ab excõicatione, & quomodo.*
136 *Suspensio clericos continet, & excommunicatio laicos.*
137 *Clausula cõstito summariè, & de nõ tuto acceßu, ponẽda est i cõmissione appellationis, & nu. 144.*
138 *Citatio per edictum est exhorbitans.*
139 *Citatio per edictum non decernit iudex in Ro. Curia, nisi habeat in mandatis.*
140 *Citatio per edictum nisi verificata condictione nõ tuti acceßus, non conceditur.*
141 *Citatio per edictum, quibus in locis exequenda, & an in duobus ex tribus exequi sat sit.*
142 *Procuratorem ad Curiam mittens, citationis notitiam habuisse præsumitur.*
143 *Citatio per edictum, vt in duobus locis tutis vicinioribus exequatur, sat est.*
145 *Citatio per edictum sex continere debet.*
146 *Citatio per edictum non lecta, vel non affixa, an sit nulla.*
147 *Citationis per edictum effectus.*
148 *Citatio per edictum breue continens terminum, est nulla.*
149 *Citationis per edictum forma, vbi detur.*
150 *Clausula citandi per edictum, & sub censuris, non datur contra Cardinales, Episcopos, & Principes, & quare.*
151 *Acceßus non tutus quomodo probetur.*
152 *Proceßus per affixionem, vel per contradictas, quando decernatur.*
153 *Citatio per edictum in valuis ecclesiæ affixa manere debet, quando ibi adest populi multitudo.*
154 *Clausula cæteraque omnia, & singula alia facien di, &c. ad quid referatur.*
155 *Clausula, singulis diebus, & horis, quid operetur.*
156 *Clausula, quacunque responsione pro Apostolis data, &c. quid operetur.*
157 *Clausula constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in plurali, capit singulare.*
158 *Clausula non obstantibus, laborat eadem morbo, quo commissio.*
160 *Clausula non obstantibus, quando consuetudines, tollat.*
161 *Clausulæ cæterisque in contrarium facientibus, effectus.*
162 *Clausula non obstantibus priuilegijs, nõ auget gratiam, & quomodo intelligatur.*
163 *Clausula non obstantibus, operatur confirmationem ex certa scientia.*
164 *Clausula non obstantibus, non tollit confirmata per Papam.*
165 *Constitutiones Apostolicæ, non tolluntur per non vsum.*
166 *Clausula quorum tenores, quid operetur.*
167 *Clausula quorum tenores, quid operetur in confirmatione concordiæ.*
168 *Clausula, &c. quomodo in rescripto, ac notarij scriptura extendenda.*
169 *Clausula status, & merita causæ &c. qd operetur.*

Com-

Commissionis Formula Com. Urbis.

1 Beatissime Pater, dignetur S.V. causam, & causas appellationis, & appellationum, infra legitima tempora ad S.V. interpositæ, & interpositarum, nullitatis, & nullitatum iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, à quadam prętensa sententia diffinitiua, seu decreto illius vim habente, ad fauorem cuiusdam A. & contra S. V. oratorem B. per R. P. D. in ciuilibus A. C. Locumtenentem (vel alterius iudicis a quo nomen apponendum) causa & occasione, nonnullarum pecuniarum summam Scutorum &c. excedentem, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & deducendis illorumque occasione partibus ex altera, nec non quam, & quas idem orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit contra dictum A. omnesque alios, quomodolibet sua communiter, vel diuisim interesse putantes, in exequtione pręsentium nominandos, & cognominandos, vnà cum omnibus, & singulis suis incidentibus, depēdentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali, alicui alteri Ro. Curiæ iudici ordinario, aut alicui pręlato in Ro. Cur. commoranti, vel alicui Rotę Auditori, seu si aderit inter Auditores Episcopus, vel Patriarcha addatur siue Locumtenēti, summariè, prout in beneficialibus, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, committere, & mandare. Cum potestate citandi, & inhibendi in Curia, & extra; sub censuris, & pœnis ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, toties, quoties, & quibus opus fuerit, etiam per edictum constito summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu; contradictores, & rebelles quoscunque pęnas pręfatas incurrisse declarandi, grauandi, & regrauandi, & interdicendi, seruata forma Concilij Tridentini, inuocato si opus fuerit brachij secularis auxilio, ceteraque omnia; & singula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna; ac procedendi, singulis diebus, & horis, pręterquam in Dei honorem feriatis, Constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, stilo palatij, & Curiæ, quacunq; responsione pro Apostolis data, adeo quod pro illis amplius redire nō teneatur, attento quod ad diffinitiua, Cæterisq; in contrarium quomodolibet facientibus minime obstantibus, quorum tenores, statum, & merita causę, pro expressis habere placeat.

Si voluerit attentata purgari, ibi ante verbum constitutionibus &c. ponatur attentata quæcunq; in primis & ante omnia, prout iuris fuerit reuocandi. Et pariter si erit ad propositum, ac Oratorē in integrum, prout iuris fuerit saltim ex clausula generali, si qua mihi iusta cā restituendi, de quo latius in sua particulari cōmissione verba facturus sum.

Igitur si in Romana curia erit causa tractãda, prænarratus cōmissionis tenor erit, in qua si factum, vt se habet, pro faciliori expeditione rescripti inserere opportunum iudicabitur, vtique fieri poterit, quod omisi, stante illorum diuersitate, & quia facile exprimi poterit, quod generice pro omnibus alijs

alijs commissionibus dictum sit. Vtque secundum ordinem distinctè procedamus, quia vt ait Bal.in prin. Proœ.Digestorum ad faciliorem cuiusuis rei intelligentiam est necessarius, ad particularia commissionis prędictæ verba, vt facilius illorum ius, uires,& substantia secerni,ac percipi possit,descendamus: & de nomine ciuitatis, quod in capite cuiusuis commissionis imponitur, in sequenti capitulo sum dicturus.

De Commissione Appellationis in Romana Curia.

2 BEatissime Pater, quia in rebus, & negotijs Sāctę Romanę Catholicæ,& Apostolicæ Ecclesię iurisdictionē concernentibus, ad solum Papam,omnium fidelium Patrem Sacerdotem supremum, quod nomen cępit a Moise cap. si. 17. distinc.qui omnia potest cap. 2. in princ.de Concess.præb.Clem. 1. vt lit. pend.Bal.in l. rescripta num. 5. C. de prec. Imp. offerr. Totiusque orbis Prælatus Doctor, & iudex ordinarius Innoc. in cap. dilecti filij. nu.2. de for. comp. Ideo à Deo in Ecclesia Romana habere Imperium præ omnibus dicitur Innoc. in cap. 1. per tot. de Transact. cui vt dixit Sanctus Cirillus lib. 5. Thesaur. genua, & caput omnes inclinant; & præ cæteris potentatibus obediendū est, ad quem semper recurritur.Ideo illi soli supplicatur,quia illi reseruata nemo attentat, cap. porro 3. dist. cap. huic 12. distin. cuius approbationi standum est cap.si Romanorū 19. dist. Quare ad illum omnes recurrunt, quia vt Sancti Bernardi vtar eloquio, relato per Catal.de Boncomp.in Trac.de Pot. Pap. num 14. & 15. est Deum diligentium Pater summus, ac omnium illum timentium particeps, Christianorū Dux,& ordinator,Omnium Pastor, & Magister sapientū, Oppressorum refugium, Aduocatus pauperum, Miserorum spes,Cecorum oculus, Mutorū lingua,Baculus senum,Malorum metus,Bonorum gloria,Potentū virga, Tyrannorum malleus, Regum Dominus, Moderator legum,Sal terræ,Orbis lumen,CHRISTI Vicarius,Successor Petri, Mundi arbiter, Dominus,& magister, adeo quod Papalis Maiestas summa est, quod sanctitas non inuenitur, quæ super terram illi comparetur.
3 Nam vti eius vero perpetuo, & indubitato Vicario cap. vbi maius §.cæterū,& cap.fundamentum §. huius autē muneris de elect. in 6. per illa verba, quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis,& quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis, & Petro, & eius successoribus, Saluator noster omnem authoritatem dedit, Innoc. in cap. cum ex eo num 2. de penit.& remis.Vnde quæcunque ab ipso statuta,quia omnia iudicat, & a nemine iudicatur nisi a se met.Innoc.in cap.ex parte num. 3. de verb.sig. firmiter, & incōcusse sunt seruanda. Vgo. in trac. de off.quatuor Prelat. par.1.ca.1.nu.5.cum add.subdens ibi c. 2.nu. 1.ex ipsius met verbis Domini,ecce duo gladij hic,quod celeste arbitrium dicitur,vtrūque gladium habere ad tex in l.j. in fin.C.de
4 sum. trin.& fid.Cath.& intantum pręfulget Papæ auctoritas, quod in mundo superior illi non est, vnde ab eius sententia nō valeat appellare cap. cuncta per mundum 9.q.3.c.
5 apostolicę 35.q.9. & si quis iræ filius a sententia Papæ ad futurum Concilium appellare ausus fuerit, excōicatus erit, vt legitur in bulla Cenę Domini Prępos. Cū late congestis in Rub. de appel. num. 32. vbi Abb. num. 7. vers. finaliter. Nam cum solus Papa concilium conuocet vniuersale, ac illi imperet cap. significasti vers. aiunt in concilijs de election.nō potest de gestis ab eo nec cognoscere, nec ad ipsum concilium prouocari,quod tamē declarata vt ibi per Præpos. nu.36.& 37. sed bene quando subreptum aliquid fuerit, aut Papa pro consideratione ętatum, vel temporum, aut grauium necessitatum dispensatione,quædam ordinarie decreuerit, quando illa fieri delegerit,non negatur,quin ipsemet Papa in melius facta cōmutare possit, vt optime dicit tex. in capit. sententiam 35. quæstione 9. ratio redditur in cap.gratū eod.tit. quia pijssimis mentibus graue videri non debet, cuiuscunque retractari iudiciū, qn̄ veritas sępius exagitata ma
7 gis splendescit c.graue 35.dist. Quare contra sniām Sāctitatis suę supplicari eidem potest, cui, si non placet, petitis annuere non tenetur cap. ex literis de restitu. in integ. cap. veniam 35. q. 9. de cuius supremitate ponit multa Bal.in l. rescripta nu.7.C.de prec.imp.
8 offer. Beatissimus, ac Sanctissimus vocatur, teste Sācto Hieronymo in epistola ad Damasum, qui talem in primis, & vltimis verbis ibi illum vocat,ad cuius maximum signum,
9 est adoratio, vti creatura excellens, ac Dei vices in terris gerens, vnde in pede osculamur,Heb.cap. 7. & bene glos. in l. 1 §. osculandi C.de domest. & protect. libro 12. merito igitur post verbum Beatissime subnecti
10 tur Pater, cum omniū pater sit, Deuteron. capit.32. & dicitur Papa summus Pontifex, quasi faciens pontem ad credendum subditis

tis in viam, exemplo vitæ & Doctrinæ. Iaſ. in l. 1. num. 25. ff. de acq. poſſ. de quo late videas dicta per Mandoſ. in commiſſ. quę a Refer. in verbo Beatiſſime Pater diffuſe de hoc tractantem.

11 DIgnetur S. V. Humilitatis certe verba iſtęc ſunt, nam quando à Principe aliquid precibus impetrare contenditur, ac inferior ſubditus à Domino petit, ad præeminentiæ, ſubiectionis, honoris, ac humilitatis ſignum, illis verbis vtitur, ex quibus facilius plectitur ad petitorum conceſsionem, vnde Mandoſ. loco citato dicit dignetur, ideſt dignum cenſeat, iudicet, ſeu velit, de quo habemus Thob. ca. 12. exemplum. Sed peto te pater reges eum, ſi forte dignabitur medietatem omnium, quæ ei allata ſunt, accipere, Vnde ſolet in reſcriptis Papa dicere. Humiliter petijſti, vt talem gratiam tibi concedere dignaremur; Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati &c. Habet autem teſte Cic. 3. de Orat. natura plures in ſuo genere diſſimiles ſicut maior, & minor, & cum maiori reuerentia, & obſeruantia debeatur, Ideo bene inferior ſupplicando, ver

12 bo dignetur vtitur. Et licet verba S. V. vni loquendo in numero plurali, ſecundum latinorum normam ſubſiſtere nequeant, tamen fallit in Papa, quia ſicut eius ſublimitas, pręminentia, ſplēdor, & authoritas, in mundo vnica, & ſola eſt, cui ſoli, & nō alijs a Deo eſt auctoritas attributa: ita etiam ex talibus verbis extraordinaria demonſtratur Maieſtas, & ipſi ſic ſupplicari, cōtra regulas grammaticę, ad vnicam perſonam demoſtrandam, non eſt reprehendendum. At ſi contingat poni verbum ad inſtantiam N. tale verbum idem ſignificat quod verbum ad preces, quamuis verbum ad inſtantiam, maiorem ſolicitudinem oſtendat verbo ad petitionem, cap. cum inter de elect. ibi cum inſtantia poſtulantem, Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 29. de conſtit.

13 CAuſam, & cauſas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum, &c. Ideo ponuntur in commiſsione, vt in ea comprehendantur ſi plures fuerint appellationes interpoſitę, puta in negotio principali, ab eius non admiſsione, vel alijs grauaminib. & ſic etiam ſi plures fuerint nullitates,

14 licet addantur verba reſtrictiua, quatenus ex tribus; quia cum ceteræ omnes nullitates ex fel. rec. Pij IIII. reformatione ſint ſublatæ, ideo ad illas tres ſolas, nempe citationis, iuriſdictionis, & mandati reſtringenda eſt commiſsio, de quibus in commiſsione ſanatoria nullitatū latius Deo dante diſſeremus

Cauſam, & cauſas, ponunt iſta verba pro negotio, de quo lis agitur, vel diſcutitur. Et

15 quando proponitur, dicitur cauſa, quando diſcutitur iudicium, & quando finitur, iuſtitia Luc. de pen. in l. vnic. C. de ſent. aduoc. fiſc. lib. 10. & tam ante litem conteſtatam, quā poſt, cauſæ dicuntur l. 2. § ſin autē cauſę ad hoc pendentes C. de iur. iur. prop. cal. cap. ſuper quęſtionem §. nos autē, de off. deleg.

16 Nam cauſa ideo eſt, quia in ſe habet controuerſiam, ob id quia ante, & poſt litem conteſtatam in diſcrimen deducitur, & tam de ciuili, quam criminali intelligitur, inter quas multæ ſunt differentiæ, relatæ per Marſil. in ſua prax. Crimin. § expedita num. 62. & ſeq. & intelligitur ēt de cauſis mixtis prophanis, & ſpiritualib. gloſ. in clem. 1. de re iudicata in princip. De clauſula nullitatis in commiſſione particulari dicam, quæ licet appellatio ſit deſerta, operatur nihilominus, quod iudex ad quem de illa cognoſcere valeat, Zabar. in Clem. ſi appellationem, num. 6. de appell. & latius dicam.

INiquitatis, & notoriæ iniuſtitiæ &c. vtque pari modo in commiſſione nullitatum ſanatoria dicam, quando ſententia eſt notoriè iniuſta, vel iniqua, nullæ æquiparatur, etiam ſi Statutum, quod executionem paratam haberent, extaret, quia tales minime comprehenderet, ideo pro abundantiori cautela talia verba ponuntur vt latius ibi ponam.

17 A quadam pretenſa ſententia diffinitiua, vel illius vim habente, &c. denotāt iſta verba ſententiam, à qua appellatur, cuius ſpeciei ſit, ad excludendam appellationem, à mera interlocutoria, à qua & de iure cōmuni, & ex regulis Cancellarię, ac ſacri Conc. Tridentini diſpoſitione ordinarie interdicitur appellatio, vt infra in c. de appel

18 latione ab interloq. ſubnectam; Nam licet interlocutoria quęlibet iudicis pronunciatio dicatur, & ad alias ſententias ſe habeat, ſicut genus ad ſpecies, quia quęlibet ſententia de interloquutoria participat, Dec. in l. iuſdicentis num. 3. ff. de iur. omn. iud. adeo quod, nunquam, an de interloquutoria ſententia participet: hæſitari contingat, ſed de diffinitiua: quod ex eo dignoſcitur, quando omnes diffinitiuæ qualitates in ſe habet, & tunc licet de generali interloqutoriæ vocabulo participet, tamen ammiſſo illo generis nomine, mera dicitur diffinitiua: ſin autem de ipſa in nihilo participat, interloqutoriæ nomine retento, talis remanet; At quando

19 ſententia participat de diffinitiua, non tamen in totum, tunc fit illa tertia ſpecies,

quam

quam interloquutoriam vim diffinitiuę habentem nuncupamus, & licet eundē iniungat effectum, sicut diffinitiua, vt per Feli in rub. de re iud. nu. 3. Butri. cons. 6. nu. 4. versic. quædam est mixta, Franc. Aret. consi. 20. nu. 2. versic. Non dicit quod interloquutoria. Tamen cum in ea aliqua deficiant, quæ ad diffinitiuæ merę subsistentiam requirūtur, totum diffinitiuæ nomen perdit, eaque tertia specie formata, illius vires accipit, vt latius dicam infra in trac. de sent. specieb. illarūque differ. & quom. cogn. in prelud. c. 1.
20 & seq. Caueant autē omnino Domini mei Referendarij, ne illa verba seu vim diffinitiuæ habente in Commissione nostra poni solita, deleant, Imo intacta relinquāt, nam illa delentes, ignorantes vocat, Vestr. in sua prax. lib. 7. cap. 3. num. 4. & optima iudicio meo ratione, quia, quoad appellationis admissionem sententia diffinitiua vel uim diffinitiuæ habens ęquiparantur, ac vna alteri
21 ęquipollet, vt ibi Vestr. & si deerit. in Commissione talis clausula, maxime verbum diffinitiua, venirent per D. Referendarium addenda, vt per Mandos. in Commis. Appell. in 1. instantia in verbo diffinitiua, Et
22 qđ ab huiusmodi sententijs diffinitiuæ vim habentibus, liceat appellare, dixit Rota in decis. Cresc. 6. de Appell. nam ex quo diffinit, & absoluit caput de quo tractatur sicut ipsa diffinitiua, satis de diffinitiua participare, & appellare posse, vt ab ea videtur, ideo
23 dicitur mixta, Vnde si ab interlocutoria appellationem tolli per statutum contingat, non comprehendet hanc diffinitiuæ vim habentem, Alex. in l. imperium. num. 3. ff. de iur. omn. quod, Quia, si diffinitiuæ vim habet, omnia in ea circa modum, & formam appellationis locū habere necesse erit. Matthes. not. 39. Cresc. d. decis. 6. num. 4. & seq. de app. Felin. in rub. de re iud. nu. 13. decis. 13. de app. in nou. & sic bene a mandato rela-
24 xato per Iudicem eo modo, quo à sententia diffinitiua appellatur, & absq; alia causæ expressione appellatio tenet, Bal. in marg. ad Innoc. in verbo appellatio. 4. & in l. minoribus num. 8. ff. de his quib. vt indig. subdens ibi in hoc casu potius effectum, quam nomen fore attendendum, quod notandū asserit Abb. in cap. peruenit el 2. nu. 9. & 10 vers. respectu de appella. Nicol. Graua. ad Vestr. in sua prax. lib. 7. cap. 3. post nu. 46. vers. item sententia absolutionis ab instantia l. ait prætor. §. permittitur ff. de minor. Ideo dicitur prætensa, vt quodāmodo absque ratificatione impugnari videatur sententia, vt dicam, istęc, nanque decreta vim diffinitiuæ habentia, cum causæ cognitione, ac mature sicut sñia diffinitiua proferri debent, Innoc. in c. quia cunctis nu. 8. de cōcess. pręb. ob id ab ea, sicut a diffinitiua appellatur.

25 INfra legitima tempora &c. vt appellatio infra legitima tempora a iure statuta interposita appareat, ponitur istæc. clausula, quod est decem dierum, quo fit, vt postea appellationis commissio absque alia restrictiua suo marte currat, vt infra in præludijs commissionis appellationis dicam; Spec. in rub. de app. num. 1. cap. cordi. de App. in 6. ac etiam ad differentiam appellationis à die habitæ notitiæ, & quando quis non citatur personaliter, similiter apponuntur dicta verba; vt quo modo fuerit appellatum appa-
26 reat; & quando a die habitæ notitiæ fuerit interposita appellatio, decem dierum tempus currere incipit ab ipso met notitiæ die, quamuis citatio domi, aut copia in valuis Ecclesiæ Cathedralis affixa prius exequuta fuerit, & ratio est, quia talis sic citatus non dicitur verus cōtumax, Rot. decis. 22. prop. fin. de App. in nou. & decis. 28. eod. tit. in antiq. ac decis. 16. de dolo & cont. in nou. terminus autem, qui appellantibus præfigitur triplex est, Primus ad iter arripiendum, Secundus ad se Principi, vel superiori pręsentandum, Tertius ad causam appellationis terminandam, & hic terminus a lege, non ab homine præfigitur Inno. in cap. ex insinuatione num. 1. de Appell.

27 COntra S. V. oratorem B. & ad fauorē A nominis, & cognominis appellantis, nominis, & cognominis appellati, necessario in commissione mentio facienda venit, & licet appellati nomen forte ommissum reperiatur, per incuriam, Tamen nulla non reddetur commissio, Veral. decis. 36. nu. 1. & 2. par. 1. Bellam. decis. 43. neque rescriptū vitiatur, qñ per circunstantias de personis constare poterit, Rot. dec. 16. de rescript. in nou. Felin. in cap. significante, num. 5. vbi DD. de rescrip. asserens secus esse in nomine appellatiuo, vtputa fundi vel rei de qua agitur. Quod sec. Oldrad in cons. 256 num. 1. & 2. declaratur, dummodo malitiose talis omissio facta non sit, puta quando, si omissus fuisset nominatus, & ex tali nominatione animus concedentis se retraxisset, nam ex tali taciturnitate dificile animus Principis circumueniri poterit, & non concessisset, saltem modo, & forma petitis, & sic omnia ad premissa euitanda seriatim narrare optimum, laudabileque erit Rom. cons. 326. numero 11. & 12. Rol. a val. cons. 34. num. 5. vol. 1. Fulgos. cons. 159. nu. 3.

Latam

29 Latam per R. P. D. Locumtenentem in ciuilibus S.V. Vicarij&c. & quāuis Imol. in cap. oblatę num.1. de app. hanc Iudicis à quo non necessariam fore expressionem asserat, quando de nostra Commissione tractatur, quod dicit ipse apparere ex illis verbis textus ibi quidam iudices non nominando illos: tamen contrariam sententiam, vt veriorem, & nostri iuris scribentes, & praxis amplectuntur: ideo super hac expressione fundata non est deferenda. ob id habemus tex. in cap. ad hęc de rescrip. vbi commissionem si certum non contineat iudicem non valere, summos Pontifex. statuit. Videndum itaque ex dictis verbis in consequens est, an Iudicis persona, à qua prouocatum fuit talis sit, quod ab eius sententia appellari possit, vel non, quare si ad ipsam discernendam antiqua praxis talem expressionem induxit, ab illa recedendum non erit, Crau. cons. 91. num. 7 Rol. a Val. cons. 4. nu. 24. vol. 3. Talis vero consuetudo, ac dictus actus practicus in loco illo dicitur Ius commune, Dec. cons. 685. num. 3. Bar. & DD. in l. omnes Populi ff. de iust. & iur. quæ consuetudo non deffert a statuto, nisi tamquā tacitum ab expresso, Dec. cons. 694 num. 7.

30 AD S.V. eiusque sanctam sedem Apostolicam interpositæ, & interpositarū &c. Repetitur denuo verbum ad S.V. eiusque Sanctam sedem Apostolicam, vt ad quem appelletur, appareat, & electio an Papæ seu alterius, puta legati, qui tales causas demandare valeat secernatur, idque fit, ne in incertum reddatur appellatio, & ne appellanti, si vagus nesciret, quo se voluerer ac coram quo iudice sua iura deducere, præiudicium inferatur, Paul. de Castr. in l. 1. num. 5 & in fi. vbi Bar. ff. de app. Oldr. cōs. 134. num. 1. Circa quod te non lateat, & Romanam curiam, & sedem Apostolicam idē esse Zabarel. in Clem. si duo num. 2. vt lit. pend. quamuis vrbis nomine per excellentiā solum de Roma intelligatur, idem Zabar. in Clem. ne Romani §. dudum num. 2. de iur. iur. sed quando loquimur de Sancta sede Appostolica, ibi dicitur, vbi Papa moratur Dec. in c. meminimus nu. 2. & Abb. in cap. ex ratione nu. 13. de App. Quid autem si ter-
31 mino pendente ad causam appellationis cōmittendam Papa moriatur? an coram successore introduci poterit, vt in Curia tractetur? & licet pro negatiua videatur tex. in c. si gratiose de rescrip. in 6. tamen quia iam semel causa appellationis in Curia fuit, & sic in manu Papæ, potius ad Sanctam sedem quæ semper est, vti ad certū Papam propter personam appellatum videtur, & ita Rota censuit decis. 31. de app. in antiq. vbi respondendo ad allegatum cap. si gratiosè dicit, in hoc particulari non obstare, quia habet locum in futuris, quæ per Papam viuentem non fuerunt semel affectæ, neque in eius manu, & ideo posita fuere, & ponuntur in commissione dicta verba, vel ad Sanctam sedem Apostolicam, quia semper regnat, & durat, durabitque vsque ad seculi consumationem.

CAusa & occasione nonnullarum pecu-
32 niarum summam 16. ducatorū vel 500. Scutorum excedente, aut alterius; exprimēdę sunt summe secundum occurrentiam, nam in causis minimis non rescribit Signatura, quia si in illis non licet appellare, Marant. de ord. Iud. par. 6. in verbo & quandoque appellatur num. 326. ergo multo minus rescribere in tāto tribunali, ac in causis pedaneis manus supremas apponere, Ideo nō dātur cōmissiones à 16. ducatis Camerę infra.

Sicque curent DD. Referendarij, vt sum-
33 ma expecificetur in Commissione si illam porrigentes omittant, vt an rescribendum sit necne, appareat. In alijs autem summis, secundum, quod causa requirit, aut Rotæ, aut alibi committuntur, & eo magis non solum quantitas, verum etiam aliæ circunstantiæ in commissione exprimendæ veniunt, præcipuę quando ad Romanam Curiam trahere causam quis intendit, sicuti dicam in Commissione auocationis causarū, & pariter, etiam de meritis illius mentio erit facienda, sed breuiter, cum clausula relatiua, & alias, vt latius in actis causæ & causarum huiusmodi plenius continetur vel contineri dicitur, quibus relatio haberi pla-
34 cear. Impugnatiuę tamen, quæ verba impugnatiue, saluāt ab approbatione Iuxta doctr. Bal. in l. instrumentorum num. 1. vbi Ias. num. 6. C. de prec. imp. offer. & ista ratione præfata relatiua clausula, qua practici in commissionibus vt plurimum vtuntur, adinuenta fuit, narrata tamen (vt dixi) prius substan-
35 tia, tum ad prolixitatem vitandam, tum vt rescriptum à subreptione, vel obreptionē tueatur. Limita vero supradicta non procedere, si ad damna, interesse, vel fructus agi contingat, aut quid simile, nam mentio de illis facienda erit, quia deducuntur principaliter, & separatim a Capitulo primæ, nec dicuntur venire cum eo sed de perse, vnde in dicta clausula ipsis, omnino tacitis non continentur, neque etiam in Commissione cōprehensa erunt, decis. Pedem. 192. nu. 16. circa fin. Bero. cons. 200. num. 4. 5. & 19.

cum

cum seq. vol. 1. Rimin. Iun. cons. 67. nu. 30. vol. 1. & cons. 346. num. 3. Ruin. cons. 55. nu. 18. vers. nec obstat ille textus vol. 2. Pari-
36 riter non erit omittenda causæ beneficialis mentio, redditus beneficij, an collitigantes sint pauperes, & de comprehensis in l. vnic. C. quand. Imp. int. pup. & uid. an versemur in prima instantia, ne contrarietur Concilio Tridentino, & aliæ circunstantiæ,
37 de quibus suis locis late dicemus. Quare multoties, vt causa Rotæ demandetur, simpliciter coaceruatis principali, & fructibus, asserunt summam 500. Scutorum excedere. At occurendum huiusce malitijs venit, quia si (vt dixi) de perse fructus considerantur, & ab illorum excessiua taxatione, vel alio excessu expensarum, damnorum, vel interesse datur appellatio, quæ prohibetur in negotio principali, nō possunt coniungi adeo, quod summa fiat causæ Rotalis, vnde extra Rotam tales causæ demandari solent, vel in Rota de per se, si sint annexę sed cauti sint Domini procuratores, ne enuntiatiuæ, aut
38 assertiuæ, quæ eorum principalibus obesse possint, in Commissione inserant, quia cum nulla sit probatio maior illa, quæ fit in precibus Principis l. si cum precum C. de lib. caus. Bal. in l. 2. nu. 3. C. de error. Aduoc. talis confessio contra impetrantes optime probabit, Mandos. sup. reg. Cancel. in reg. de non Iud. iux. for. sup. q. 8. num. 11. Io. And. in cap. cum impositionibus post princ. vers. faciunt prædicta de iur. iur. in 6. Bellam. decis. 684. & decis. 691. Ratio est, quia quando quis aliquid confitetur, illud etiam fateri consequenter videtur, quod ex necessitate infertur c. dudum Rothomagensi, de elect.

39 NEc non quam, & quas idem orator habet, & mouet, habereque & mouere, vult, & intendit contra aduersarium, omnesque alios præmissorum occasione, sua communiter vel diuisim interesse putantes in exequutione pręsentium nominandos, & cognominandos. Supradicta verba quotidiana sunt, & sępe discutiuntur in tribunalibus maximæ importantiæ, Itaque clausula quam & quas &c. non solet alias extendi in Cōmissione, sed licet sit sub verbo &c. relicta, tamen, vt supra, narraui, extensa intelligi debet. Operatur 1. dicta clausula, quod Iudex, si de appellatione illi non constiterit, nihilominus in causa procedere possit Achil. decis. 14. n. 1. de rescri. Stat autem dicta clausula generaliter, non restrictiuè,
40 ex sequentium verborum vi, habere, mouereque vult, & intendit, Cæsar de Grassis decisio. 10. de Iudic. nume. 2. & 3. Mohed. decis. 162. Sarn. in reg. Cancel. de infirm. re-
41 sign. q. 34. numero 4. Operatur, secundò ex eius potentia, ac verbis subsequentibus, rebusque alijs, &c. Quod iudicium iactationis, & iactationum, ex remedio l. diffamari C. de ing. & manum. intentari possit, Cęs. de Gras. decis. 1. a nu. 1. vsque ad nu. 4.
42 de Iudic. Tertio pręfata clausula constito, quod causam appellationis committens nō appellauerit, sufficiens erit ad substinendam commissionem, quia totum negotiū principale illa mediante, etiam si de appellatione non constiterit, demandatum videtur, Cęs. de Gras. decis. 2. num. 6. & 7. de rescrip. & ideo sec. Abb. in cap. significantibus, nu. 15. de for. comp. ponitur pręfata clausula in
43 Commissione appellationis, quia si exprimatur vna causa, tamen omnes aliæ videntur deductę in iudicio, adeo quod, etiam non expresse in rescripto prosequi possunt, & siue postea prosequantur siue non, obstabit indistincte si succumbat, alias periret Ius appellantis, quia ex vna causa sententia valida remaneret, vt late ibi Abb. cum add.
44 Quarto illius vigore tam petitorium, quam possessorium commissum fore censendum erit, Cęs. de Gras. decis. 1. nume. 2. & 3. de
45 Iudic. Mohed. decis. 6. de rescrip. Quinto clausula præfata quam, & quas &c. cum omnibus incidentibus &c. operatur, qđ ad expressa, non sit iurisdictio restricta, sed quod causas, quas impetrans vult, expecificare possit, Achil. decis. 22. num. 2. de appell. alias 248. decis. in Reg. de infirman. q. 34. nu. 4.
46 At si causam appellationis, in qua appellatum sit, vigore dictæ clausulæ reus agere velit, appellatione deserta, actor dicetur, quamuis prius ante desertionē fuerit reus, Achil.
47 decis. 7. de Appel. Sexto operatur, quod si dari contingat commissio super Parochiali Ecclesia, nec non super iuribus, redditibus, & prouentibus dictæ Ecclesiæ ex tali commissione dicta clausula, non solum beneficialis sed etiam prophana causa intenta-
48 ri poterit, Limita nihilominus clausulam præfatam, quod illa quis iuuari non possit, quando pars aduersa non fuerit citata ad dicendum contra commissionem, & ad libellandum, vti etiam quando non sunt seruati termini substantiales, soliti in dicto Iudicio, de quo bona est decis. Verall. 125. num. 2. par. 3. Limita 2. dictam clausulam quam, & quas, non extendere commissionem nisi ad personas, & res expressas, ac expecificatas. Imol. in cap. fin. col. 2. vers. idem adde de rescrip. Felin. in cap. relatum num. 8. de off. deleg. Staphyl. de lit. iust. cap. 8. per tot. Rot.

decis.

decis.8. de rescrip. in nou. ratio est, quia talis clausula vti accessoria non potest principaliter alterare, neque ampliare. Felin.in c. licet in corrigendis numero 7. in fin. de off. ordin. Decius consilio 195. vers. secundo diligenter, & consilio 213. numero octauo in fin. Sarnen.super reg.Cancel.de infirm. numero tertio:& de hac clausula multa ponit Mandos. in commis.super benef.& in commis. admis. pro interesse, in verbo præfato quam, & quas, ac late multa Abb. in dicto capitulo significantibus. numero decimoquinto,& seq.vt lit. non cont.Tandem clausula quam,& quas operatur, quod possit inhiberi, quando adest alia clausula cum toto negotio principali, etiam quod non constet de appellatione interposita à sententia, vel sententia nondum lata, Sarnen. in reg. de infirm. q. 34. num. 4. Peregr. decis. 94. lib. primo in manuscriptis & ita tenuit Rota in illa Romana Saluiani Interdicti de columna coram R. D. Horatio Lancelloto de mense Decembris 1598.

51 Rebusque alijs in actis causæ & causarũ huiusmodi latius deducendis &c. Clausula ista subsequenter in Cõmissione posita ad omnia, quę in actis sunt deducta refertur, vt per Paris. cons. 39. numero 20.vers. Nam ille versiculus, vol. primo quod etiam apparet ex verbo alijs, sed Butr.in cap.cum in cunctis numero primo & seq. de rescrip. in sexto,dicit, quod verbũ istud alijs, aliquando ponitur in rescriptis, aliquando in dispo-
52 sitionibus. Quando autem reperitur in rescriptis,tunc si referatur ad personas, prout disponitur in dicto cap.cum in cunctis, non possunt vltra tres conueniri, vel quatuor, de quo infra suo loco dicam: at si relata erit præfata clausula ad res, videlicet si de summa centũ causa cõmissa sit vna cum pręfata clausula Rebusq; alijs, tunc ista clausula nõ restringitur, nec ad numerum rerum, nec ad ipsarum qualitatem, & sic super maioribus summis agere impetrans commissio-
53 nem poterit,vt ibi Butr. Quamuis numero secundo subdat, reum petere posse, quod habẽs talem clausulam, super quibus rebus agere intendat, declaret, & ideo restringitur,ne in infinitum vagetur, cum Iudicis munus sit lites extinguere, licet quandoque non restringãtur, puta quando constituitur procurator contra N. omnesq; alios, vt ibi Butr. numero tertio, vbi etiam ponit quæstionem, an possint vigore illius verbi alijs fœminæ conueniri, & vide circa vim istius verbi alijs, si occurrat, late eundem Butr. ibi.

54 CVm omnibus suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, &c. Præfata verba ea de causa in rescripto ponuntur, quia Iudex causæ præparantis, debet esse Iudex causæ præparatæ. Felin. in cap. parochianos nume. 6. de sent. excom. Operaturque præfata clausula non solum petitorij,verum etiam possessorij cognitionem, Bellam.decis.614. Mandos.sup. reg. cancel.de subrog. q.14. numero 7. At
55 Incidentes, & emergentes causæ illę censentur, quæ eiusdem qualitatis sunt, cum causa agitanda, Bellam.decis.328. Cassad. decis. vltima numero decimotertio. de caus. poss. & prop. ac omnia demandata censentur, sine quibus nequit expediri commissio, Felin. in capitulo præterea, numero quarto de Offic. Deleg. dummodo persona sit capax, vt ibi Dec. nume.8. Emergens pariter illa erit, quæ processum,& litis ordinem respicit, ac in naturam dilatoriæ exceptionis cadit, quando agitur, an dilatio sit danda, an testes admittendi,vel iura, aut si oppono scripturas non esse in forma probanti, aliquem non procuratorem,libellum ineptũ, & similia,Bald. Castr. Salic. & DD. in l. 1. C. de ord. Iud. Socij cons.136. nu.2.vol.2. Lap. alleg. 82. Et an super incidenti iudex debeat pronunciare,ponit Bald.in l.adite præsidem
56 numero tertio & 7. C.de ord. Iud. Præterea Dependens illa dicetur, quæ trahendo a negotio principali originem; causam principalem tangit, & quando Iudicium principale pendet, in necessarium consequens, vt de illa cognoscatur, opus est,late Ruin. cõs. 194. num. 10. vol. 5. & numero nono. Incidens dicitur,quando tangit negotium principale, & emergens quando tangit exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam respiciendo processum, & vt dicatur causa dependens, quod de illa tractetur pendente negotio principali, incidenter tamen ad illud, necesse est: at si separatim,& de per se agatur, tunc vllo pacto incidens dici poterit.vt ibi Ruin num. 10. Angel.de malef. in verbo emergentibus,& dependẽtibus. Boss. in prac. crim.tit. de for. com. num.117. Cau-
57 sa annexa tribus modis dicitur, relatis per Imol. in consil. 139. nume. 2. & 6. Aut ratione contractus, vel quasi contractus, in eundę actionis & obligationis introducẽdę, vel cõdẽnationis sequẽdæ:& istęc cõnexitas donec appareat,manet sub primæ causę cognitione,c. accessoriũ de reg.Iur.in 6. & idẽ de illis erit iudicandũ Abb.in c. quærelã nu. 9.de elect.& ĩ c.ad pręsentiã,nu.3.de Appel. quia omnis intẽtio,& articulus, qui causam

E propo-

propositam respicit, vel coadiuuat, ad antiqua, seu præcedentia capitula pertinere dicetur. Vnde intrat regula, quod quando aliquid conceditur, vel prohibetur, extenditur ad omne, per quod ad id peruenitur Bar. in l. 2. ff. de iurisd. omn. Iud. l. cum principale ff. de regulis Iuris, dummodo idē de omnibus sit iudicium, capitulo cum singula, octaua dist. capitulo quo Iure 31. dist. Secundo modo ratione actionis, & obligationis, vnde si contrahitur obligatio, connexitas consideratur §. item ex vno nascitur, instit. de verb. oblig. Tertio modo si ratione condemnationis, vel exequtionis obligatio
58 nis de vno ad aliud inferatur. Sed quando huiusmodi cōnexitatis causæ principali proximæ non sunt, non veniunt considerandę, quamuis aliquam habeant conuenientiam,
59 vt ibi Imol. numero sexto. Et quartus addi potest modus, vt dicam de hærede, & hæreditate ratione personæ seu rei, vnde Dec. in cap. si duobus numero 19. de Appel. & cons. 33. numero secundo Boer. decisio 73. numero quarto & seq. Paris. cons. 66. num. 13. cum plur. seq. vol. primo illa esse conne
60 xa asserunt, quæ ex diuersitate factorum separationem non recipiunt: & de his verbis alia posuit Mandos. sup. reg. Cancel. reuocat. quęstio. duodecima numero tertio, & quinto: ac late de his annexis, & connexis meminit Abb. etiam super tribus Apostillis, in verbo connexa in cap. præterea num. 6. de lit. contest. Fel. in capit. sedes col. 4. vers. pro hoc vltimo de rescrip. Boss. in prac. cri. in titulo de remis. Merce. publ. numero 40. Lancel. de attent. lit. pend. cap. duodecimo numero decimo, parte secunda. Hinc est, ꝙ si appellatio interponatur ab articulo connexitatem cum capitulo habente, in ea donec articulus terminetur, supersedendum erit, quamuis per Iudicem à quo non fuerit appellationi delatum, nec fuerit inhibitum, secus si non habeat cōnexitatem, quia bene procedere poterit sec. Dec in ca. super
61 eo numero primo de Appel. Causa vero diuersa tripliciter considerari potest, aut diuersa, aut eadem, aut diuersa quidem, sed aliqualiter connexa, quæ tertiam speciem inducit, Lancel. de attent. lit. pend. limit. 2.
62 num. 7. Tandem post Natt. cons. 135. & Menoch. de Arbit. Iud. lib. 2. cent. prima casu 95. numero sexto & seq. Hier. Gabr. cons. 38. num. 6. vol. primo, post Imol. cons. 39. supra dicta omnia Iudicis arbitrio reposita fore asserunt, & quando dependens, vel incidēs, aut emergēs causa vocetur, ponit. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. primo, q. 45. numero 6. & sequ. Lancel. de attent. lit. pendente capitulo quarto limit. secunda numero 89.
63 Quamuis dependens pariter illa dicatur, quando res iudicata ex vno capite, in alio exceptionem parit, Ias. cons. 9. numero 5. & sexto vol. primo Dec. cons. 33. num. 4. post med. vers. nam cū istorum Capic. decis. 122. in fin. Crau. cons. 81. numero 51. & cons. 80. numero primo. Put. decis. 98. par. 1. Gabr. lib. com. opi. tit. de iudic. concl. 1. num. 35.
64 Vlterius clausula cum annexis, & connexis, incidentibus, & emergentibus in commissione appellationis à grauamine inserta, negotium principale pariter includit Bellam. decis. 619. dato etiam, quod de illo mentio non fiat, Cassad. decis. 9. nu. 13. de caus. poss. & proprie. & quod principale negotium nō contineat, negari nequit, eo magis de disputando de viribus inhibitionis, aut eius validitate, & comprehensione, ac de gestis in Romana Curia, fraudibus, & malitijs via aperiatur, Achil. decis. 7. de Attent. Rot. diuers. decis. 187. nume. 6. & 7. parte 2. postea in commissione sequitur clausula.

65 CVm toto negotio principali, quæ pro rescripti intelligentia clariori subnectitur ad tollendam disputationem, an Iudici, cui commissa est causæ cognitio, videatur sententia demandata, quod disputat Fel. in c. super quęstionum num. 3. de off. deleg. quia cum causa appellationis nō eadem sit cum causa principali, Idem Felin. in capit. fraternitatis nu. 1. de testib. facit dicta clausula, quod omnia sint commissa, vt idem iudex ad quem, nondum iudicis a quo grauamen, sed etiam totum principale negotium cognoscat, vt late Vestr. in sua Prax. lib. 3. cap. 6. vers. quarta conclusio & vers. nunquam tamen. Sed ista clausula cum toto negotio principali intelligitur reuocatis attentatis, Rot. decis. 33. de rescrip. in no. cum regula sit, quod durante causa attentatorum, nō possit in negotio principali procedi, Afflic. decis. 98. num. 3. 4. & 5. Guid. Pap. decis. 213. num 6. vnde illis non remotis, non fit progressus in negotio principali, Rot. diuers. decis. 8. par. 3. quamuis Bellam. decis.
66 17. in fi. & decis. 117 præsentem clausulam eādem esse cum causa appellationis teneat: sed quando diuersa erit causa appellationis in negotio principali, vel quando nulla ratio habetur de illa, à præfato appellationis negotio principali erit diuersa Rot. Diuers. decis. decimaseptima, num. primo, parte tertia: semperque ista clausula in commissionibus causarum in Romana Curia ab antiquo apponi solita fuit, vt testatur

tur Corne. consil. 201. numero 16. vol. 3. Et est tantæ efficaciæ (vt dixi) quod si appellationis causa simpliciter super aliquo articulo, vel decreto, a quo fuit prouocatum, demandetur, iudex ad quem nullam habet iurisdictionem, postquam super illo articulo bene, vel male appellatum fuisse pronunciauerit, quia ordinarie ad iudicem a quo causa reuertitur, expirato articulo, & iurisdictione illius articuli, a quo fuit prouocatum, quod vlteriorem cognitionem cessare facit Bellam. Decis 48. & Decis. 230. Vestr. in sua prax. libro tertio, capitulo nono, numero vndecimo. At quando adest dicta clausula in commissione, non deuoluitur amplius cognitio principalis ad iudicem, a quo, si pronunciari contingat. Bisign. decis. vndecima de App. Franc. in cap. cum dilectus, de App. Felin. in cap. causam quæ, numero sexto vers. adde quod de stilo, de rescrip. Sed si dicta verba cum toto negotio principali deerunt, tunc noua opus erit cōmissione, quando coram nouo iudice remanere causam cupiant, vt ibi Bisign. Ruin. cons. 114. num. tertio, vol. 4 vt dicam. Et quando clausula cum toto negotio principali apponitur, si alia facta non sit de illo mentio, nihilominus dicetur facta expressio aliter, quā inest, & sic si appellatio (vt dixi) deseritur, aut alias non iustificatur: nihilominus coram eodem Iudice remanebit cognitio, vt ibi Ruin. dicto cons. 114 numero 3. vol. 4. Et hoc multo magis, si aderit clau-
68 sula tam coniunctim, quam diuisim, quia tunc illud verbū diuisim intelligitur, quod in euentum, in quem causa appellationis iustificata non sit, nihilominus super negotio principali procedi possit. Eiusdem effica-
69 ciæ esse alia verba cum annexis, connexis, incidentibus, emergentibus, & dependentibus supra relata asserit Vestr. loco supracitato numero vndecimo, Bellam. decis. 619. vbi hunc esse Romanę Curiæ stilum testatur. Quando pariter dicta clausula in Commissione ab interloqutoria ponitur, si post commissionis præsentationem feratur sententia diffinitiua, inutilis erit, licet ab ea fuerit appellatum: neque ex dicta vigore huius clausulæ cum toto negotio principali, in appellatione ab interloqutoria sustinetur, quia cum prima sit diuersa, & potuerit absque negotij principalis cognitione expediri ac commissio ad futura non trahatur, non erit attendenda Lancel. de attent. Appel. pend. in pref. parte prima capitulo duodeci-
70 mo numero 65. & seq. Restringe tu istas clausulas generales, quod solum ea comprehendant, quæ eiusdem naturæ sunt, videlicet, causas Iudiciales, quia aduersa pars impetrans, aliud non videtur cogitasse, vti neque concedens Bellam. decis. 328.
71 Fallit autem regula præfata supradicta, quando in Rota ita simpliciter causa commissa reperiatur in vno articulo (vt dixi) quia cū semel sit effecta Rotalis, ob tanti tribunalis reuerentiā. licet ille articulus expediatur, amplius de Rota non exibit, etiam si in Cōmissione deerit clausula, vna cum toto negotio principali, Put. decis. 344 numero secundo & sequenti parte tertia & melius Bellam. deci. 619. Contradictum aduersarium, omnesque alios, sua quomodolibet coniunctim, vel diuisim interesse putantes, &c. scias quod. Aduersarius meus ille dicitur, qui mecum in lite contendit, aut contrariatur intentioni alterius, sub quo nomine non tantum subrogatus in lite comprehenditur, verum etiam procurator, & aduocatus, & ille quoque, qui à sententia appellat, vt late Ripa in cap. de quo vult Deo numero vndecimo & duodecimo de Iudic.
72 Non tribuit contra specialiter priuilegiatū ista clausula iurisdictionem, quando specialis mentio de illis facienda veniebat, cap. sedes vbi DD. de rescrip. Rom. cons. 400. numero tertio, & bene Franc. capit. secundo, numero tertio, eodem titulo in sexto. Fel. in capitulo cum se numero decimoquinto eodem titulo. Præterea operatur dicta clausula
73 omnesque alios, seu quosdam alios, quod si tertius veniat ad causam vigore commissionis admissionis pro interesse cum dicta clausula, dicatur reus, non actor Put. decis. tercentesima quadragesima sexta numero primo, parte prima late. & quamuis reus voluntarius, tamen operatur, quod actor debeat contra omnes instructus venire, eo quia illos vocando ad iudicium excitat, Achil. decisio. secunda numero tertio de dilat. De sui vero natura citatio generaliter cū
74 dicta clusula omnesq; alios facta, non aliter nominibus expressis personarum, non est arctatoria, sed monitoria, vnde omnes, qui sua interesse putauerint, venire ad causam, si placuerit, poterunt, & sic illis comparentibus ad vlteriora procedi valebit, sin secus non, Host & Innocentius in capit. dilecti. de exceptione. Rot. decisio octaua. de dol. & cont. in nou. vt in simili dicemus de appellatione in causa beneficiali iuxta capitu. primū de elect. in sexto interposita, quæ etiam omnes, quorum interest citat, sed
75 non arctat ad veniendū, nisi velint. Appellatione vero illorū, quorū interest, in materiā

cap. si ij contra quos, vt lite pend. in 6. & capit. quamuis de Iudi. solum illi continẽtur, quorũ ratione iurisdictionis eiusdẽ ad causam vigore dictę clausu. veniũt, sed quoad materiam cap. statutum de elect. in 6. veniunt omnes, quorum interest, quoque ratione qualisuis interesse, & ex quacunque causa, etiam vno ex ijs, de cuius interes-
77 se agebatur vita functo. At clausula pręfata nullius erit momenti, contra illum, cuius interesse cepit post causæ introductionem, vnde nec citatione virtute dictæ clausulæ afficitur, nec præiudicium ex lata sententia reportat, vt late per Bellam. decis. 312. Ideo
78 RR.PP. DD. Rotæ Auditores, primam citationem per nuncium generaliter faciendam decernunt, qua exequuta, cum debita relatione, non citant amplius per nuncium, sed edictis propositis in audientia contradictarum; ac postea præambulis talibus citationibus, diffinitiuè pronunciant. At dictus stilus seruatur in eo, qui longe abest & non in illo, qui commodę citari potest, Paul. de
79 Castr. in l. ad peremptoriam num. 5. & 6. C. de Iudic. subdens ibi, quod cum quidam de legatus Papæ in partibus datus, istum stilum seruasset, consuluisse nullitatis vitio sententiam subiacere, tamquam contra non citatum latam, non quia de stilo curiæ citatus prima vice personaliter, non possit postea per edictum citari, sicut quidam indocte (vt ibi asserit) consuluerunt, sed quia stilus prę missus seruatur in eo, qui longe abest, & commode citari nequit, quod etiam dixit Felin. ac menti tenendum, quia sunt pauci ista intelligentes, in cap. quoniam frequenter num. 20. vers. nota etiam vt lit. non contest. Alleg. Io. And. ad Specul. in addit. in §.
80 viso vers. itẽ licet, ibi super illo verbo. Quare citandi per iudicem in citatione nominari, & non per nuncium debent, & licet communiter Notarij, & Nuncij citent, nihilominus nisi quos iudex mandat, citare non valent, quia rescriptum non ad eos, sed ad iudicem, cum facultate citandi, & inhibendi dirigitur, sicque quando ministri ad iudicium vocant, nomine iudicis faciunt,
81 cap. qui per alium de reg. Iur. in 6. Mandos. sup. reg. Cancell. de Annali q. 36. num. 5. & 6. Talis autem stilus, quod exequuta prima citatione personali, possit per edictum postea (vt dixi) citari, seruatur etiam in tribunali Aud. Cam. & in ceteris causis commissarijs in Romana Curia, vt supra dixi de Rota, quæ citatio per edictum per constitutionem Bonifatij Octaui in lucem prodiit, talisque stylus alijs iudicibus permissus non est extra Romanã Cur. Personaliter autem vel domi sunt citandi, faciliterque conceditur prima citatio contra impedientes, impedireue curantes, vel facientes citationis exequtionem, vel quando locus in quo exequenda foret, rebellis esset, siue non tutus ad illum patet accessus, dato etiam per vnum testem de hoc aliquali fumo, seu per publicam vocem, & famam, ac competens terminus assignandus erit, sic citat. Anchar. in Clem. dudum nu. 3. & seq. de Iud. Clausula omnesque alios an comprehendat capitulum, dixi in commis. appel. extra Curiam, In causis Episcopi, Vicarij vel Capituli sede vacante, & latius quid in rescripto prædicta clausula omnesque alios importet, & operetur, felicitur ex textu, in capitulo pastoralis §. quoniam autem. vbi Imol. numero primo, de rescrip. Et an maiores personas comprehendat, idem Imol. in capitulo sedes Apostolica, numero duodecimo, vbi Felinus numero primo de rescriptis, asserentes quod non, quia aliter proceditur contra maiores, aliter contra minores. Et an in prædicta clausula expressa cũ nomine Clerici laicus comprendatur, tenet negatiue idem Imol. ibi numero decimoquinto vbi Abb. late sed vniuersitatem non capit. Felinus in capitulo eam te numero decimoquinto eod. tit.

IN exequutione præsentium nominandos, & cognominandos etiam si vltra quatuor, quorum nomina, & cognomina pro expressis S. V. haberi placeat. Vltra ex-
82 presse nominatos in commissione vigore dictæ clausulæ, tres, vel quatuor alios citari, & nominari posse cauetur in capitulo cum in multis, de rescrip. in sexto quamuis glos. ibi in verbo vel quatuor, dicat, quod olim quadraginta trahebantur, sed vt fraudibus occurratur, debet rescripti impetrator illorum quatuor nomina expecificare expresse, sic Vestr. in sua prax. libro quarto capitulo secundo numero secundo. Rot. decis. decimo ottauo, numero secundo de dol. & cont. in nou. Abb. in capitulo Pastoralis §. quoniam autem numero quarto, vbi etiã Felinus, asserens ante citandorum per partem declarationem Iudicem eorum nominationem in aere, & incertam habere. Hinc Rota decisio secunda de rescrip. in antiq. Bisign. dubitauit, an vigore dictæ clausulæ vltra quatuor conuenire valeãt, prędicta tamen resoluit non habere præmissa locum in Rom. Cur. quia commissiones, & sic iurisdictio, quæ illis mediantibus exercetur in Rota, non est arctatoria ratione ordinaria

& su-

& superioris Iurisdictionis, quam Papa pręsens super causis deuolutis, aut alias in Curia tractandis habet, quæ non veniunt restringendæ ad aliarum causarum instar, quæ extra curiam coram Iudicibus delegatis aguntur, quia ad iurisdictionis ordinarię diminutionem tendunt, subdens ibi, Rota quod verba illa, quatuor citandi, quoad actorem in principio citationis intelligi possunt, quia ratio infinitatis, & vexationis euitanda venit, sed non, quo ad alios non citandos ad eius instantiam, qui dando de eorũ proprio interesse ad causam venire vellẽt, nam vt in prędicta Decis. ibi ad multos extenderetur. At Butr. in d.cap. cũ in multis nu. 15. & 16. distinguit, ex eo, quia rescriptum, quando concedentis præiudicium tangit, late interpretatur, & stricte quando illud tertij, ob id, bene ex prorogatione iuris ad alios interesse habentes se commissio extendit, secus vero ex prorogatione hominis, quæ non expressas non capit, etiam de claro consensu: & sic aut præiudicat alteri quam ipsi danti rescriptum, & tunc vltra quatuor non possunt nominari, aut capit solum cõcedentem rescriptum, & vltra quatuor com
83 prehendit, vt ibi Butr. nu. 14. Sin vero vnica esset commissio vniuersaliter facta, in expressis, per citationem fit perpetuatio, decis. 9. de dol. & cont. & decis. 4. vt lit. pend. in antiq. licet per citationem solam iurisdictio tam ordinaria, quam delegata perpetuetur, quamuis nõdum exequutam, Cappel. Tholos. decis. 340. vt late per Abb. in cap. fin. de off. deleg. id procedere, tam de Iure Pon-
84 tificio, quam Cęsareo asserens. Immo etiã in illis, quæ sunt eis connexa, vt citatio facta vni ex reis, super vna re, ex clausula generali perpetuat iurisdictionem quo ad res, & personas, cum tota vnica sit Iurisdictio, quo ad illos vniuersaliter commissa, vt ibi Fel. nu. 2. vers. sed dic, quod indictio, & reis fallit. Quarto ex mente Butr. & Domin. in cap. licet de off. deleg. l. scire debemus ff. de verbo. oblig. sed Vestr. vbi supra in sua
85 prax. lib. 4. cap. 2. num. 2. dicit, quod, quando plures quatuor citandi veniunt, addere in commissione clausulam, etiam si vltra quatuor essent, bonum, ea nempe ratione, quia propter locorum distantiam citandorum omnium nomina de facili ignorantur quare in curia existens, & causam committi obtinens, si nota citandorum nomina non habet, in ipsa illa inserere nequit. Merito ad supradictas disputationes tollendas in praxi
86 alter adinuentus est modus, quo vtimur, quando in commissione ponimus verba, in citatione præsentium vigore decernenda nominandos, & cognominandos, vt Cassad. decis. 2. nu. 1. vers. Rota vero cõtentatur de dol. & cont. reprobans ibi decis. 18. de dol. & cont. in nou. asserens, Rotam hodie contentari, quod in citationis exequutione citandi nominentur, quamuis olim voluerit in ipsa citatione expresse nominari: ob id hac de causa stilus adinuenit illa verba, quæ passim in commissionibus inseruntur, in exequtione præsentium nominandos, & cognominandos, Quia in partibus habent nota nomina citandorum; ipsisque sic citatis, instrumentum de eorum exequuta citatione transmittitur postea ad curiam, & ita seruari de stilo asserit etiã Mandos. in commis. quæ à Referend. in verbo, omnesque alios &c. Præcipuè si aderunt alia verba su-
87 praposita, quorum nomina, & cognomina S. V. pro expressis haberi placeat, nam tunc licet exequutor non possit sine mãdato speciali citandos declarare, Frãc. in d. cap. cum in multis 2. notab. de rescrip. in 6. Nihilominus quando aderit in Commissione pręfata clausula, tenet citatio perinde, ac si expresse nominati forent omnes intrusi, vnde bene sine mandato illos exequutor citationis poterit citare, quia est certa demostratio vt per Domin. in d. cap. cum in multis col. pen. Et quia illa clausula, quod nomina habeantur pro expressis cum sint exequutori nominata, refertur ad intrusos, & nominatos, ob id ad citandum intrusum, non requiritur aliud mandatum. Immo sic citatus,
88 definit esse trienalis possessor, vt per Achil. decisio septima de rescrip. Sed quid, positæ sunt supra relatę clausulæ in commissione,
89 Citatur in partibus, putà Hieronymus, ac diu cum ipso lis agitur, postea comparet putà Octauius, vel ipsius procurator, ac isto Octauij Procuratore citato, contra ipsum pronunciatur, dabatur de nullitate sententiæ, ex defectu Iurisdictionis, eo quia contra Hieronymum solum causa commissa reperiebatur, & facultas citandi omnes alios erat Iudici in primo citatorio, vel prima citatione restricta, & sic cum prima contra Hieronymum exequuta citatio fuerit, non potuit postea ex interuallo contra Octauium exequi: sed præmissis non attentas, contrarium censuit Rota, ea ratione, quia citatio contra Hieronymum extitit in partibus exequuta, & contra Octauium in curia, quare propter verba copulatiuą in curia, & extra, pro validitate sententiæ re-
90 solutum fuit, ex decisione Put. centesima nonagesima sexta, parte prima. Fallunt

vero præmissa in Causa inquisitionis, quia cum ex Officio Iudex procedat, & de crimine inquirat, pluresq; quatuor citare potest, Butr. in d.c cum in multis, nu. 7. de rescrip.

91 ALicui ex Rotæ Auditoribus siue Locumtenentibus; vel si causa non erit Rotalis, alicui Prelato in Romana Curia cõmoranti, vel Iudici ordinario, dum Rotę Auditori causa demandari petitur in commissione, ex inueteratissimo Ro. Cur. stilo, quando inter DD. Auditores aliquis episcopus, vel Episcopi adsunt, ꝙ addatur verbum siue Locumtenenti; Nam olim, & nostris
92 temporibus etiam multi fuere Auditores ex illis, & quando sunt Episcopi, non Auditores, sed Locumtenẽtes nuncupantur, quamuis in omnibus, & per omnia eandem habeant auctoritatem, perinde ac si Auditores forẽt, ac vocarentur, nec illa differat ab alijs, nisi quod Rotæ Decani esse non possunt, vt dixit Mandos. in commis. caus. sup. benef. in verbo seu illorum Locumtenẽtibus, Sed vt illis etiam per turnum commissiones distribui valeant, & inter eos connumerentur si dicta verba in Commissione deerunt, addi debent, Quod intellige quando prefati episcopi erunt in Rota, at ipsis nõ existentibus, bene manet commissio absq; verbo Locũtenenti. Quia si fratres appellat Papa Episcopos, quos ante filios dicebat, ita etiam mutato Statu in Rota debent Locuntenentes Papæ, non Capellani directè in illo gradu, & Tribunali nuncupari. vbi de aliorum Dominorum Coauditorum voto, & Consilio pronunciant Zabarel. in Clemen. 1. num. 10. de
93 rescript. At in tam supremiss. totius orbis consessu, vt non demandentur causæ parui momenti opus est, sed quod aut summa excedant 500. Scuta, aut sint annui valoris, & perpetui præiudicij, non leuis.

94 SVmmarie, pro vt in beneficialibus; Ideo additur verbum prout in beneficialibus, quia alias non datur verbum summariè de per se in Signatura Iustitię, sed bene in Signatura Papæ, & ideo vel deletur illud verbum summarie, vel additur aliud prout in beneficialibus, vt late infra in capit. de oris apertione posui. Effectus autem huius clausulæ
95 summariè, prout in beneficialibus est, vt ordinem positiuum in Iudicijs, non autem substantialia tollat: ac etiam operatur, quod breuiores dentur dilationes, dummodo legitimæ probationes non tollantur, quamuis præfata clausula breuiores dilationes dari permittat, prout causa, & status ipsius expostulabunt, Bar. in extrau. ad reprim. in verbo summarie Alex. cons. 7. num. 2. vol. 3. & cõs. 96. num. 13. vol. 4. & latæ in decis. Pedem. 1.
96 num. 1. & seq. Illa vero verba prout in beneficialibus, restringunt amplitudinem illius verbi summarie ad processum in causis beneficialibus, quod conceditur maxime in causis viduarum, & pupillorum aliorumue, quibus à Iure communi priuilegia indulgẽtur, & illa verba summarie, prout in beneficialibus operantur, vt ijdem termini seruentur in prophanis, qui in beneficialibus seruari sunt soliti, de quibus per Vestr. in sua prax. lib. 5. cap. 4. nu. 4. & seq. In Prophanis,
97 autem primo datur actori terminus ad ponendum, & articulandum, deinde reo, secus vero in beneficialibus, quia terminus datus est vtrique parti communis, ea ratione, quia in similibus causis beneficialibus magis summarie, quam in prophanis proceditur, vnde datur etiã in prophanis dicta clausula, ac hoc, vt simili modo pariter procedi possit, Clem. dispendiosam de Iudic. Decis. 1. de dilatio. in antiq. Itaque, cetera alia verba simpliciter, & de plano delentur, & ponuntur, prout in beneficialibus, quæ operantur solum, quo ad breuitatẽ, terminorum, non autem ad tollendum acta, seu probationes necessarias, siue directas circa rem petitam, vt per Bar. in d. extrau. ad reprim. in verbo summarie Borgn. Caualc. decis. 20. num. 22. & 23. Idem quoque talis clausulà importat in sacro Rotæ auditorio, Sed de Dominorum coauditorum voto debeant concedi, ex illa prouenientes, quod etiam vigore extrauag. Innoc. 6. de facul. Audit. Rot. in duabus causis fit, nempe ad fuorem comprehensorum. in l. vnica, C. quand. imp. inter pupil. & vid. & in causis a 500. Scutis infra, vt per Vestr. in sua prax. lib. 5. c. 4. nu. 3. Ac ad fauorem alterius cuiusuis personæ, dummodo causa summam 500. scut. non excedat, ac in vtroque casu Iudicis interlocutoriam necessariam esse, ibi Vestr. firmat.

98 AVdiendas, decidendas ac fine debito terminandas, committere, & mandare. Vt clarius rescriptum reddatur, & ne dubitari contingat, an illi, cui audienda causa demandata reperitur, sit etiam eius decisio, & terminatio commissa, apponuntur supradicta verba, & licet ad idem tendere quodãmodo videantur, tamen vt dubitationis, & disputationis ansam tollant, apponuntur, vt late Mandos. in formul. 1. Commiss. in verbo audiendas, decidendas, & terminandas, cuius dicta non refero, quamuis ab alijs antiquioribus idem relatum fuerit. Scias autẽ, quod præfata verba audiendas &c. non dant formam, sed potius instructionem, ob id si

debito fine omisso pronuncietur, sententia non erit nulla, sed cassanda, vnde merito adduntur præfata verba, ac insuper verbum terminanda, vt clarius cognitio, & decisio demandata appareant, late Abb. in cap. cum ad sedem, numero secundo, & tertio, de rest. spol.

99 CVm potestate citandi, & inhibendi, in Curia, & extra eã, vbi, quando, quibus,
100 & quoties opus fuerit, etiam sub censuris, & penis Ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicãdis, & moderandis, &c. Circa hoc primo scias, qđ citare, & requirere inter se differunt, nam citatur per edictum, & requiritur per nuncium Salic. in l. sancimus, nu. 5. vers. oppono, quod textus C. de iudic. & ob id praxis apponit in citationibus ordinarijs præuia commissione rite moneas, & requiras, vel citamus, monemus, & requirimus. In hac clausula videtur repetita alia su
101 pra relata. Omnesque alios sua communiter, vel diuisim quomodolibet interesse putantes, in exequutione præsentium nominandos, & cognominandos, &c. verba
102 in Curia, & extra Curiam sunt necessaria, nam si deficiant in commissione, & causa in Curia commissa reperiatur, non poterit Iudex datus extra Curiam citare, neque inhibere Iudici à quo, vt per Mandos. in tract. de inhibit. q. 3. num. 3. Lancel. de attent. post inhib. q. 4. num. 93. Quamuis in Sacro Rotæ Auditorio contrarium indubitanter seruari asserat Cassad. decis. 4. nu. 3. de rescrip. Apponuntur etiam ex alia ratione supradicta verba, quia cũ nemo extra Curiam, nisi de Papæ commissione citare possit, vt ibidem Cassad. & Vestr. in sua prax. lib. 4. cap. 2. num. 1. Ideo, vt ad id se talis facultas extendat, illa verba sunt necessaria. Præterea, dicta clausula cum facultate citandi, & inhibẽdi, &c. operatur quod contra non nominatos, quoq; citatio exequi possit, propter copulam, &, ac verbum extra Curiam, Put. decis. 196. nu. 3. & 4. p. 1. verbaq; subsequentia, vbi, qñ, quoties, & quibus opus fuerit, qđ non nominati (vt dixi) possint in citatione nominari, operãtur, vt in simili dixi in clausula omnesque alios, Lancel. de attent. post inhib. quæst. 4. num. 93. Et quamuis regulariter sine partis citatione alius iudex inhibe-
103 re nequeat, tamen præfata clausula facit, quod statim etiam, absque partis citatione inhibere valeat, Bero. quæst. 124. At id sustulit Sac. Conc. Trident. vt Lancel. loc. cit. q. 4. num. 92. & 164. Sed non potest iudex inhibere, nisi in illa causa, quæ coram eo pẽdet per appellationem, vel in illo particulari articulo non autem in tota causa, in qua iurisdictione caret, Lancel. de Attent. post
104 inhib. quæst. 5. nu. 178. Videamus, an clausula præfata capitulum comprehendat, aut collegia, siue vniuersitates: & relicta hinc inde disputationis prolixitate, longe per scribentes facta, ex magis Doctorũ recepta sententia, negatiuè respondendum fore dico, ex cumulatis per Fel. in cap. eam te num. 15. de rescript. Socin. in Tract. de citat. artic. 7. quæst. 3. & q. 31. principali, post nu. 63. & alias, idem Rota coram D. Acorambono, tenuit, in vna Hipporegrẽsi de annno 1560.
105 Vt etiam, neq; Illustrissimi Cardinales, & Episcopi in illa comprehenduntur, neq; Principes, aut alij ipsius agentis superiores, ob id, vt præfati comprehendantur, ac citari valeant, alter ordo seruatur, absque eo, quod expresse, vel particulariter nominentur, puta quacumque dignitate, præminentia præditos, cuiusuis status, gradus, & cõditionis existant, & præfulgeant, etiam si Cardinalatus, Episcopalis, Archiepiscopalis, Patriarchalis, Imperi[illegible] Ducalis, aut cuiusuis alterius dignitatis [illegible]cclesiasticæ, vel mundanę, etiam si collegia, capitula, vniuersitates, ac locorum, vel Ciuitatum communitates sint, Sin secus alia clausula, quæ magis secundum facti cõtingentiam commissioni conuenire iudicabitur, ex mente Archid. in cap. quamuis de offic. ordin. in 6. Sarn. in Procem. regu. Cancell. reg. 44. & ex tex. in extrauag. capit. rem non nouam, §. præmissis igitur Sarn. in comp. vtr. Sign. num. 47. ac nouissimè Mandos. loco citato. eaq; ratio est, quia clausula oẽsque alios cõtra particulariter priuilegiatos, & eos, de q. bus specialis mentio est facienda, iurisdictionem non tribuit, cap. sedes de rescript. Rom. cons. 400. nu. 3. & bene Franc. in cap. 2. num. 5. de rescript. in 6. Fel. in cap. eum te,
106 num. 55. eod. tit. Pauperes verò licet priuilegiati, sub dicta citatione, & clausula comprehenduntur, at quando extra propriam prouinciam ad litigandum sunt extrahendi, resistente, l. vnica, C. quam Imp. int. pup. & vid. &c. cessat illius clausulæ auctoritas, vt ibi Mandos. & latè dixi in cap. 67. & cap.
107 3. commissionis. Auocat. caus. Si contingat citationis, vel inhibitionis exequutionem per laicum Principem, vel magistratus, aut alios etiã iudices impediri, licet mandatis Apostolicis se opponendo, penitus immemores eorum salutis, pœnas damnabiliter in Bulla, quæ legi solet quolibet anno

in

in feria quinta Cenæ Domini incurrant, solet talis citatio per affixionem in loco, vel locis vicinioribus, ac tutioribus exequi, Cassad. decis. secunda, de dolo & contuma.
108 Quando comparens in termino in citatione præfixo docet de interesse, poterit contra eum procedi, Put. decis. 242. parte 2. alias, vt ei præfigatur terminus ex remedio, l. diffamari, C. de ingen. & manum. de quo suo loco dicemus, instari pōt, adeo quod illo deinde elapso, sibi audientia denegetur, at si saltem summariè de suo interesse non doceat, erit sibi audientia denegā da, Bisign. decis. 1. de rescript. Tiraq. de con stit. par. 3. limit. 13. num. 14. vt dixi in com-
109 missione admissionis pro interesse. Tamē vno ex ijs, de quorū interesse agebatur, vel cum quo lis erat vita functo, contra illum, cuius post causæ præfatæ introductionem interesse cępit, non operatur citatio: Immò ex tali sententia lata ipsi præiudicatur, & in hoc limitatur regula, quod sententia contra mortuum lata non teneat, quæ valebit
110 etiā, si per audientiam contradictarum termini seruen[illegible] de quo potest poni exēplum in Decis. pen. de probat. in nou. & in casu, l. ingenui, ff. de stat. hom. & per ea quę ponit Alexan. in l. sæpè a num. 55. vsque ad num. 62. ff. de re iud. & Fel. in cap. pen. col. 4. ad fi. de re iud. ac Fed. de Sen. cons. 23. nu. 5. Quod declara habere locum, quatenus ex eodem iure procedatur, secus vero si fuerit diuersum, quando vnum aliquis prętendat, & alter aliud, quia etiam illi, qui sciuit diuersum ius, nullum potest afferri præiudicium. Caute vero in talibus clausulis apponendis Domini Causidici procedant, ne petitorium, & possessorium inuoluant, quia ambo comprehenduntur (vt dixi supra) in verbo omnesque alios, Papazzo. in addit. ad Decis. 23. num. 3. 7. & 12. de rescrip. in nou. Bellam. Dec. 619 Mandos. in reg. de subro
111 gan. quæst. 14. nu 7. Clausula autem omnesque alios adinuenta est, ac fuit, ad hoc, vt si cuius intersit, dubitetur, per hanc generalem, citationem, habita notitia de illa, comparendo, & docto de interesse agere possit, Ancher. cons. 206. per tot. Ob id quan do citanda venit persona certa, talis clausu-
112 la non afficit, & ideo additur clausula inte resse putantes, quia cuius non interest, non debet citari, l. ille a quo in princ. ff. ad Treb. cap. fi. de elect. in 6. & si non interterit, repellitur, l. titia, ff. sol. matr. Bal. in Marg. ad Innoc. in verbo citatio. Clausulaq; prædi-
113 cta alia multa operatur. Primo, quod cō tra non comparentem, in contumacia procedi possit. Quamuis contumax, vt multari, seu vt excommunicari valeat, non reputetur, Bal. in cap. vno, num. 36. versic. nota quod non potest, de milit Vals. qui cont. Fit ratio vrget ex conditionis deficientia, ob quam fuit citatus quando sua non interesse putat, & sic merito, neque contumax reputari, neque in expensis condemnari, aut excommunicari potest, nisi contra stilum earum cōminatio in citatione ponatur, quod
114 certe fieri non solet, cap. fi. de maior. & obed. Secundo ex dispositione, cap. si diligen ti de foro compe. nam ita non conuenitur etiam si vt conueniretur, consentire posset clericus coram iudice laico, siue Sacerdos, Sub cuius nomine largo modo, omnes in sacris constituti comprehenduntur, Dec. in cap. translato, secunda lect. num. 4. de constit. nihilominus si emanauit citatio, puta in donationis insinuatione, seu testamenti, vel ad relaxationem carcerati, aut ad similem actum, talis citatio generalis, quatenus
115 sua putauerit interesse, etiam clericum cō prehendet, Glos. Abb. & Barb. in cap. cum causa, de offic. deleg. Ias. in l. testamenta columna secunda, C. de testam. Ancher. cons. 333. Quamuis iudex laicus, clerici interesse detecto principaliter, optimè faceret eius competēti iudici Ecclesiastico significare, quod clericum, si aliquid deducere vellet, certioraret, vt Ias. loco alleg. & Salic. in l. cō sulta diualia, ff. de testam. Felin. in cap. cum inter col. 2. limit. 2. de except. et in cap. Ecclesiæ Sanctæ Marię de constit. Tertio (sicut retuli) incontinenti, sic citatus tenetur sua interesse probare, licet id semiplenè sufficiat, Dec. in l. fi. num. 5. vers. circa primam conclusionem, C. de edic. di. ad. tol. vbi ēt Bald. quæst. 5. Abb. in cap. veniens, el secon do, in 4. not. de test. Fel. in cap. cum super col. 6. de re iud. Quarto licet habeamus regulam citatione expresso noīe exequta, ita citati personam habilitare, quod postea con tra ipsam nhil inhabilitatis opponi possit, Innoc. & alij, in c. cum inter de except. Bart. & alij, in l. cum mulier, col. 2. ff. sol. matr. Io. de Anan. in c. intelleximus, col. 8. vers. nec obstat si dicatur de adulter. Marsil. in l. qui ignorans, col. 2. C. ad l. Corn. de fals. Tamen limitatur regula non habere locum, quando quis citatur virtute supradictæ clausulæ, interesse putantes, quia voluntariam, non necessariam defensionē inducere videtur.
116 Quinto ponamus casum, extat statutum, quod de sua Ciuitate in prima instantia extrahi, quis non possit, & si citatur cum clausula, si sua putauerit interesse, non erit in tali statuto cōprehensus, & ideo Cepol. Cautel. 203. monet procuratores, quod stante di

cto

cto statuto, vel alio ordine, non faciant simpliciter quẽ citare, sed conditionaliter, (vt dixi) quatenus sua putauerit interesse, sec. Paul. de Cast. & Doct. in l. libertus prima, ff.
117 de in ius voc. Sexto licet excõmunicatus reus, quando specialiter in iudicio conuenitur comparere possit, cap. intelleximus de iudic. nihilominus si cum præfata clausula fuerit citatus, id facere non valebit, quia tunc est voluntarius defensor, de quo latè Felin. & Dec. in d. cap. inter de except. vbi multas afferunt limitationes, Alex. in l. 3. §. fin. ff. de nou. oper. nunc. Capic. dec. 5. nu. 8. Septimo exhibeo instrumentum non solũ notarij personam, sed omnia in eo contenta approbare patet, l. iurisgentiũ, §. quod fere, ff. de pact. At quando cum præfata clausula quis citatur, approbare nõ videtur, Cautus tamen in beneficialibus sit citatus bene videre, an gesta in causa, seu probata sibi iuuent, & tunc si ei videbũtur facere ad sui fauorẽ, iure medio venire ad causam poterit. Guid. Pap. dec. 5. Vltra dictas clausulas adest alia etiam sub censuris, ac penis Ecclesiasti-
118 cis, eius arb. imponendis, applicandis, & moderandis, de quibus, & alijs censuris subsequẽter infra dicam, in hac commissione, Et circa hoc scias, qđ pœna apposita in vna parte prohibitiua, non censetur repetita in alijs prohibitiuis, Ruin. cons. 37. num. 13. volum. 2. Dec. cons. 414 num. 15. & cons. 581.
119 nu. 10. & cons. 672. num. 8. Appellatione verò censurararum, sub hac clausula, excõmunicatio, & interdictum, veniunt, Franc. Curt. sen. cons. 21. num. 41. cap. quærendi de verb. signific. vt infrascripta clausula subnectam. At si aderit commissio contra episcopum, vel ipse fuerit inter inhibendos, nõ datur quo ad eos prefata clausula, sed bene sub pœna suspensionis, sublata pœna excommunicationis, c. 1. de cleric. venerant. Duos autem in se effectus excommunicatio habet, primus, eijciendi extra Ecclesiam, secũdus retinendi extra eam, & absolutio vnum solum remittendi eum in Ecclesia, Innoc. in cap. opinor prima, & secunda, de sent. ex commun. subdens in cap. solet a nonnullis eod. tit. quod ad cautelam, ille absoluere potest, qui est proximus immediatè superiori excommunicanti, vbi etiam tractat, quando tali absolutioni locus sit, quamuis sententia excõmunicationis quominus appellationi sit locus, nunquam transeat in iudicatũ, idem Innoc. in c. venerabilis, nu. 5. eod. tit. & sub verbo indignationis nostræ continetur priuatio beneficiorũ, Dec. in c. prudentiã, §. adijcimus, nu. 4. de offic. deleg.

Contradictores, & rebelles penas præfatas incurrisse, declarandi. Quando in commissione adest istæc clausula, operatur
120 quod contra tertios etiam procedi possit, vt dicam clarius infra Abb. in cap. per illos num. 9. de probat. Io. Monac. in cap. 1. nu. 7. & 8. Gemin. num. 10. Franc. num. 6. de concess. præben. Sed dubium est, de quib. contradictoribus intelligatur, an de facto, seu
121 de iure, circa quod scias, posse excõmunicari, solum cõtradictores de facto, quia exequutores non habent iurisdictionem, nisi cõtra rebelles, ac indebite resistentes, Frãc. in cap. 1. in princ. col. fin. versic. Quod poterit, de concess. præb. in 6. sed quando sunt cõtradictores iuris, maximè si pendat causa in Rota, & sine causæ cognitione nolit possessor possessionem, quam de iure detinere, putat dimittere, etiam si fuerit iudex cum clausula vocatis vocandis, vel amoto datus in litteris, tunc non dicitur indebitè cõtradicere, vt per Put. decis. 271. num. 6. & 7. p. 3. latè Rebuf. in concord. Franc. in forma mãdati Apostolici, in verbo contradictores, Immo quod iuris contradictores compescere nequeat iudex, in litteris Apostolicis datus, est glo. in cap. pro illorum in verbo contradictores, de præb. & tex. in cap. si cui illi eod. tit. in 6. Corset. latè in suo sing. incip. molestia, vbi plus dicit, quod prohibitus aliquem molestare, intelligitur de facto, per glo. in l. si seruum, § prætor, ff. de acquir. hæred. Et simili modo, verba, quæ subsequenter poni solent, reuocetis in irritum, quicquid in tali causa factum fuerit, intelliguntur de facto, non de iure text & Abb. in cap. audita de restit. spoliat Fel. in cap. causam, col. 2. de rescript. Et de huiusmodi verbo cõtradictores, alias dixi in commissione appellationis, ab exequutione litterarum Apostolicarũ; occasione dictæ clausulæ in præfatis litteris
122 apponi solitæ. Vnde quando iudex Ecclesiasticus implorat contra huiusmodi cõtradictores, & rebelles bracchij sæcularis auxilium, antequam illud impartiatur, debet adhibere causæ cognitionẽ, si sit iusta petitio, nec ne, vt videat, quod sit rebbellis de facto, & non de iure, Ancher. cons. 382. latè, num. 8.

123 Grauandi, regrauandi, & interdicendi, seruata form. Concilij Tridentini, inuocato brachij secularis auxilio. Et quando iudex delegatus brachij sæcularis auxilium inuocare possit, vide Fel. in cap. in litteris, num. 1. & 2. de offic. deleg. vbi nu. 3. recenset, quãdo id ordinarius facere valeat, quamuis non inuocetur nisi in subsidium,

idem

idem Fel. in cap. cum non ab homine, nu. 1. de iudic. Praxis autem in hoc ita se habet, quando reus declaratus reperitur, sibi decē dierum terminus, & deinde aliorum decē ad parendum excommunicationi statuitur, quod si non fecerit, eo casu stante perseuerantia in excommunicatione grauatur, & regrauatur. Aggrauatio tunc fit, quando excommunicatum ab officiis, & beneficijs iudex suspendit, talis vero grauationis est modus, vt committatur a superiore alicui cursori, vel Plebano, eo quia N. excommunicationem indurato animo sustinet, mandamus quatenus dictum N. excommunicatum, cum candelis accensis, ac Campanis pulsatis, singulis diebus Dominicis publice de ambone nuncietis. Regrauatur autem postea hoc modo, eo quia præfatus N. huiusmodi sententias indurato corde, & animo temere sustinet. Vobis mādamus, quatenus N. excōicatū, & aggrauatū, publicè, sicut prius nuncietis, inhibendo oībus, & singulis vestris Parochianis, ne eidem sic excommunicato, emendo, vel vendendo, sal, aquam, ignem, cibum, & potum ministrando, vel alias cuiusuis generis cōmuniones prohibitæ tribuant, vel ab eo percipiant, & quouismodo contrafacientes, minoris sententiam excommunicationis, quā per hanc incurrant, ligatum publicè nuncietis. Vnde rursus, ei si contumax sic aggrauatus, persti terit, cessatio a diuinis indici poterit, donec talis excommunicatus præsens fuerit, sed nisi monitione præcedente, exequi præmissa nequeunt, quia ad inobedientiæ vindictam fiunt, cap. indigne 11. quæst. 7. Cessantibus, autem omnibus supradictis remedijs Ecclesiasticis, siue de iure, siue de facto, ad brachij sæcularis inuocationem recursus habetur, vt in d. c. cum non ab homine, de iudic. & cap. 1. de offic. ordin. & in cap. administratores 23. quæst. 6. & in cap. cum ad verū 96. dist. Ponitur autem post præmissa interdictum, in quo pręuia mentione facti excōmunicationis, grauationis, & regrauationis, & quod talis N. nō currat ad sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redire. Ideo instante procuratore fiscali, vel Curiæ Episcopalis promotore, citato dicto N. ac etiam omnibus alijs sua communiter, vel diuisim quomodolibet interesse putantes, ad vidēdum, & audiēdum oēs, & singulas Ciuitates, Terras, Oppida, Castra, Villas, Suburbia, Collegia, Parochias, & alia quæcumque loca, sub quibus dictus N. aduersarius excommunicatus, declaratus, aggrauatus, & reaggrauatus declinare, seu deuenire contigerit, interdici, ac interdicto Ecclesiastico supponi, litterasque insuper oportunas decerni, & concedi: vnde reputato contumace, mandatur supradictis curatis in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pęna, vt quandiu dictus excommunicatus, aggrauatus, & regrauatus ibidem fuerit, cessetis a diuinis, & ab alijs ianuis apertis cessare faciatis, & cessationem præfatam post recessum dicti N. per tres dies continuos obseruetis, & continuetis, adeo quod nulla Ecclesiastica sacramenta ministrentur, nisi pœnitentia, & Baptismus, omnibus indifferēter, Eucharistia vero infirmis tantum, & matrimoniū, sine Ecclesiastica sollēnitate contrahatur: omnibusque sub eisdem locis decedentibus Ecclesiastica denegetur sepultura. Et pariter difficilius ex eo relaxantur interdicta ex eo, quia opus est, vt pareant iudicato, quod postea ad alios præter comprehensos extendi nō debet, ob insordescentiā in censuris latis in partibus, sed datur, quod citentur ad comparendum personaliter responsuri de fide, neque datur ob insordescentiam in censuris, nisi processum sit ad omnes censuras, & brachium sæculare, et hic est solitus ordo in eis ponēdis, quod primo interdicatur Parochialis, de qua agitur, vel sub qua degit ille, qui insorduit in censuris ad minus per sex mēses, extēditur postea ad aliā, vel duas alias Parochiales in magnę contumaciæ signum, & simul ad collegiatam, deinde post alium annum, vel circa ad duas conuentuales, vltimo interdicitur Cathedralis. At si sit magna Ciuitas, & Ecclesia, de qua agit sit de diocesi, & non de Ciuitate, antequam interdicatur Ciuitas, interdicitur tota diocesis, & quando extenditur interdictum ad vnam aliam Parochialem, vel collegiatam, non datur simul, & semel ad Ecclesiam vnitā, nisi sit annexa taliter, quod reddatur vnum corpus Ecclesiæ: & quando violatur interdictum, datur extensio, ante annum, & talis interdicti extensio non datur nisi ob insordescentiam vnius anni, vel vndecim mēsium in odium violantis interdictum: Secus autē in primo interdicto in causis profanis cum facilitate dantur interdicta, & quando ob aliam causam conceduntur, proponendæ sunt Commissiones in Signatura Papæ. At quando contra Principes interdicta sunt concedenda, secus fit, quia quando sunt temporales Domini, seu Domini Ecclesiastici occupantes, interdicitur namq; eodem instanti nō solum Ciuitas Cathedralis, et eius status, etiā consilium, auxilium, & fauorem eis prębentes,

tes, vt in causa Status Ferrariæ p S.D.N. Cle
124 mentē Papam Octauum factum fuit. Istis autem omnibus adimpletis, quæ facere Ecclesia potest, inuocatur (vt dixi) brachij sæcularis auxilium generalius, in quo facto preambulo, & narratis omnibus supradictis, in virtute sanctæ Obedientiæ, omnes Officiales requiruntur, ac sub excommunicationis pœna, quam ferimus, nisi quæ mandamus, feceritis; vt capiant D. N. excōmunicatum, nec non res, & bona ipsius. Potest namque delegatus iudices sæculares cogere, vt suam exequantur sententiam, quia in causa, sibi commissa delegantis vices vtiq; in omnibus ad ipsam pertinentibus obtinet, inter quæ est exequutio: sed non potest ordinariū, ad id cogere, nisi in facultatibus habeat Innoc. in cap. significasti nobis, num. 2. de offic. deleg. quod in subsidium, quando aliud non superest facere debet: & idem si fuerit appellatum, secund. Dec. in cap. significasti, num. 7. & 8. de offic. deleg. vt latè pręmissa in omnibus tractat Foll. in sua praxi Canonica in verbo non comparentes, contumaces reputentur, a num. 55. vsque ad finem si occurrat, videre poteris; quia latissimè grauationis interdicti, ac brachij sæ-
125 cularis formam recenset. Cōcludo igitur ex supradictis tres esse censurarum Ecclesiasticarum narratas species, & formas, videlicet grauationis, ac interdicti, siue suspensionis, cap. quærenti, de verb. signific. Excom-
126 municatio autem duplex est maior, & minor, & quos pariat effectus, ac alia multa ad hunc propositum recensentem, videas eundem Foller. loco citato in verbo; & si confessi, aut conuicti extiterint, nu. 139. & seq.
127 quod vlterius non prosequo. Vnde bene prius suis Ecclesia vtitur armis, quæ militantis Ecclesiæ fulmina sunt, deinde ad brachij sæcularis auxilium confugit, quia est vltimum remediū, & alijs deficiētibus debet implorari, & nō ab eo incipi ordine retrogrado Vestr. in sua prax. lib. 8. c. fi. nu. 4. vers.
128 Episcopus inuocat. Sed in causis beneficialibus, quia possessorem trahendo suam iurisdictionem possunt Ecclesiastici exercere, non inuocatur brachium sæculare, vt per Gallef. ad oblig. Cam. in cap. reliqua de processu, Rol. a Val. cons. 37. num. 5. vol. 1. Canon. in cap. cum non ab homine de iudic. & in cap. significasti. de offic. deleg. Fed. de Sen. cons. 25. colum. fi. & ideo in vltima parte clausulæ apponuntur verba inuocatoria auxilij brachij sæcularis, in commissione, sed alia restrictiua addi debet, seruata forma
129 Concilij Tridentini, de qua sess. 25. cap. 3. de reformat. vt dixit Oldrad. cons. 89. nu. 5. vers. Vnde semper, & tex. in c. 1. de offic ordin. Afflict. in Procem. consti. reg. num. 84. hanc esse communem receptam doctorū sententiam asserens, Calcan. cons. 4. pro quo vide latè tradita per Rol. a Val. cons. 37. per tot. vol. 1. ac de forma inuocandi brachium sæculare vide pariter Gallef. loco cit. Et li-
130 cet in commissione interdicendi potestas pariter detur, tamen in tali interdicto relaxando maxima diligentia, & consideratio adhibenda venit, ob curæ animarum impedimentum, ac sacramentorum administrationem, ex illo prouenientia, sed ex solis vrgentissimis, necessarijssimisve causis, puta, crimine rebellionis, lęsæ maiestatis, & quando contempta fuit, & contemnitur Sedis Apostolicæ, & Clauium potestas, dignitas, siue auctoritas, & regulariter quādo obstinato animo, ac duro corde, per longum tēporis spacium censuræ sustinentur, seu publicè contemnuntur. Tumq; fulminato in-
131 terdicto cū maxima difficultate, nisi prius iudicato pareatur relaxari solet, vel iure relaxari, aut absolutio impertiri: excommunicatus vero regulariter pro absolutione ad suum excommunicatorem est remittendus, glo. in cap. ab excommunicato in verbo ad excommunicatorem, de rescript. vbi ad id multæ rationes connume-
133 rantur. Ceterum quando degradatur Clericus, qui Curiæ sæculari puniendus, consignandusq; venit, tunc non inuocatur dictū auxilium, quia si Ecclesiæ corporali pœna incorrigibilem afficere non licet, tali sæculari Iudici, & Potestati illum puniendū tradit, d. c. cum non ab homine de Iudic. la-
134 tè Gallef. loco citato, num. 49. Sed vtrū iudex, vel delegatus, cui in litteris Apostolicis, quas exequi dēt, non est posita clausula præfata, neque data facultas expressa inuocādi auxiliū brachij sęcularis, illud inuocare valeat, & dicit quod non Fede. de Sen. cons. 251. num. 4. nisi specialiter sit sibi indultum vt ibi per eum, & latè Abb. Dec. & Doct. in cap. ad hæc de appel. vbi pariter, in quo non
135 differant ponunt. Interdictum autem differt ab excommunicatione, quia suspenditur, excommunicaturque persona, interdicitur vero locus, Ciuitas, Prouincia, Regnum vel similia, vt latè Abb. & Dec. in d. c. ad hęc de appel. vbi pariter in quo differāt ponunt.
136 Excommunicatio, & interdictum laicos quoque tangit, suspensio verò clericos tantum, vt latè per Io. de Lign. in tract. de censib. Eccles. Franc. in capitulo primo, §. super numero quarto, de sent. excom. in 6. latè,

Man-

Mandof. in commiſ. quæ a Refer. in verbo Eccleſiaſticas.

AC citandi per edictum, conſtito ſummarie,& extraiudicialiter de non tu-
137 to acceſſu. Cautus ſit itaque prius D. Referendarius ſi non aderit in commiſſione illa particula, conſtito ſummarie,& extraiudicialiter de non tuto acceſſu, dicta verba addere, quia commiſſio non datur alias, quam ſub tali temperamento, vt dixit Staphyl. de lit. iuſtitiæ in c. quando aliquis,nu. 3. & ſeq. Veſtr. in ſua praxi,lib.4 c.2.num.3.
138 Quia cum citatio per edictum ſit exhorbitãs,clem.1.de Iudic.deciſ.1. num.2. de fe-
139 rijs in nouis, nullus iudex in Romana Curia, niſi ſpecialiter ſibi demandetur per Signaturã,vel ex priuilegio, ita citare poteſt, vt dixit glo.in d.clem.1.in verbo ſpecialiter, & quando poſſit fieri,& quando non, tradit Felin. qui ad hunc propoſitum multa congerit,in cap. quoniam frequenter,num.14.
140 vt lit. non cont. Talis citatio,niſi prius verificata conditione, qđ ſummarie,& extra iudicialiter de non tuto acceſſu conſtet,qđ de auditu etiam probare ſufficit,cõcedi minime debet, & de hoc latè meminit Veſtr.
141 in ſua prax.lib.2.c.2.nu.3.cum adduct.Sed ſi in citatione ſit data præfata clauſula, vt dictum eſt,quod in tribus locis viciniorib⁹ publicaretur,& ſolum in duobus fuerit publicata,Bellam.deciſ.194. dicit citationem non eſſe nullam,quia ſatis dicitur adimpleta forma reſcripti, nam cum relatis in hoc concordat, quod illam ſaltim in duobus locis publicare ſufficiat, quamuis in albo affigi olim ſolitum eſſet,& licet in tribus locis minimè affixa fuerit, vti affici mandat, ſed ſolũ illius tranſumptũ,licet orginale citationis, deciſ. 5. de reſcript. in nou. Caſſad. deciſ.1.nu.2.&deciſ.8.de dol.& cont. At quando affigitur, non ita in loco alto poni debet, quod legi non poſſit, vt per Felin. in cap. gratum, num.3. verſ. Adde tamen de offic. deleg. Subdens ibi,quod exquutor debet referre ſe legiſſe, affixiſſe, & affixam reliquiſſe in locis conſuetis, adeo quod tranſeuntibus patefieri poterat, & erit talis citatio valida, licet in tribus locis vbi affigi man
142 dabatur, ſed ſolum ipſius tranſumptum, & ſi pars citata miſit procuratorem ad vrbem cum procuratorio, citatio, & proceſſus,ante procuratorium facta valida erunt, quamuis ſolum in cauſę concluſione cõpareat, quia veriſimile eſt, quod ſciuerit citatiõe, & quod ſe pro citato habuerit, & in Curia potuit legitimus procurator origina
143 le vidiſſe, Bellam.deciſ.539. At ſi vno tantum ex duobus locis tuti acceſſus viciniori bus exequi contingat, non erit ſufficiens Rot.deciſ.5. de reſcript. in nou. Caſſad. deciſ.1.num.2.de dol. & contum.& deciſ.15. eod. tit. in nou. & 32. eod. tit. in antiq. Bellam. deciſ. 294. nihilominus in valuis Eccleſiæ Cathedralis,aut maioris loci,vbi moratur citãdus,ſeu valuis palatij,ex quibus veriſimilius citatio,ad citati notitiam peruenire poſſet, præſumendum ſit, ſatis erit affigi curare.Sed qñ habeo non tutum acceſſum, puta Neapolim,ſufficit in Ciuitate Velliterna, vel Terracinenſi citationem affigi facere, quia illam fore exequutã ſat eſt in loco viciniori,vbi acceſſus haberi tutus poteſt,& in viciniori loco citandi, vbi adeſt tutus acceſſus, Achil.deciſ.15. de dol. & contum. & ita colligitur,in dec.6.Caſſad.eo.tit.& deciſ.1.num.2.de appellat. taliſque eſt Cancellariæ ſtilus, de quo in deciſ.17. de dol.& cõtum. in antiq. & latè Put. deciſ. 164. par. 1.
144 At ſi clauſula conſtito ſummarie, & extra iudicialiter de non tuto acceſſu, ommittatur in commiſſione, tunc poterit abſque alia probatione per edictũ iudex citationẽ concedere, Rot.deciſ.23. de dol. & cont.in antiq. Fel. in cap. quoniam frequenter, nu. 18. vt lit. non cont. licet ſemper in praxi (vt dixi) ſeruetur, quod talis clauſula apponatur, vt per Miliſ. in ſuo repert. in verbo cita-
145 tio per edictum. Sex autem in dicta citatione requirnutur relata per Fel. in d.c.quo
146 niam frequenter,nu. 16. Sed an talis citatio per edictum non affixa,non lecta,neque dimiſſa copia ſit nulla,ponit Put.deciſ. 25.& deciſ.168.par.2.Soc. in tract. de citat.art.23. quæſt.9. Bart. in extrau. ad reprim. in verb.
147 publice Bal in c.dilecti in fi.de except. Effectus huiuſmodi citationis ille eſt, vt non comparens citatus,contumax reputetur, Marſil. in rep.l.de vnoquoque,nu.192.ff.de re iud. Fel. in c. quoniam,§.porro, vt lit. nõ cont. quæ in multis caſibus fieri poteſt, relatis per Rebuf. ſuper concord. Franc. in rub. de conſtit. in verbo,ſed per edictum. Ea nãque citatio conceditur per officium contra dictarum,nec debet continere breuẽ termi
148 num, quia eſſet nulla, vt idem Put. deciſ. 150.lib.3 Et an talis exceptio loci non tuti, per excuſatorem non habentem mandatũ opponi poſſit, vide latèGabr.lib.2.cõ opi.tit. de except.concluſ.3.& in extrauag.com.de
149 dol.& contum.& in cap.rem non nouam vbi datur forma procedendi per edictum, ac Bart. plura congerentẽ in l. ea quæ nu.7.
150 C. quo. & quand. Iud. Vnum te tamen non lateat, quod dicta clauſula citandi per edictum

edictū cōtra Cardinales non datur, et si ratione alicuius Dn̄ij, siue Castri agatur, cōtra eos: vti neq; datur cōtra Illustr. illorū personas inhibitio, sub censuris (vt dixi) nā eorū dignitati maxima veneratio adhibēda venit, vnde par est ne cōtra ipsos praeeccellentissimos ad instar ceterarum personarū stilus reguletur. Dicitur nō tutus accessus per vnū testem probatus, qui deponat litteras exequi nō posse, vel potuisse, vti et per testes se credere impossibile exequi, vel non tute accedere valere ad citandū asserentes. & ratio est, quia talis citatio concernit libertatē, & Ecclesiasticā iurisdictionē, ideō sat supradictę probationes sufficientes sunt, & ita rigorose proceditur, vt per Achil. dec. 27. de probat. Fel. in c. q̄m frequenter, nu. 14. vt lit. nō cont. Exequutio vero dictę citationis, p edictū, vel contra aliquē personaliter prima vice decernitur, deinde processus per affixionē ad valuas, vel per contradictas, & ita se in similibus hēt Ro. Cur. stilus de quo p Vant. in Trac. de nullit. ex defec. citat. nu. 110. cum latē adduc. & Fel. loco cit. nu. 13. Sed scias, q̄ istęc exequutio citationis debet affigi in Ec-
153 clesijs rpe diuinorum, vel in alijs locis, vbi multitudo populi conuenit pp ibi astantes, glo. in clem. causam de elect. Ad hoc vt de facili possit certiorari citatus, aut ab aliquo eius amico ibi existēre, aut per relationē factā alteri, aut per famā, q̄ in similibus exoritur, & si noīatos in fide exequutionis praefatae citationis eā tēpore diuinorum fecisse, & publicasse in valuis Ecclesiae; vel alibi respectiuè, non dicat, quod multi intrabāt, & exibant, non erit bona Cresc. dec. 5 de dol. & cont. Ratio esse pōt, quia ex cōcurrētia talis multitudinis populi, facilius poterit citatus certiorari, quare exequtor p̄fatę citationis ī relatione dicere dēt affixisse ī valuis Ecclesię, vbi ad diuina audienda multitudo populi erat coadunata, alias non erit citatio bona, decis. 1157. & 325. p. 3. diuer. & in simili illa per edictū per aliquas horas remanere debet affixa, Cassad. dec. 4. nu 6. de dol. & cont. ac in die sollēni, ob magnā populi frequentiā, quorū aliquis citatū certiorare possit, & nō in die feriali, quia erit nulla, Cassad. dec. 5. nu. 2. eo. tit. Et an citatio generalis contra capitulū, particulares afficiat, remitto te ad Pur. decis. 10. p. 1. Et an copia cōmissionis citato sit tradenda, vel in citatione inferenda, nō reperitur iure cautum, quamuis id communiter fieri, faciendūq; nostri iuris scribentes asserāt, in c. cū in iure de offic. ord. Achil. dec. 10. de dol. & cōt. licet non desint, qui neq; citationē, neq; inhibitionē fore legitime, neq; iuridice exequutas asserant Vestr. in sua prax. lib. 3. c. 6. nu. 5. & seq. clem. cām, vbi glo. in verbo Porrecta & in verbo si petita vbi Card. q. 21. & 22. de elect. cle. 1. vbi Card. q. 1. & gl. in verbo oblatus de app. DD. in Aut. offeratur, C. de lit. cōtest. maximè si domi fuerit exequuta, secus si personaliter, quia si sic citatus copiā non petat, nihilominus valebit citatio, praecipuè si legat absque alia copia, & ibi Vestr. nu. 13. At si copia citationis data nō fuerit, eo q̄ minis, siue vulneribus citantē afficere citatus minabat, Rota bene exequutā citationē dixit. Cresc. dec. 1. de dol. & cont. et si in illo minarum actu multitudo gentiū, quae metū cessare facit, accurrat, & in hoc limitatur supradicta regula, q̄ citatio sit nulla, nisi copia tradat, vel legatur, qua non tradita, non operatur deuolutionē ad Ro. Cur. Achil. decis. 9. de dol. & cont. Cautela etenim in hoc vtuntur practici causidici tā isto actu, q̄ quolibet alio suo principali praeiudiciali, aut si illā nesciūt, practicare deberent, q̄ non simpliciter aliquē citari curent, sed sub verbo asserto, siue praetēso, vel forsan, haerede, cessionario, creditore, procuratore, vel simili, q̄ non erit absq; misterio, quia si simpliciter citent, adeo eius personam approbare videntur, q̄ contra eā obijcere amplius non poterunt, vt latè Ias. cū add. in l. fi. nu. 24. C. de edic. diui. Adr. Tollen. Edicta verò ponere in loco publico sat est, licet nō veniat ad citati notitiam Innoc. in cap. ex tua, nu. 5. de Cler. non resid.

154 Ceteraq; oīa, & singula alia faciendi, dicēdi, gerēdi, exercēdi, & exequendi, quae in praemissis, & circa ea, quōlibet fuerint necessaria, & opportuna. Istaec Clausula licet generalis appareat, tamen ex subsequentib. verbis, quę in p̄missis, & circa ea quolibet fuerit necessaria, vel opportuna restringitur, ad supra narrata, tantum, vt per Veral. decis. 29. nu. 2. & 3. par. 1.

155 Etiā singulis dieb. & horis p̄terq̄ in Dei honorē feriatis. Iō talis Clausula apponit, qa in causis cōmissarijs in Ro. Cur. non pōt pcedi nisi in diebus Lunae, Mercurij, & Veneris: vnde snīa alijs dieb. lata, est nulla, cū sub ceteris dieb. citatio cadere nō possit, nisi de alia obseruātia, vel partiū progatione, aut cōsensu cōstaret, Veral. decis. 64. p. 3. Guid. Bon. dec. 81. vnde bene practici in cōmissione nostra p̄fatā Clausulā apponūt, ad effugiendā nullitatē, si alijs dieb. praeter nominatos in causa procedi contingat.

156 Qvacunque responsione pro Apostolis data, adeo quod pro illis redire amplius non teneatur, attento quod à diffinitiua.

nitiua. Talis Clausula secund. Lancel.de attent.pend.temp.Apost. pet.c.13. nu.28. par. 2.parum facit, neque tollit quin si infra 30. dies commissio iudici non præsentetur, sententia in iudicatum transeat, Cassad.decis.4. de appell. Veral. decis.12. in manuscript. de qua latè in hoc verbo in commissionis appellationis discursu suo particulari capitulo, verba faciam.

157 COnstitutionibus, ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, cæterisque cõsuetudinibus, ac alijs in contrarium
158 quomodolibet facientibus minimè obstantibus. Ista verba loquẽtia in numero plurali, habent locum etiam in singulari, puta in vno, sicut in plurali, vti etiam è contra, nã verba in singulari loquentia, isto & alijs casibus etiam plurale continent, l. ait prætor §. negotia, ff. de neg. gest. l. 1. §. item hoc edictum, & l. singularia, ff. si cert. pet. Ias. in l. Gallus, §. idem si is in prima lect. ff. de liber. post. Felin. in cap. omnes leges in prima distinct. & in c. accepta de appell. Et licet de clausula non obstantibus latè meminerim in commissione relaxationis iuramenti par
159 te prima, cap.4. Tamen vlterius dico, qđ si commissio, vel rescriptum erit subreptitium, obreptitium, siue nullum, de quibus latè per Innoc. in c. in dilecta, nu.3. & seq. de rescript. etiã clausulæ, & verba supradicta erunt nulla, & infecta, ac simili morbo laborabunt, quia si supradictis rescriptum subiacet, quis dicere audebit clausularum, præfatarum virtute voluisse Papam illud validare? Nam data rescripti subsistentia, per dictas clausulas intendit Papa illa, quæ obstare possunt tollere, vnde cum regulentur secundum naturam rescripti, si illud validum erit, pariter, & Clausulæ accessoriæ, sin secus nullæ, & inualidæ, vna cum suo principali, decis. Pedem.142.num.17. & 18. cle.1. de preb. Dec. cons.142. in fi. per regulam tritam, quod principali destructo, ẽt destruitẽ accessoriũ, c. accessoriũ de reg. iur. in 6. Soc. in l.1.nu.24.ff. sol. mat. Ias. cõs.56. col. 5. vers. Quinto principali, vol.3. Fel. in c. licet col.3. de offi. ord. Nã vltra concedentis mentẽ Clausulæ præfatæ, operari non debẽt, Decis. Ped.164.nu.12. Bal. cons.452.nu.1.vol.5. Quãuis in Ro. Cur. nõ detur de subreptione vel obreptione (vt dixi) pp præsentiã Papæ, ad quẽ facilis est aditus, quare si præfatis, vel alicui earum nullitati commissio subiaceat, siue inepta, vel mendacijs referta reperiatur, solet in altera ex duab. Signaturis reformari. Sed hoc te no lateat, ꝙ clausula nõ obstantib. contra cõciliarẽ constitutionem non sufficit Dec. in cap. prudentiam, nu.4.
160 de offic. deleg. Cõsuetudines, leges, & alia, ꝗ obstare nolũt, sunt in cõmissione expresse noĩandæ, qa licet Clausula nõ obstantib. tollat legẽ, & consuetudinẽ, nihilominus id verũ est, qñ saltem ĩ genere fit expressio, & in particulari, qñ particularis requiritur mẽtio quia secus sublatæ nõ forent, vt latè Bursat. cõs.6.nu.64.vol.2. cũ adduct. per Bart. in extrauag. ad repr. in vers. Non obstantibus. Talis nẽpè Clausula iuris limitationẽ respicit & secundũ mentẽ loquẽtis restringitur, vnde nil operatur nisi quo ad expressa, vt ibi latè Bursa. nu.65. Nat. cõs.2.nu.3. Quãuis clausula consuetudinũ derogatoria, ẽt ad futurã consuetudinẽ extendatur, sec. Dec. in c. sicut nu.18. de prob. cũ add. de cõi, & appellatione consuetudinis, ẽt in libello, in quo latissima fit interpretatio Capp. Thol. vbi Aufr. in add. dec.32. Magon. dec. Lucẽs.32.n.29 ẽt per verborũ impropriationẽ Affl. ct. dec.77. nu.8 Rot. diuer. dec.47.nu.10.par.2. Bar. in l. si olei, nu.2.ff. loc. & pariter p subauditos intellectus Rim. iun. cõs.192.nu.29.vol.1. Magon. vbi sup. nu.21. non venit consuetudo, siue statutũ Bar. in l. de quib. in prima lect. nu. 19.ff. de legib. & in Rub. C. quæ sit long. consuet. nu.6. vbi Alber. de Ros. sub nu.11. qđ vel cõsuetudo sit ac quib. inducatur modis tradit Innoc. in Rub. de consuet. nu.1. vbi DD.

CÆterisq; in contrariũ quolibet faciẽtib. minimè obstantib. Quid aũt pfata verba in noua Principis constitutione operenẽ latè ponit Fel. in c. nonnulli, nu.17. in secun-
161 da fall. de rescrip. & Clausula non obstantib. iuncta clausula subsequenti quorũ tenores, adeo prægnantes sunt, ꝙ oĩbus alijs in contrarium facientibus derogare possunt, decis.88.nu 4 p.2 diuer. vt dixi in cõmissione appellationis in causis pẽsionum, licet sicut ẽt ceteræ clausulæ generales priuilegia in corpore iuris clausa non tollunt Paris. cõ sil.140.nu.16.vol.4. vtiq; nec ẽt ius tertij tollit idẽ Paris. cons.81.nu.119. & 121.vol.1. vnde (vt dixi) in cõmis. Auoc. causarũ alia requiruntur verba necessaria, nẽpè in corpore iu
162 ris clausis, & si dici contingat non obstantib. Priuilegijs, talis clausula gratiam non auget, sed tantũ intentionẽ declarat Felin. in cap. nonnulli, num.27. de rescript. Bald. in l. nunquam, colum. 8. in verbo, sed pone quidam, C. de fideicom. Alexand. cons.195. numero octauo, volumine secundo. Præterea clausula non obstantibus prænarrata idẽ operatur, ac si foret ex certa scientia confirmatio Alexand. cons.219. numero quinto, & sexto, volumine sexto, Abb. cons.62. numero

mero quarto, verſ. Nec obſtat, vol. 1. Dec. in rub. de cōfir. nu. 9. & in c. Porrecta, nu. 4. eo. tit. Rot. deciſ. 2. de confir. vtil. vel inutil. ſed non tollit præfata clauſula confirmata per Papam, quare alijs verbis opus erit, etiam authoritate apoſtolica, & per Nos confirmatis glo. in capit. dudum in fin. in verbo pacta de ſepult. Felin. in cap. conſtitutus, col. penul. numero vigeſimoprimo, de reſcript. Neq; tollit ſtatuta Eccleſiæ per Papam anteceſſorem confirmata, niſi ſpecialiter dicatur, Rom. Conſ. 393. numero primo, & ſeq. & numero decimoquarto, Vnde apponitur verbum quibuſcunque, vel æquipollens, per nos, ſeu anteceſſores noſtros, quia quando plura obſtant, non ſufficit, quod vnum, vel duo remoueantur, etiam ſi apponatur clauſula generalis, quia penitus omnia tolli debent, vt bene fit per verbum generaliſſimū, quibuſcumque, Dec. conſ. 602. num. 19. & 20. Iaſ. conſ. 233. num. 2. verſ. nono facit, volu. 2. Et licet iſtęc clauſula ſit generalis, reſtringitur tamen ſecundum ſubiectam materiā, & ad perſonas habiles, vt latè per Rebuf. ſuper concord. Franc. in forma mandati Apoſtolici, in verbo quibuſcumq;,

165 Cōſtitutiones aūt, & Ordinationes Apoſtolicę, non ſunt per nō vſum ſublatę, ſed bene per contrarium vſum, qui debet per allegātem probari, Veral. deciſ. 220. nu. 2. par. 1. Pariſ. d. conſ. 11. nu. 15. & ſeq. vol. 1. & vltra probationē contrarij actus, requiritur ſciētia ſuperioris, nam quando adeſt, tūc ſat erit probatio, actus contrarij, vt per Put. dec. 1. nu. 4. parte prima. Præterea, ſi quando adſunt alia verba, etiam ſi de illis ſpecialis, & indiuidua mentio eſſet facienda, vel quorum tenores, de qua clauſula ſtatim dicam, erunt illa verba ſufficientia ad legi contrariæ derogandum, habenti clauſulam derogatoriam ad reſcriptum, licet non ſit nominata in indiduo, de quo latè Felin. in dicto cap. nonnulli, nu. 6. de reſcript.

QVorum tenores S. V. pro expreſſis etiā ſi ſpecialis, & indiuidua mentio facienda foret, haberi placeat. Eſt adeo talis

166 clauſula generalis, & ampla, quod vt dicitur ex ſtilo Curiæ, capit oues, & boues, ſed illam declares velim, non operare expreſſam, & indiuiduam mentionem, quando de illo, de cuius derogatione agitur, ſupra in reſcripto facta aliqua mētione, quod totus tenor inſeri poſſit, Butr. conſ. 2. Veral. deciſ. 121. per totum, parte prima. Præterea operatur ſecund. Butr. conſ. 49. & conſil. 55. Idem Felin. in cap. nonnulli, numero ſexto, & ſeq. de reſcript. Dec. conſ. 341. quod ſi habet relationem facta aliquali mentione puta ad inſtrumentum, vel acta, id omne pro inſerto habetur, Veral. deciſ. 204. numero tertio, & quarto, parte prima. Et latè, quid operetur prædicta clauſula pro expreſſis, ponit Gabr. lib. com. opin. tit. de clauſul. concluſione quinta, ſubdens concluſione nona, eodem titulo, quod ea

167 in fine poſita ad omnia præcedentia refertur, & poſita in confirmatione concordiæ nullius eſt momēti, ſi de negotio, cuius confirmatio petitur, Papa non eſt certioratus, aut de tenore ipſius, vnde quando Papa non potuit notitiam habere, quia nihil narrabatur formaliter, ſiue caſualiter, commiſſio, vel confirmatio obtenta non ſuffragatur, Vt neque clauſula ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, quæ non tollit alios defectus, niſi iuris poſitiui, ſi ſpecificentur in litteris, vt poſt Io. Andr. Anan. & Imol. concludit Ferret. conſ. 38. numero tertio, Ac illa quoque, quæ de actus natura, ac ſecundum conſuetudinem extendi ſolent, & extenduntur, puta ſtatus, & merita cauſæ pro expreſſis haberi placeat, comprehendere facit, ac expreſſum, quod expreſſum non eſt fingens, & tanto magis ſi aderit clauſula, ex certa ſcientia, Butr. conſil. vndecimo, Franc. de Curt. conſilio vigeſimoquinto, columna quarta, & quinta, Pariſ. conſilio decimoquinto, num. 66. volumine ſecundo, Vnde ſi iſte ceſſauit, dicendū eſt pariter, & cauſæ cognitionem ceſſaſſe, & ſi abbreuiate poni contingat, ſub his verbis

168 quorum tenores, &c. Intelligitur, & extēdi debet, vt ſupra dixi, ſecus vero, eſſet in verbo, &c. exiſtēte in ſcriptura Notarij mortui, quia tunc non poterit extendi per ſucceſſorem, vel alium Notarium, abſque citatione partis, & iudicis decreto, quando de alicuius intereſſe agi contingat, Felin. in cap. cum Tabellio, de fide inſtrum. Bald. in l. Gallus, §. idem credendum vbi Doct. ff. de liber. & poſth. quod non procederet, ſi notarius eſſet viuus, quia tunc Clauſulam ſecūdum conſuetudinem ſuam ſolitam extendere valeret, vt latè per Rebuf. in l. ceterorū

169 ff. de verb. ſig. Clauſula aūt ſtatus, & merita cauſę omnē tollit reſcripti difficultatem, Achil. deciſ. 8. de reſcript. Rot. dec. 807. nu. 3. p. 1. diuerſ. Sed non tollit conceſſa in alio reſcripto, quia nō ſe extendit ad tollendū, id quod ſi expreſſum eſſet impediuiſſet reſcripti expeditionem, in quo poſita eſt, Fel. in cap. ceterum 3. Fall. de reſcript. Rot. diuerſ. par

170 te tertia, deciſ. 134. eſſet namque fraudibus viam aperire, & ideo præinſeruntur cō

munes in Romana Curia quando petitur reformatio: at quando in commissione vltima, quæ expeditur, facta esset mentio alterius prius expeditæ commissionis, saltem per verba cõmissione ex aduerso ob tenta non obstante, vel alias exprimatur eius tenor, cum clausula sequenti pro expressis habendo, tunc non reddit secundam commissionem subreptitiam, Put.decis.237.nume. quarto, libro primo. Acan, & quando rescriptum speciale primo generali deroget, vide Dec. in cap. sicut Romana, numero octauo, de rescript. vbi numero decimoquinto in concurrentia rescripti, & priuilegij, quis præualere debeat, disputat. Saluat vero dicta clausula cuius
171 status, & merita causæ, commissionem a subreptione ex taciturnitate, quod causa esset instructa, Achil. decisione nona, numero primo, de rescript. vt supra dixi, in cap. de commiss. in particulari: sed non sufficit ad saluandam commissionem non facta litis mentione, Achil. decisione sexagesimaquinta, eodem titulo: Lancel. de attent.lit. pend. in præf. num. 648. Et quos pariat effectus dicta clausula latè Gabr. com. opi. tit. de Clausul. Conclusione quinta. Talis, namque relatio, quando fit ab eo, qui disponendi facultatem habet, quia de voluntate, & potestate disponendi constat, valida est, Dec. in cap. ex parte, num.9. de re-
172 script. Et clausula, Quorum nomina, & cognomina, &c. multos pluresoperatur effectus, nam licet sine mandato citandos exequutor expecificare non possit, Franc. in dicto cap. cum in multis in secundo not. de
173 rescript. in sexto. Tamen quando adest dicta clausula, Domini de Rota idem esse, ac si omnes nominati forent, tenuerunt, vnde bene absque mandato potest omnes exequutor citare, dummodo sit certa demonstratio, vt in d. cap. cum in multis, & bene ibi vltra alios notat Domin. columna penultima: Et quia dicta clausuula, quorũ nomina, &c. cum reliqui sint nominati, refertur ad intrusos, & nominatos, ac ad prædictos intrusos citandos, non erit alio mandato opus: immo quod plus est, talis ita citatus desinit esse triennalis possessor, Achil. decis.7. de rescript. quod si sunt aliqui nominati pariter dicta clausula ad non nominatos, vt citati valeãt, refertur, dixit Achil. dec.7. nu.4. de rescri. Et quæ operetur alia clausula pro expressis habendis, latè cumulat Gabr. de
174 Clausul. concl.5. in lib. com. opi. Clausula quorũ tenores, cum derogatione regulæ de non tollendo iure quæsito, nec tollit subreptionis vitium, nec operatur in tertij præiudiciũ, neq; trahit personas nõ expressas, sed tantum ad expressa restringitur, Veral. dec 121. par.1. Grat. cons.296. col.5. ver. Nec obstat Corn. cons.245. nu.6. col.1. ratio est, quia Papa tertio damnum inferre nõ habuit intentionẽ, de quo nõ fuit informatus,
175 Dec. cons.373. nu.14. & cons.639. num.11. Clausula statũ, & merita causæ facta litis mẽtione operatur perinde, ac si integrè processus, & oĩa acta, ac partium cõparitiones fuissent in indiuiduo narrata, Rot. dec.20. de rescrip. in nou. Gem. cons.120. nu.1. & seq. Fel. in c. cæterum, col.3. limit.7. ver. intellige primo de rescript. Achil. decis.9. eod. tit. vbi dicit, quod stante d. clausula, nõ poterit impugnari cõmissio auocatoria, ẽt tacito, quod lis esset instructa, quia litis pendentia male in cõmissione narrata, suppletur ex ista clausula, Rot. diuers. dec.897. nu.3. p.1. & decis. 275. nu.25. eadem par. 1. & vide optimè Gram. decis.66. nu. 60. & seq. Clausula pro expressis haberi placeat, vel habendis, operatur, vt ea oĩa, quæ in rescripto veniebant exprimenda, pro expressis, ac si specialiter, & nominatim narrata fuissent, absq; alia expressione habeantur, Fel. in c. in nostra in 9. corrol. de rescript. & latius in cap. nonnulli eod. tit. nu.23. Dec. in cõs.373. nu.9. quod fit per fictionem aduersus, quam in contrarium probari non potest, idest, quod necessaria nõ sint expressa Clem. litteris, de pbat. Talisq; clausula ĩ omnibus rescriptis est multum necessaria, quia habet vim derogationis, Fel. in d. c. nonnulli col. 7. vers. Addatis, & tollit, ne Papa, vel Princeps teneatur de rogando priuilegijs illa oĩa exprimere, ẽt si prædecessoris fuerint, quod esset infinitum, vt latè Rebuf. in concord. Franc. in forma mandati Apostolici, in verbo pro expressis, cum adduct. & talis est Romanæ Curiæ stilus, Butr. cons.2. Alex. cons.215. nu.7. vol.2. Gem. cons. 65. Clausula verò mentio specialis, tollit ea oĩa, quæ specialiter forent exprimenda, etiam quo ad regulas Cancellariæ, & omnia priuilegia, Sarnen. in proh. regul. Cancel. 96. quæst.6.

176 STilus Romanæ Curiæ ius facit, & seruatur pro lege, maxime in concernẽtibus fidẽ, & eius articulos, qa necessario tũc seruari dẽt, c.1. vbi gl. in verbo docuit, de sum. trin. & fid. cat. in sexto, ca. nolite, vndecima distinct. Abb. in c. fi. nu.1. de reg. iur. quãuis in alijs sequi non astringamur, vt ibi glo. Quia cum Roma sit omnium mater, & caput, ab omnibus est sequenda, & immitanda, eiusque mores seruandi Specul.

in

in titu. de teste versic. deinde. Est autem stilus, Curiæ quoddam ius, licet in facto consistat, vt idem Spec. tit. de appell. ex officio versic. Vt autem: sed ius facere verum intellige quo ad alios, nō quo ad Papam, nec suc cessores suos, quia nec sibi, neque illis legem vult imponere, sed bene quo ad alios vt per Abb. in cap. bone, el primo, num. 12. de postul. vbi multa congerit in hac materia, & quando valeat, & quid ad illam inducendam requiratur, & adeo ad legum instar seruandus erit, quod si iudex contra il-
177 lam iudicare ausus fuerit, ita litem suam facit, sicut quando contra legem scriptam pronunciaret Gig. de Pens. quæst. 58. numero secundo, Laur. Calcan. cons. 118. in-
178 cip. sanctissimus. Quare ex variatione Romanæ Curiæ stilus fragilis, & incertus, modo albus, modo niger apparet, vnde potius iuri scripto, & sic regulis Cancellariæ inhęrēdum erit, quam consuetudini Cassad. decisione nona, numero decimoseptimo, de causs. pos. & propr. Lap. Alleg. 51. quia stilus
179 Cancellariæ Apostolicæ in iure communi fundatus est, Spec. in tit. de rescript. præsent. §. ex ratione formæ, Felin. in cap. ex parte vers. stilus de rescript. Calcan. dicto cons. 118. Vnde regulæ Cancellariæ legis vim habent, Papa illarum conditore regnante, quod intellige verum, quatenus sacri Concilij Tridentini decretis, ac iure communi non repugnent, cap. institutionis 25. quæstione secunda, cap. primo, de constitut. Ioan. Andr. in cap. nemo potest in Mercurial. de reg. iur. in sexto. Nā generaliter (vt moris est) illis in Romana Curia publicatis ligant, Ioan. Monach. in cap. regula iuris in generali de reg. iur. in sexto. Quare vt in qualibet Prouincia publicētur, opus non est. Ancher. cons. 296. & consil. 298. vbi illas non leges generales, sed denotatorias voluntatis illarū conditoris esse ait, quæ nisi per Papam successorem confirmētur, morte condentis expirant, idemque tenuerunt Ancher. in capitulo primo, de constit. Zabar. & Imol. in cap. pastoralis de fide instrum. & bene Capp. Tholos. decis.
180 444. At si contra dictas regulas pronūciari contingat, sententia non erit censenda nulla, sed bene contra ius partis lata, quia esse potest, quod alia ratione ad ita pronunciandum iudex motus fuerit, Achil. decisione prima, de sent. & re iud. allegans Felin. in capitulo primo, limit. prima, eodem titulo, & Abb. in cap. pastoralis, columna secunda, versic. Item, & fortius, de except.
181 Ac in tantum præfatæ regulæ Cancellariæ vigent, quod nisi de illis expressa mentio facta fuerit, nunquam derogatæ censentur, quia si pro lege (vt dixi) habentur, illis standū est, & sub clausula non obstantibus constitutionibus non comprehenduntur
182 Gomes. in Prohœm. regul. Cancell. quæstione quinta, numero primo, & per totum. Ob id si regulæ de iure quæsito non tollendo derogari contingat, talis derogatio non egredietur illos, de quibus mentio facta fuit Dec. consilio quadragesimo, numero duodecimo, Abb. in cap. veniens, sub numero quarto, de vot. & vot. redd. Crot. cons. 370. numero decimooctauo, & seq. volumine tertio, Paris. cons. 81. numero quinquagesimosecundo, volumine primo, Crauet. cons. 221. per tot. Gabr. lib. com. opin. in tit. de iure quæsito non. toll. conclus. 1. numero sexto, latè, neque per reductionem ad viam iuris tollitur ius quęsitum Veral. decis. 125. numero quinto, parte prima, & ideo, vt dixi regulæ præfatæ legis vim habent, quia sunt extractæ de corpore iuris, vel ex ratione naturali, ic circo sicuti iuris communis regulæ, vbique sunt seruandæ, sed non quando fuerunt extractæ ab vsu, & consuetudine iuris secund. Rip. in cap. ex parte, numero octuagesimo quarto, & octuagesimoquinto, de rescript.
184 Et quamuis per talem clausulam tollatur constitutio Apostolica: tamen non tollitur constitutio Conciliaris, quia habet clau-
185 sulam derogatoriam, vti nec priuilegijs in corpore iuris clausis per dictam clausu-
186 lam derogatum censetur, vt ibi Gomes. numero tertio, Papa etenim non pedes plumeos, sed plumbeos, quasi immobilis, & stabilis manens, habere debet, cum det cuncta moueri, iccirco eius leges, & statuta, non sunt singulorum auribus conculcanda, capitulo primo, de postul. prælat. Sed hoc dicere non omittam, quod partes clausula ista pro expressis habendis vti nequeunt, cap. qui ad agendum, de procur. in sexto, quamuis bene Princeps, Felin. in cap. cum dilecta, numero sexto. Ampliat. quinta, versic. & pro hoc vltimo facit, de
187 rescript. Regulæ Cancellariæ, quod nisi sub plumbo mandata exequi valeant, passim per Signaturam iustitiæ derogatur, mādando Iudici, vt sub suo paruo sigillo, regula contraria non obstante, mandata relaxet, & exequatur, super quo non amplius insisto. De clausulis reuocandi attentata, restitutionis in integrum, prorogationis fatalium, quæ sæpissimè commissioni huic adaptantur, nihil loco isto

dicendum dari, quia de illis in proprijs eorum commissionibus mentionem feci, 188 vbi te remitto. Quo vero ad clausulam, Legibus in cōtrarium facientibus minimè obstantibus, quamuis specialis legis mentio non fiat, tñ illas tollit, quādo supremus Princeps dicta clausula vtitur, quod non procedit in regulis Cācellariæ, & alijs relatis per Fel. in cap. postulasti, numero septimo, & seq. de rescript. Istis sic breuiter narratis ad commissionem appellationis extra Curiam subsequenter deueniamus.

SVMMARIVM.

1 *Commissionis appellationis extra Curiam tenor.*

2 *Commissio appellationis extra Curiam, quo ad certas clausulas est similis commissioni appellationis in Curia.*

3 *Commissio appellationis extra Curiam, Ordinario eius Vicario, vel Iudici Sinodali dirigitur.*

4 *Nomen iudicum Sinodalium quilibet Episcopus tenetur transmittere ad Rom. Cur.*

5 *Constitutionibus Sinodalibus, quare non deroget Signatura iustitiæ.*

6 *Diocesis nomen, quare in commissionis initio apponatur.*

7 *Commissiones temporalia concernentes, quare non dentur extra Statum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.*

8 *Principes temporales eorum subditos cogunt, ne extra eorum dominium causas agant.*

9 *Princeps sæcularis, præcipit suis subditis, ne litigent extra suum statum.*

10 *Signatura, rescripta emanata in temporalibus extra Statum Ecclesiasticum de medio tollit.*

11 *Papa iurisdictionē Dominorum temporalium turbare non intendit.*

12 *Appellatio ad Papam, quando sit nulla.*

13 *Appellatio ad Papam in causis Ecclesiasticis, & interesse animæ concernentibus interponenda.*

14 *Causæ profanæ in Statu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ interdum per breue, interdum sub plumbo, demandantur.*

15 *Clausula, & per breue in commissione extra Curiam si non adest, semper addenda erit.*

16 *Iudex in partibus, quando partes sunt discordes, quomodo detur.*

17 *Rescriptum est verbum generale, omnia rescripta Apostolica continens.*

18 *Rescripta Apostolica, quando non veniant extendenda.*

19 *Rescriptum causam non continens, est ipso iure nullum.*

20 *Commissio extra Curiam dirigitur ordinariè in dignitate constituti Ecclesiastica.*

21 *Commissiones ibi in partibus diriguntur, vbi copia aduocatorum habetur.*

22 *Commissiones in partibus, quare in dignitate constitutis dirigantur.*

23 *Clausula vocatis vocandis, cessat in mero exequutore.*

24 *Cap. Statutum de rescrip. in 6. locum habet, etiam in exequutore dato ad compellendum.*

25 *Clausula, vel eius in Spiritualibus Generali Vicario, quare in commissione extra Curiam ponatur.*

26 *Episcopus Vicarium, siue Vicarios Generales deputare potest.*

27 *Vicarius Episcopi substitutus Vicario Generali impedito, nō est capax causæ Vicario Generali commissæ.*

28 *Breue Apostolicum Vicario Episcopi directum, non comprehendit alios Officiales.*

29 *Vicarius Episcopi Generalis, non constito de eius deputatione, & iuramento, nulliter procedit.*

30 *Clausula, & committatur Vicario Generali, ac dignitatem in Ecclesia Cathedrali obtinenti, quare ponatur.*

31 *Vicario delegato per breue mortuo, an causæ cognitio transeat ad successorem.*

32 *Episcopo, cui per breue causa est commissa mortuo, an capitulum Sede vacante illam cognoscat.*

33 *Rescriptum personæ, & non dignitati directum, morte delegati expirat.*

34 *Plures iudices exequutores litterarum Apostolicarum habere, bonum est.*

35 *Exequutores in litteris Apostolicis debent esse certi, & nominati.*

36 *Rescriptum, quando dignitati directum dicatur.*

37 *Industria personæ, quando electa sit.*

38 *Commissio expirat illo ab officio recedente, cui cum nominis expressione sit rescriptum.*

39 *Commissio in prima instantia, facile in partibus, conceditur.*

40 *Causæ exemptorum, quare ab ordinarijs non cognoscantur.*

41 *Exemptorum nullus est iudex, præter Papam.*

42 *Tutor interdicta administratione, etiam tutor dicitur.*

43 *Exemptio dubia, non eximit ab ordinarij iurisdictione.*

44 *Iurisdictioni ordinarij ius assistit.*

45 *Signatura iustitiæ accurrate se gerit in rescribendo contra Concilium Tridentinum.*

46 *Papa solus concilijs derogat.*

47 *Statutis Papa derogat, per clausulam, non obstantibus statutis.*

48 *Nullam sentētiam Rota declarauit, eo quia in partibus prima instantia non fuit cognita.*

49 *Causæ beneficiales fructus annuos 24. Scut. non exce-*

excedentes, secundum Concil. Lateranense in curia non demandantur.

50 *Causæ in prima instantia in vrbis districtu, quando in curia committantur.*

51 *Archiepiscopus, quando in suffraganeos suam exerceat iurisdictionem.*

52 *Episcopus extra suam diocesim degens, an causas sibi demandatas cognoscat.*

53 *Clausula etiam, quod extra diocesim moretur, in breui episcopi directo extra curiam bona est.*

54 *Clausula conscientiam suam oneramus, quid operetur.*

55 *Clausula conscientiam tuam oneramus, an faciat, quod episcopus propriam conscientiam sequatur.*

56 *Clausula conscientiam tuam oneramus, tollit appellationem.*

Et quomodo grauatis succurratur in hoc.

57 *Clausula tam conscientiam oneramus, tollit, quod causa non possit subdelegari.*

58 *Appellatio à sententia clerici per iudicem laicum deputati, an ad Ecclesiasticũ, vel laicum interponenda.*

59 *Clausulæ derogatoriæ constit. Bonifacij Octaui circa dietas, & multa hic.*

60 *Signatura Iustitiæ, quare apponat clausulam dummodo non vltra tres dietas.*

61 *Referendarij Iuridicas clausulas commissioni addere debent, tollere ineptas.*

62 *Commissio, puta Archidiacono directa, si plures Archidiaconi sint, cui causa erit demandata.*

63 *Clausula, quod si non omnes interesse poterint, alter vestrum &c. quomodo intelligatur.*

64 *Clausula si non omnes nequierint, tu Frater episcope &c. Intellectus.*

65 *Canonici, si sint in clausula omnesque alios comprehensi, capitulum erit exclusum.*

66 *Appellatio à sententia Vicarij, quando ad episcopum interponatur.*

67 *Vicarius, licet generalis, sibi non potest substituere.*

68 *Vicarius, nisi habeat particularem facultatem, beneficia non confert.*

69 *Vicarius extra diœcesim degens, nullo pacto beneficia confert.*

70 *Episcopus sub nomine dignitatis, non proprio, confert beneficia.*

71 *Nuntius Apostolicus vnius Regni, non confert beneficia extra suam iurisdictionem.*

72 *Episcopus residens in Ro. Cur. quomodo, interim beneficia conferat.*

73 *Episcopus, an in sua Ecclesia causa sit suspectus.*

74 *Episcopus, an in causa sui metropolitani sit suspectus.*

75 *Episcopo suspecto, an sit suspectus Vicarius.*

76 *Vicarius ab Episcopo resignante deputatus, an vsque ad aduentum successoris duret.*

77 *Appellatio, an à decreto de residendo detur.*

78 *Appellatio an à visitatione Episcopi admittatur.*

79 *Biennium, quomodo vigore Concilij Trid. in causarum expeditione seruetur.*

80 *Iudex lapso termino præfixo, nulliter procedit.*

81 *Appellare, a Iudicis tarditate, quomodo, & quando ius permittat.*

82 *Matrimoniales causæ an in partibus sunt tractãdę.*

83 *Vir, & vxor quando vna caro dicantur, & vnus spiritus, & quando non.*

84 *Alimenta vxori, causa matrimoniali durante, præstanda sunt.*

85 *Alimenta sucumbens neque restituit, neque cauet de illis restituendo.*

86 *Causæ cõtra Episcopos, à solo Papa demandantur.*

87 *Causæ contra Epos, metropolitanis in partibus, siue Nuntio, vel interdum in Ro. Cur. committunt.*

88 *Matrimoniales causę sunt fori Ecclesiastici.*

89 *Episcopi sub Pontificatu S. D. N. Clem. VIII. ante aßumptionem examinantur, & de iure.*

90 *Ecclesia maxime literatis, à quibus mundus illustratur, noscitur indigere.*

91 *Dispensatus ad beneficia, non intelligitur ad Episcopatum.*

92 *Episcopus non est ante 30. annos promouendus.*

93 *Plus peccant docti, & in sacris constituti, alijs indoctis, & non initiatis.*

94 *Eps in causa suo Vicario delegata, se non ingerit.*

95 *Signatura vicarijs Episcoporum solum rescribit, & non alijs eius officialibus.*

96 *Clausulæ, & cum absolutione à censuris virtus, & efficacia.*

97 *Clausula & cum absolutione a censuris, si deerit in commissione, erit à Referendario addenda.*

98 *Clausula, & cum absolutione à censuris, &c. quid operetur.*

99 *Absolutio ad cautelam non ita de facili danda.*

100 *Absolutio ab excommunicatione non debet dari sub condictione.*

101 *Absolutio à censuris, quibus, & quando denegatur pone multos casus.*

102 *Clausula ad effectum dumtaxat presentium consequendorum, quid restringat & quomodo intelligatur.*

103 *Rescriptum impetratum ab excommunicato super consequutione causæ, quomodo valeat.*

104 *Absolutio ad cautelam conceditur oratoribus excommunicatorum.*

Commissionis Formula

Com. Imolensis.

1 Beatissime Pater, lite & causa pendentibus coram R. P. D. Episcopo Imolensi, vel eius in spiritualibus generali Vicario, causa, & occasione nonnullarum pecuniarum siue bonorum &c. in prima seu alia

alia veriori instantia, inter deuotum S. V. oratorem H. actorem ex vna, ac quendam P. clericum ex altera. Idem iudex non minus nulliter, quam iniuste, & inique ad fauorem aduersarii contra oratorem diffinitiuam sentẽtiam protulit, vel vim diffinitiuę habentẽ, in qua illum condẽnauit &c a qua Orator se grauatum sentiens, infra legitima tempora ad V. S. sanctamque sedem apostolicam appellauit, ac de nullitate dixit: Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationũ nullitatis, & nullitatum iniquitatis; & notoriæ iniustitiæ, attẽtatorũ, & innouatorũ quorũcunq; nec non quã, & quas idem orator habet, & mouet, habereque & mouere vult, & intendit, contra d. P. aduersarium, omnesque alios sua communiter, vel diuisim, quomodolibet interesse putantes, ac in exequutione præsentium nominandos, & cognominandos, etiam si vltra quatuor, cũ omnibus suis annexis, & connexis, incidentibus, dependentibus, & emergentibus, ac toto negotio principali, alicui alteri ex ordinarijs viciniorib⁹, vel eorum in spiritualibus generali Vicario, siue alicui Iudici in sinodo Diocesana deputato, audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, summarie, pro vt in beneficialibus, committere, & mandare; Cum potestate citandi, & inhibendi, toties quoties, quos, quibus opus fuerit, quauis authoritate, & dignitate, etiam si Episcopali muniti fuerint, etiã sub censuris, & pœnis ecclesiasticis, eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, contradictores, & rebelles pęnas prefatas incurrisse declarandi, grauandi, & regrauandi, & interdicendi, inuocato (si opus fuerit) brachij secularis auxilio, seruata tamen forma Sacri Consilij Tridentini, attentata, & innouata quęcunque, in primis & ante omnia, prout iuris fuerit, reuocandi, fataliaque toties, quoties opus fuerit prorogãdi, ac oratorem, quatenus opus sit, in integrum aduersus eorum lapsum, vel alias, saltim ex generali clausula, si qua mihi iusta causa, &c. prout de iure, restituendi, ceteraque omnia, & singula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna, Constitutionibus ordinationib. Apostolicis, stilo Palatij, Bonifatij 8. S. V. prædecessoris de vna, & concilii generalis de duabus dietis, dũmodo nõ vltra tres, cæterisque quomodolibet in contrarium facientibus minime obstantibus, quorum tenores, statum, & merita causæ pro sufficienter expressis S. V. haberi placeat.

Et cũ absolutione à censuris ad effectum &c. & per breue S. V. expediendum.

Vel si appellationis causa in Romana Curia demandari petatur, subdatur, & quia agitur de causa graui, summam 500. scutorum excedente, vel de perpetuo preiudicio, aut in iure difficillima, in qua multa dubia, ĩ iure ambigua discutienda veniũt. vel orator ob aduersarij potentiam perhorrescit in partibus litigare, vbi iustitiæ complementum consequi non sperat, & iurare in manibus S. V. paratus est, prout iurat, siue quia sunt pupilli, ecclesia, vel alij priuilegiati, aut alias secundum facti occurrentiam. Ideo dignetũ S. V. causam, & causas appellationis, vt in alia commissione in Ro. Curia dixi, vsque ad finẽ addito ibi inhibendi in curia & extra eam, quod breuitatis causa non repeto; sed eo te remitto.

2 Clausulę in hac commissione fere sunt eadem, quæ in commissione appellationis in curia, ideo tangam hic solum clausulas, de quibus nulla fuit in præfata commissione mentio facta, ne bis idem repetamus, quia ea, quæ dixi de alijs clausulis, supra videre poteris.

3 Petitur igitur in hac commissione, vel alteri ex iudicibus in sinodo diocesana deputatis, vel alicui ex ordinarijs vicinioribus, sub quo nomine continẽtur etiam vicarij generales, quia officio, & non industrię personæ rescribitur, causam demandari, eo quia, & qualitas, & quantitas causę, vel personarum priuilegiatarum sic expostulant, & commodiores sunt collitigantibus iudices, ob id ne extra diocesim aliquando causam agant, in Sinodo diocesana parti-
4 culari, vel vniuersali coram Metropolitano, ex dispositione Concilij Tridentini sess. 25. cap. 10. saltim quatuor, aut plures probatæ personæ vt causas appellationis audiant, deputantur, & seliguntur, qui omnibus sunt noti & ipsis solum in causis appellationũ ab ordinarij sententijs, si in eadem diocesi tractandæ veniant, quamuis aliquando de cõsensu partium iudex eligatur, rescribitur tam per Sedẽ Apostolicam, quam per Legatos Nuncios aut Ordinariũ iter, vel authoritatem habentes, dummodo ad forum Ecclesiasticum causæ pertineant, & ob id tenentur ordinarii ad Roman Curiam ã taliũ iudicum diocesanorum notam transmittere, quamuis si præfati iudices sinodales ex aliqua iuridica causa redderẽtur suspecti, al-

teri

teri in præfata diocesi si voluerint de consensu partium etiam, sin secus, extra eam causa demandabitur, & idem videtur dispositum in cap. statutum, de rescri. in 6. à Bonifacio Papa VIII. æditum, quod allegato loco Cõcilium Tridentinum approbat, de quo non nulla infra subnectam: Et an Diocesis territorij nomine comprehendatur, remitto te ad tradita per Zabarel. in Clem. ne Romani §. sanè. num. 4. de elect. & elect. potestate.

CLausulas nempe attentatorum, restitutionis in integrum, ac fatalium prorogationem concernentes, in suis particularibus cõmissionibus uidere infra poteris.

5 COnstitutionibus synodalibus per Signaturam Iustitiæ, quia sunt statuta, de quibus idem, quod de statutis censendum est, non derogatur, ob id, si dicta clausula derogatoria apponatur, delenda erit.

6 Diocesis itaque primo in huiusmodi, & pariter omnibus commissionibus nomen apponendum venit, in medio paginæ à capite: dico Ciuitatis illius principalis, & episcopalis, cui locus, in quo causa tractatur, subest; & Diocesis dicitur parochia episcopi, quæ regulariter ad ipsum de iure spectat, Abb. in cap. parochianos nume. 2. de sent. excom. & in cap. graue nu. 2. de off. deleg. & in cap. fi. num. 6. de schismatic. & Ciuitas illa dicitur, quæ habet episcopum, Rebuf. in per concord. Franc. in Rub. de collator. §. statuimus el 2. in verbo in ciuitatibus. Bar. in extrauag. qui sint rebelles in verbo Lombar

7 diç. Idq; ratione fit, vt Ciuitatis inspectione, considerata in precibus, causa inserta, secerni posset, an sit prophana, vel ad alium pertineat Principem, quo stãte vt subnectam, non rescribitur, vtq; cõsiderari possit, quomodo rescribendum sit, a quo, vel quibus appelletur, an locus sit exemptus, & sibi concessa priuilegia, vti Ciuitas Anconitanæ in causis Mercatorum, cui a S.D.N. Clemente Octauo, secundæ, & tertiæ instantiæ cõces-

8 sæ fuerunt. Valde etenim inuigilandum erit, ne in temporali dominio extra statum ecclesiasticum, & sic in temporalium Principum ditione, in causis prophanis rescribatur, quia cum in temporalibus ipsi sint Domini absoluti, talis iurisdictio, ac demandare causas illorum, seu ab illis facultatem habentium, munus, & cognitio pertinet.

9 Multoties vero videmus, quod quando laicus Sanctæ Sedi Apostolicæ nõ subditus, in prophanis causam agi in Romana Curia vult, Princeps eius Dominus, potius de facto, quam de iure procedens, suam iurisdictionem conseruandi nacta occasione, illum arctat, etiam sub grauissimis pænis prohibendo, vt a tali prosequutione in Ro. curia desistat, ac in suo Dominio, coram suis Iudicibus causam tractet, nõ considerando censuras, & pęnas in apostolicis constitutionibus insertas. Tuncque, cum in eius sit posse, sub eius velle, & fortijs, non est de Iurisdictione discutiendum, nolentes in discrimen ius suum ponere, ideo super eo disputare non permittunt, & secus facere, totum mundum foret reuangare, Corn. cons. 194. num. 7. vol. 4. Potest autem hoc casu suis subditis laicis in prophanis, ne coram alio Iudice litigent (in causis profanis dico) præcipere, ac ne alterius Iurisdictionem prorogent, impedire, ca. ex tenore vbi Abb. in 2. not. de for. comp. Ratio vrget, quia ordo confunditur, quando sua vnicuique Iuris-

10 dictio non seruatur, cap. peruenit 11. q. 1. Ideo si forte rescriptum sit, tacitis multis, quæ Signatura vaticinari nequit, solet eadem Signatura, si in talibus causis profanis laicorum mere forte rescriberet, quod nunquã facit, vel facere solet, tollere de facili de medio commissionem, vt impedimento sublato, in partibus causa coram suis Iudicibus remaneat cognoscenda, & Romanæ curiæ, immo sedis Appostolicę Iurisdictio tueatur, tuncque potius ex Signaturę decreto videtur causa remissa, quam de facto auocata. Quod alia (Iudicio meo) etiam fit ratione, vt summus Pontifex, temporalium Dominorum malitię occurrat, quasi de peccato ipsorum diminuat, sec. Vestr. in sua prax. lib. 3. cap. cæterum extra viam numero 8. & 9. Imol. & Butr. in Clement. pastorali de re

11 Iud. Soc cons. 164. vers. Quartus est casus vol. primo. Papa certe temporalium Dominorum iurisdictionem, dummodo ad forũ Ecclesiasticum causæ cognitio non pertineat, turbare non intendit, vt eleganter dixit Abb. in cap. ex suscepto num. 2. & 6. de

12 for. comp. Imo, si ad Papã in similibus causis mere prophanis prouocetur, quia necessariũ est, vt ad superiorẽ appelletur, ex omissione formæ substãtialis, erit appellatio nulla, sec. Glos. in c. 2. de consuet. in 6. & Moder. in rub. de App. Nam Papa in terris Imperij, & aliorum Principum ei non subditorum, temporalem iurisdictionem exercere non vult: vnde (vt dixi) appellatio in supradictis casibus, ad eum interposita, respectu formæ, erit nulla, & ita tenuit Rui. cons. 113. num. 6. & 7. vol. 4. DD. in cap. nouit de iudic. & in cap. licet de for. comp. secus autem in Ecclesiasticis negotijs personarũ

Ecclesia-

Ecclesiasticarum, ac animę interesse concer
13 nentibus, quia cum omnium beneficiorũ, ac Ecclesiarum sit Dominus, ac de alijs causis spiritualibus ad libitũ disponere valeat, auocando, committendo, lites extinguendo, vt æquum sibi videbitur, cuius speciale munus est, disponere poterit, Butr. in cap. 2. num. 1. de constit. in 6. Cagn. in l. fi. nu. 20. C. de pact. Nam cessat omnino in supradictis Principum laicorum facultas, Causæ vero Prophanæ in terris Ecclesiæ, per Breue,
14 & interdum sub plumbo, vti etiam extra temporalem ecclesiasticam dictionem, dũmodo Ecclesiasticam authoritatem, vel animæ interesse (vt dixi) concernãt, demandantur. Ideirco, quando in commissione extra curiam dirigenda non adsunt illa verba, & per breue S. V. hac supplicatione introclusa, per D. Referendarium ad-
15 denda veniunt, alias non erit commissio signanda, Staphyl. de lit. Iust. c. quando petatur, numero 1. & 2. eaque ratione adduntur, Primo, vt Breue per Secretariorum Collegium expediatur, Secundo, quia orator per breue, quem petit in iudicem habet, & ego tertiam, & quartam addo causam vltra inueteratum stilum, vt maior sedis Apostolicæ authoritas appareat, & honorem, si sub annulo piscatoris talia breuia expediantur. Quarto vt detur differentia inter causas in Romana Curia committendas, & alias extra eam, nam si petitur Breue in clausula, & per Breue, &c. ad rescripti validitatem venit expediendum. At quando sub plumbo vellet expedire bullam, facienda esset mentio de hoc in commissione. Sępe vero sub plumbo tales commissiones expediuntur, quando aliquis de Collegio scriptorum Breuium habet interesse in causa, ad effugiendum suspitionem ne cum clausulis mutilatis, aut insipidis Literæ Breuis relaxentur,
16 quod cessat, Cancellariã adeundo At quando essent de iudice in partibus collitigantes discordes, de eo debent concordare, vel coram Illustrissimo Signaturæ Præfecto, vel D. Referendario, aut substituto Illustrissimi Præfecti Signaturæ, aut coram expeditore breuis, quod non seruatur in causis Romanæ curiæ, vt dixi in cap. de Officio D. Regentis Cancellariæ, & in alio etiam differunt commissiones istę, quia remanẽtes in Curia non registrantur, sed bene illę extra curiam ante compilatum breue in Archiuio Apostolico illis datatis & ideo data in rescriptus apponitur, vt prior, & posterior cognoscatur, cap. fi. de rescrip. in 6. Rescri-
17 ptum est verbum generale, ob id illius appellatione, omnia Apostolica rescripta, quomodocumq; expedita continẽtur. Staphyl. vbi supra capit. 1. & 2. quamuis rescriptum ad lites sit stricti Iuris, & stricte intelligatur vnde non extenditur, Rimin. sen. cons. 410. num. 2. vol. 3. Bursat. cons. 73. num. 6. vol. 1. Afflic. decis. 366. num. 3. Et eo magis nõ veniunt extendenda, quia sunt odiosa dero-
18 gando Iurisdictioni ordinariæ, Ias. in l. serui electione numero 18. ff. de leg. 1. extensionem autem vltra eorum verba, & delegantis mentem, non patiuntur, DD. in rub. & in cap. super literis, & in cap. fi. de rescrip. Rimin. sen. cons. 295. nu. 5. & 6. vol. 2. Fel.
19 in cap. examinata, num. 11. de Iudic. Itaque si causa in rescripto non comprehendatur, ipso Iure, & processus, & sententia redduntur nulla, Paul. de Castr. cons. 254. num. 23. vol. 1. Felin. in capit. sedes in fin. de rescrip. Ruin. cons. 37. sub num. 9. vers. quo vero ad tertium volum. 5. defectu iurisdictionis.

Circa commissiones; sed vt melius dicã, Breuia commissionis causarum, quæ quotidie extra curiam diriguntur, præsupponendum venit, semper Signaturam in ali-
20 qua dignitate constitutis, tam ecclesiastica, quam prophana, secundum facti qualitatem rescribere, de quo suo loco differemus, Modo autem de Ecclesiasticis tractandum erit, & hoc facit mandante Papa, in capit. Statum §. cum vero de rescrip. in 6. & in Clemen. Iudices de offic. delega. Bellamę. decis. 43. Ac in locis, vbi Aduocatorum, & procuratorum copia haberi possit, vt
21 ibi glos. in verbo perito, mihique huius facti rationem sciscitanti, occurrit Corn. in cons. 348. num. 29. vol. 1. ex mente Bart. in l. Ambitiosam ff. de decret. ab ord. facien. id fieri, quia dictis in dignitate constituto-
22 rum facilius creditur: ob id illorum statui, & dignitati causæ committuntur, quod cæteris Pedaneis Iudicibus non fit, quibus propter honorem, & reuerentiam literarum Apostolicarum, non rescribitur, cap. statutum. §. cum vero, sup. alleg. Innoc. in cap. Pastoralis num. 1. de off. deleg. quamuis sec. dicta Ancher. in ca. dudum num. 5. de Iudic. Innoc. intricate loqui soleat, maxime in causis beneficialibus iudicialiter ventilatis, quod procedit tam respectu iudicis, quã loci, & ita obseruare Cancellariã dicit decisio Thol. 203. licet vnus articulus merum factum continens, vtputa immissionẽ in possessionem, alteri etiam Ecclesiastica dignitate carenti demandari possit, Glos. in Clem. vnica, in verbo Iudicis, de off. deleg. vt videmus in literis monitorialibus, siue

exequu-

exequutorialibus relaxatis p Aud.Cam. vel Rotam, quæ exequi ab omnibus clericis,& alijs mandantur. ratio est, quia quando non requiritur aliqua gratiæ purificatio, potest exequtor dari, etiam si in Ecclesiastica dignitate constitutus non sit, & non habeat qualitates d. §. cum vero, quæ in exequtoribus datis in literis gratiosis requiruntur, Fel. in cap. postulasti. col. 3. vers. dum declarat. Abbas. de rescrip. Card. in clem. 1. q. 5. co. titu. quamuis (vt dixi) de stilo curiç semper in ecclesiastica dignitate constitutis rescribatur, quia non desunt, vt per Io. Andr. & Perus. in d. cap. statutum §. in nullo, & testatur Collect. in ca. proposuit col. 1. de concess. præb. Licet Rota, vt habetur in decis. 29. de rescrip. in nou. d. cap. statutum non habere locum in exequtoribus mere gratiarum, vel sententiarum exequtoribus declaret, & allegato Cancellariæ stilo respondet, nec seruandum, nec vsu receptum in subdelegatis, quibus non committitur nisi nudum ministerium, puta prouisio, vel inductio in corporalem possessionem, quæ sine ulla causç cognitione fieri possunt, respondeat, vt pariter videmus in examine testium late Rip. cum add. in cap. 1. num. 5. de rescrip. Quare huiusmodi causç insimul, & clerico, & laico demandari nequeunt, neque esse iudices, si spiritualitatem sapiant, cum sint earum incapaces, vnde neque arbitri erunt nisi in eo, in quo à iure particulariter indulgetur. Rip. in cap. decernimus, nu. 37. de iudic. Immo num. 3. ibi subdit. quod neque Episcopus laico delegare causas poterit, nec Vicariū creare, quia cum sit Iudex ad vniuersitatem causarum illarum, de quibus est incapax, iure resistente creari nequit, sed bene Papa illa, quç sunt iurisdictionis, non ordinis, laicis delegare valet, vt ibi Rip. num. 40. & num. 96. & an laicus possit Episcopo assessor deputari, vide ibid. Rip. num. 57. & in hoc te non lateat, quod si Papa sub dignitatis nomine alicui rescribat, tamen illam dignitatem approbare non videtur, ca. si summus de sent. excom. Felin. in cap. solitæ num. 1. de maio. & obed. At fratres mendicantes, quando habent requisita in c. statutum de rescri. in 6. bene possunt esse delegati Apostolici, vt per eund. Felin. in cap. cum olim. nu. 1. eod. tit. Sed quando requiritur causæ cognitio, vel adest clausula vocatis vocandis, tunc de-
23 bet attendi dictū cap. statutum, quod (vt dixi) cessat in mero exequtore, vt abunde per Aufr. in addit. ad decis. 203. Cap. Tholo. allegātem Staphyl. in 8. forma mandati, habebit locum d. c. statutum etiam in exequtore dato ad compellendum. ratio est, quia id
24 facere nequit absque excommunicatione, & alijs iuris, & facti remedijs, cap. si soli, de concess. preb. in 6. Igitur quando quotidie rescripta Episcopo diriguntur, ad tollendā omnem disputationem addit Cancellaria clausulam, vel eius in spiritualibus generali
25 Vicario. ratio est, quia Vicarij foranei, & cæteri Episcopi officiales, non possunt esse Apostolici subdelegati, nec Papæ rescripta exequi, capit. quoniam de rescrip. in 6. ca. ne captante de concess. preb. Habet autē
26 Episcopus facultatem creandi Vicarium, vel Vicarios Generales, & quamuis Vicariorum plura sint genera, sec. Felin. in cap. postulasti num. 1. de rescrip. tamen sunt attendendi generales, qui habent dignitatem: ob id est eis concessum, vt possint esse exequtores, Clem. & si principalis vbi Glos. in verbo principalis de rescrip. Rip. in cap. 1. num. 6. eod. tit. & vt ibi per multas rationes, Ripa
27 subdit, intantum id verum esse, quod alter Vicarius cōstitutus in absentia Vicarij generalis, seu in causa impedimenti, quia non habet dignitatem, non est comprehensus in rescripto, nec potest esse subdelegatus, licet sit propter absentiam, seu impedimentum alterius constitutus ad tempus, taleque
28 rescriptum neque comprehendet cæteros Episcopi officiales, præter Vicarium Generalem, vt ibi latè Rip. num. 6. & 7. Neque gesta per Vicarium Generalem valent, nisi
29 constet de iuramento, & deputatione facta, quod in episcopo non requiritur, Bertach. in Tract. de Episc. 7. par. lib. 4. q. 8. Rot. decis. 4. num. 3. de off. Vicar. in nou. Licet mul-
30 toties vltra Vicariū generalem addat aliud, ac dignitatem in Ecclesia Cathedrali obtinenti, & ideo dignitatem obtinens Vicario adiungitur, quia plus oculi, oculo vident, & vt maturius res ecclesiç expediantur, ac tractentur d. c. statutum, maxime in materia si in euidentē, vt dixi in c. de Sig. Grat. datur talis clausula. Sed quid, si delegatus Vicarius
31 pendente causa moriatur, an delegatio transeat in successorē: & Rota tenuit quod non, nisi probetur consuetudo, vel stilus in contrarium omnino esse, Achil. decis. 3. de off. Vicar. Dec. in cap. quoniam Abbas, de off. deleg. reprobando in hoc opinionē Card. & aliorum ibi allegatorū in contrariā declinantes sententiam. Pariter delegata cau-
32 sa Episcopo, si quando tractatur, & agitur obit, sede vacante Capitulum, vel ex delegatione, vel ex consuetudine Episcopali Iurisdictione vtitur, per consequens quæritur, an in causa Episcopo delegata pcedere possit,

sit, in quo negatiue respondendum venit, quia cum simus in mandato Iurisdictionis, solum concernente dignitatem, cui rescriptum directum fuit, quæ in Capitulo cessat, & in suis terminis stricte concessio tenenda est, ideo a tale cognitionis causæ, erit capitulũ exclusum, Bellam. decis. 166. Quia rescri
33 ptum dignitati, & non personæ nominatæ in eo expresse dirigitur, nam si moriatur, ad successorem transit. ratio est, quia dignitas non moritur, cap. si gratiose de rescrip. in 6. vnde ille, qui in eandem subrogatur dignitatem, & exequi, & de causa cognoscere poterit, ca. quoniam de off. deleg. Sed quando agitur de executione Literarum Apostolicarum, duos, vel tres habere executores, bonũ est, Aut si vnus tm̃ fuerit datus, antequam moriatur, curandum erit, vt alium subdeleget, vnde Cancellaria bene facit, & seruat, duos vel tres executores dando in literis, ad hoc vt vno, vel altero deficiente,
34 superstes citius exequi possit. In hoc autẽ particulari requiritur, quod isti executores sint certi & nominati, quia secus non valeret rescriptum, si committeretur omnibus, & singulis, quibus rescriptum præsentari contigerit, cap. is cui de offic. deleg. in 6. Et quod tale negotium non facta de nomine
35 particulari mentione, dignitati committatur, & deinde primo mortuo ad successorem transeat, dixere Dominicus, & Io. And. in cap. si ad Apostolicæ de off. deleg. in 6. Tiraq. de caus. cess. par. 1. num. 220. tex. est in cap. quoniã Abbas de off. deleg. quia cum dignitati, quæ numquam perit, sit causa demandata, dum non est certum nomen expressum, nihil refert mutatio personæ, nam secus quando esset designata persona particulariter, seu nomen expressum, quia tunc censetur electa industria illius, quę per
36 mortem expirat, & ita si alia persona, puta Gubernatoris, vel alterius fuerit nominata, tunc de beneuolentia, & confidentia Papæ apparet, Exod. 23. Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum ex nomine noui, Gomes. in reg. canc. de annal. pos. q. 30. vers. & ista omnia de plano, vnde fit, quod Princeps, particulariter existentem in Officio nominando, censetur Industriam personæ voluisse eligere, ipsiq; prudenti, & sapienti, non officio causam demandare, adeo quod eo ab officio remoto, vel recedente, commissio
37 expirat. Et quando transit ad successorem, si iam mortuus fuerit allegatus suspectus, talis suspitio cessabit in eo, quando dignitas suspecta non sit, vt ibidem Tiraq. Commissio pręsens in partibus conceditur, quan-
38 do sumus in prima instantia; vel quando tacitis præmissis, orator, qui non vult in tali instantia causam in Ro. Cur. petit illam pręuia auocatione ad partes remitti, vnde accurate in hoc particulari procedendum venit, ne fiat contra Sacri Concilij Tridentini dispositionem, in cap. causæ omnes 24. session. Inibi vero ordinariæ sunt cognoscen-
39 da, qđ intellige (vt diximus) in prima instãtia, de illis, qui ordinarijs subsunt, & non de exemptis, vel de delegatis a Papa, capitulo graue vbi Glos. 1. & Abb. num. 5. de off. ord. alij nempe, qui eadem ordinaria Iurisdictione vtuntur, & illi non subsunt, parere ordinario non tenentur, cap. ordinarij vbi glos. in verbo ordinarij, eodem titulo, in 6. quia, si ratione personæ, vel beneficij ipsi subijci prætendunt, non venit coram ordinario causa tractanda, imo auocanda, si cõmissa esset. Ratio est, quia nullus est exẽ-
40 ptorum Episcopus præter Papam, & quamuis exemptio habitum dignitatis Episcopalis non tollat, tamen tollit exercitium, quod in exemptis impeditur, sicuti videmus in simili de tutore, cui licet administratio sit
41 interdicta, nihilominus non desinit esse tutor, l. si pluribus ff. de aut. tut. Oldr. cons. 171. num. 13. Innoc. in cap. ex parte, nu. 3. vers. verum autem exemptus sit, vel non, de verbo sign. Rom. cons. 369. numero 19. Hinc videmus, quod inter cæteros religiosos fratres Cistercienses, habent priuilegia Apostolica, ne procedatur cõtra illorũ tenorem etiam stantibus Apostolicis rescriptis, nisi ordinis facta mentione Felin. in cap. cũ ordinem num. 1. de rescrip. sed hoc procedit, quando clare constat de exẽptione, quia
42 si esset dubium, cum talis exemptio in odiũ ordinarię Iurisdictionis tendat, non solum strictè intelligenda, sed interpretatio ad fauorem ordinarię iurisdictionis, pro qua ius assistit, facienda erit, Veral. decis. 48. par. 1. & abstinendo se Signatura Iustitiæ a pręmissis, si iuxta Canonicas sanctiones rescribit, continue semper quę in prima Instantia, be-
43 ne facit, quia si legibus ac statutis derogare non valet, Staphyl. de lit. Iust. cap. secundum est l. 2. C. de diuers. rescrip. cap. causam quæ de rescrip. Tanto minus Sacr. Conc. Tridentino, cui derogare ad solum Papam
44 pertinet, vt per Rebuf. super concord. Frãc. in forma mandati Apostolici, in verbo Statutis, vers. & in literis gratię, nã semper Papę authoritas in statutis Cõcilij excipitur, Dec. in c. significasti nu. 11. de post. mil. & concilium non est supra Papam, idem Dec. in ca. licet euitanda, nu. 7. eod. tit. At in signatis

manu

manu Papæ derogatur statutis, absque eo, quod alia specialis mentio fiat ipsorum, quia sufficit generalis mentio non obstātibus statutis, vt per Grau. cons. 610. num. 3. & cons. 963. num. 2. Et sic nisi a diffinitiua, seu diffinitiuæ vim habēte appelletur, dūmodo non adsit suspicio, vel alia legitima causa in partibus in prima instātia corā ordinarijs vidēdę causæ remittuntur: & ideo in vna Paduana Decimarum 4. Iulij 1576. coram D. Ces. de Grass. Decis. 9. nu. 1. de caus. pos. & propr. qa moniales coram Nuntio Venetijs commo-
46 rante, in prima instantia ad causam tractæ fuerunt, & in 2. coram. D. Patriarcha, contra Conc. pręfati dispositionem, Domini de Rota dixerunt sententias nullas, & remiserunt pro earum sanatione partem ad Signaturam S. D. N. eo quia aderat defectus iurisdictionis, sed non totaliter, stante consensu partium, vt infra dicam, in commission.
47 sanat. nulli. Quare causæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes, vel etiam beneficiales, in prima instantia in partibus (vt dixi) tractandæ veniunt, postea in secunda in Ro. Curia. Si quantitas, & qualitas causę, ac personarum, id exposcat, & ita ante Sacrum Concilium Papa mandauit, in cap. conquestus, vbi Doct. de foro compet. licet vigore
48 Lateranensis Concilij, sub Leone Decimo celebrati, causæ beneficiales in prima instātia, quando nō excedebunt summā 24. ducatorum non trahebantur ad Ro. Curiam. Sępe euenit, vt in causis beneficialibus, vel fori Ecclesiastici, maxime alicuius considera-
49 tionis, in Vrbis districtu, qui intelligitur per quadraginta miliaria circum circa, porrigatur commissio, in qua pręuia auocatione de partibus in curia demandari causa petitur, præcipue quando datur aliquis fumus suspicionis, vel non tuti accessus, aut aliæ iuridicæ rationes adducuntur, quibus mediātibus, inibi non speratur iustitiæ complemētum consequi, in quo casu existētibus valde curiæ propinquis, & in curia nihilominus venirent in secunda instantia tractandæ, ac in districtu nullus pręter Papam Metropolitanus adsit, nec intra 100. miliatia, & quia melius, quam alibi cognoscuntur, & tuentur, remoto periculo registrorum de partibus, qui vt plurimum sunt nulli, facile in ea demandantur, sed secus in prophanis vt infra subnectā, Quamuis Alias fel. rec. Greg. XIII. Vir nempe in omni scientiarum genere doctissimus, & à teneris annis in Ro. Cur. versatus, qui alias ex nostris Referendarijs Vtr. Sig. fuit, existente Illustrissimo, & Reuerendissimo Ascanio Cardinali Sfortia bo. me. Signaturę Iustitię pręfecto, viro integerrimo, literisue prædito, sub quo maxima diligentia, & disputatione negotia Signaturæ gerebantur, vt etiam hodie, sub Illustrissimo & Reuerendissimo Cardi. S. Georgij dignissimo præfecto, vt dictus Illustris. Cardinalis in Signatura retulit, mētem esse S. S. quod causę beneficiales, qn̄ literæ sub plumbo expeditæ erant, ac de illarum nullitate, vel intellectu tractabatur, etiam si in prima essemus instantia, per Signaturam Iustitię in curia demandarentur; eo quia de viribus literarum Apostolicarum, ac intellectu iudicare, ad Romanæ Curiæ iudices, & in specie ad Sacrę Rotæ Auditores, & non ad alios inferiores pertinet, quare secundum Sanctissimi mentem, tunc pluries ita rescriptum fuit, & sępe hodie rescribitur. Archie-
50 piscopus, qui Metropolitanus dicitur, & proprius grauaminis Episcopi est Iudex, cap. pastoralis in princ. vbi Abb. nu. 2. & 7. Bellam. num. 1. de off. ord. Gemin. in cap. litigantes. nu. 7. vers. & est ratio eo. tit. in 6. in suffraganeos subditos iurisdictionē non habet, nisi ad ipsum appellatio interponatur, cap. pastoralis de offic. deleg. quod tamen intellige sec. Abb. in cap. ab excommunicato, nu. 13. de rescript. nisi ex causis ligitimis iudex ad quem esset suspectus, vel tutus non pateret accessus, vt in Commissione de iudicum suspicione dixi, itaque vt ibi subdit nume. 5. Gemin. & Franc. num. 4. Archid. num. 1. & melius in cap. 1. num. 3. vers. adhęc non credo, eod. tit. in 6. bene Appellationes, à sententia suffraganei per subditos interpositas
51 cognoscit. Sed pone, degit Episcopus extra iurisdictionem, vel suam diocesim, dirigitur pro aliqua causa cognoscenda illi breue, puta Episcopo Ciuitatis Castelli, vel alii, quęro an degente illo extra suam diocesim, causam, vel alias causas præfato modo sibi cōmissas cognoscere possit? & dico resolutiue ꝙ non, qa cū sit Ep̄s ille in certo loco deputatus, ibi dignitas electa intelligitur, sed quia extra illam exercere Iurisdictionē nequit, ꝑ consequens loco supradicto causam cognoscere non valebit. Quod declara, nisi in breui mentio fieret de mora, seu residentia extra præfatam Iurisdictionem, vel diocesim, aut si esset solitus ob aeris intemperiem extra illam residere, vel si fuerit
52 nominata persona, & in specie eius industria electa: sed ad omne dubium tollendum, bene erit in pręfato breui curare, vt omnimode ponatur clausula, ēt si extra dio-

cesim moretur, vt per Abb. in ca. non nulli num. 7. de rescrip. & in cap. fi. circa princ. de iudic. & in cap. cum. olim de excep. Card. in
53 clem. fi. in 2. respōso q. 3. de sent. excom. Rescribere aliquando S. D. N. solet alicui Episcopo, cum clausula Conscientiā tuam oneramus, quę clausula operatur, vt arbitrio boni viri remissum negotium censeatur, c. non solum, de reg. Iur. in 6 ibi vt conscientię puritati &c. quia conscientia est iudicium menti consonum, in quodam naturali Iure consistens, alieno tamen à rigore, ac Iuris subtilitatibus: nā si in causis, ac iudicādo
54 multoties iudices fauoribus, pecunijs, lacrymis, & alijs non se faciles preberent, multę nempe tollerentur lites: Non tamen ob illam clausulam, propriam oneramus cōscientiam, Iudex sequi conscientiam debet, sed iustitiam communi, & publica lege munitam, vnde si in sua conscientia ita se rem habere asserat, male certe iudicabit, vt late per Menoch. de Arbit. iud. lib. 1. q. 8. nu. 40. & seq. cū adduc. At si cum clausula, Tuæ prudentiæ cōmittimus rescribi contingat, erit intelligenda arbitrio boni viri, quod secundum loci statuta regulari debet, Dec. in
55 cap. ne innitaris num. 3. de const. Quero de nuo, an lata sententia præuia causæ commissione, cum clausula, Tuam conscientiā oneramus, se grauatum prætendens, & appellans sit audiendus? & dico quod non, rationem iuris nostri scribentes afferunt, quia Deus solus superior est conscientiæ, ob id non potest ad alios inferiores appellare. Tamen sic grauato, si pronunciatio erit iniusta, vel lęsiua, aut iniqua, per Papam subueniri poterit, impetrando, vt eius iudicatum, vel iniquitas corrigatur, & hoc per indirectum sapit appellationis effectum etiam de uolutiuum, vt per Bellam. decis. 18. Præpos. in rub. de App. num. 43. & 44. Ias. in l. quod quis num. 3. & 4. ff. de procur. Bald. in capit. si sacerdos, de off. ordin. & in terminis Paul. de Castr. in l. de Pupillo §. qui opus num. 7. ff. de no. op. nun. & idem sec. Pręposi. ibi censendum erit, in alijs sententijs, puta sortis, subdens Ias. loco citato num. 3. quem ibidē sequuntur Bal. & Alex. Quod iste, cui sic cū
56 clausula cōscientiam tuam oneramus, causa erit commissa, alterum substituere non poterit, Clem. 1. vbi glos. in verbo oneramus de iur. patro. Sed ne clausulæ præfatæ effectus reddatur frustratorius, erit ante cōmissionem reuisionis aliquid de iniustitia, vel grauamine gustandū, vt dixi in commiss. cum claus. app. rem. Præterea solent sæpe Principes laici, clericis, eas causas, quas de iure cognoscere possunt, demandare, seu procedit Clericus vti ab eo deputatus, Quæ
57 ro, si ab illius sententia appellari contingat, ad quem appellare, vel iri debeat, an ad laicum committentem, vel Clerici superiorē Ecclesiasticum, & breuiter concludendo dico, quod aut processit vti à iudice laico deputatus, & ad illum erit appellandum, Aut causa sibi vti clerico commissa fuit, & tunc ad suum superiorem Ecclesiasticū Pręposi.
58 in d. Rub. de app. num. 53. vbi Bal. Apponi solet per cautos rescriptorū compilatores, quando commissio appellationis extra curiam venit dirigenda, clausula, & cum derogatione cōstitutionis Bonifacij 8. de vna, & Concilij Generalis de duabus, dummodo nō vltra tres. De prima quod vltra vnam dietam, quis ad litigandum trahi nequeat, nisi de sui ordinarij licentia, habemus tex. in cap. statutum §. ceterum de rescrip. in 6. De secūda, quod vltra duas dietas quis trahi nequeat, est tex. in cap. non nulli de rescrip. in quo Pontifex mandat, quod si textus dispositioni nō derogetur, eius expressa men
59 tione facta, nō trahatur vltra dietas, duas dictas ad litigandum. Et quia Signatura Iustitiæ non potest derogando supradictis vltra tres dietas causas committere, ideo additur in commissione clausula, Dummodo non vltra tres, quæ clausula restrictiua si erit om missa, per D. Referendarium erit addenda, Staphyl. de lit. iust. ca. quomodo petitur nu. 4. & seq. & quid sit dieta, late dixi in com-
60 mis. auocat. causarum cap. 3. nu. 4. & seq. Bene autem faciunt Domini Referendarij, clausulas iuridicas addere, saltem solitas in commissione, vti optimum pariter erit, verba frustratoriè, & ineptè posita, vel malitiosè, ad negotia intriganda, vel alias, quæ concedi non possunt, neque debent, delere, rescripta ad suum esse iuridicum aptando, & reducendo, Staphyl. vbi sup. cap. vlterius numero 2. In quo eorum exactissima cura, & diligentia, (vt fieri solet) adhibenda venit. Vnum casum ponit glos. in cap. quoniā Abbas. de off. deleg. rescribitur, seu dirigitur breue. puta Pręposito, vel Archidiacono, vel alteri dignitati alicuius Ciuitatis, & in dicta Ciuitate plures reperiuntur eiusdem dignitatis, siue Archidiaconi, siue Præpositi, nec aliquod particulare nomen personæ, vel Ecclesia in rescripto adest, dicit ibi glos. cui nam Archidiacono erit rescriptum directū, vel quis eorū Iudex, & ibi determinatiue resoluit, cui primo loco fuerit rescriptum

ptum præsentatum, secus vero si Episcopus duos habeat Vicarios,& Episcopo, siue eius generali vicario rescriptũ dirigatur,quia nullus de causa cognoscere valebit,nisi vnus eorum esset Vicarius in Cathedrali Ecclesia deputatus,quia illi rescriptum directum intelligeretur, Anchar.in Clem. si Principalis nu.3.de rescri. Dirigitur sępe in partibus cōmissio,vel breue, in quo pluribus Iudicibus causa demādata reperitur,& licet plures,tamen vnius personam repręsentāt, & cũ hac clausula,quod si non oēs interesse poterint, alteri iudicent. vel cum clausula, vt oēs nominati tale Iudiciũ subeāt siue cũ clausula,
61 quod alter eorum procedere possit. Quando adest prima clausula si non omnes interesse poterunt, non possunt alij Iudices nominati,seu deputati in rescripto procedere, nisi prius de collegæ, seu collegarum impedimento constet. Sin vero antequam coniudices suum notificauerint impedimentũ, procedant, tunc processus erit nullus,c.prudentiam de offic.deleg.& an intelligatur de impedimēto facti,vel iuris,vel simul de vtroque,late tradit Imol.in c.1.& seq. vbi etiam DD. in c.sciscitatus,de rescrip. eo autem casu,non est iurisdictio penes plures delegatos in solidũ,sed ita apud oēs,vt nō sit penes singulos, Abb.in d. c.prudentiam nu.2.& quāuis apud quemlibet in solidũ sit iurisdictio: tamen iurisdictionis exercitiũ est apud oēs simul,l.si duo ex tribus ff. de re iud.c. pastoralis eo.tit.& intantũ supra relata vera sunt, quod si aliqui non constito de impedimēto processerint, non poterit ratificare vel conualidare postea tertius actus gestos, neque sententiā latā absq; eo,vt dixi.ratio est, quia talis actus non dependet,a voluntate sua,vti neque conualidatio à potestate, & regula, quod quicquid nomine meo gestũ est, ratũ habere valeā,limitatur,qa,vt dixit Innoc. in d. c.prudentiā nu. 5.& Abb nu. 19 aliā non requirit solemnitatē,est autē apud duos iurisdictio,sed illā exercere nequeunt,cum sit ligata ex forma rescripti, nisi aliud(vt dixi) cōstet de impedimēto, impotētia, vel excusatione:tamē si corā duobus ex pręfatis pluribus partes causam egerint,neq; appellatũ, siue exceptum fuerit, processus erit validus, Dũmodo agatur de causa priuatā vtilitatem respiciēte, qa in eorũ ꝓprio negotio duorũ Iurisdictionē,tertio excluso,prorogare possunt, secus aũt si concerneret causam publicā, vt DD.dicunt in d. c. prudentiā Bar. in l. multũ in fi.ff. de cond.& dem.Fel.in c.sciscitatus col.8.nu.25.vers.oportet notum de rescrip. vbi hunc factũ,cũ pluribus ampliationibus,& limitationib⁹ optime declarat,Bal. in l falsus nu.16.C.de furt.Marāt.de ord.iud.
62 par.4. dist.16. nu. 5.Sed qñ in rescripto talis clausula inserta nō reperitur,tunc vnus sine alio procedere nō valet,c.cũ dilecti, vbi Innoc.de emp. & vend.d. l. si duo ff.de re Iud. qđ habet locũ ēt in arbitris,l. si intus ff.de rē cep.arbit.c.2.de Arbit.in 6.& simile censendũ erit, si fuerint duo,vel plures procuratores,c.si duo de procur. in 6. Aut erit in rescri
63 pto Apostolico apposita clausula si non oēs duo,aut vnus vestrũ procedat,quę vti magis quotidiana in Ro.Cur. est vsu recepta,& tũc licet nō constet de impedimento,vel alia excusatione,quilibet de per se procedere poterit,& sic si vnus eorũ inchoat causam, ac in ea procedit, ceteri in rescripto Iudices cum tali clausula nominati amplius in ea ingerere se nō valebũt,qa Primus Iudex,q cepit ꝓcessum, taliter iurisdictionē pręoccupauit, ꝙ si in causa cęteri se intromittāt,nulliter facient,Fel.in d.c. sciscitatus col.fin.vers. nota quod cessante, Maran. vbi supra num.6. Videt aũt cũ tali clausula alternatiue tributa Iurisdictio,in qua electio vnius ex nominatis Iudicibus, sufficit,c.in alternatiuis de reg. iur.in 6.l. ī eo ꝙ plus ff.eod. tit. In prima namque ꝑnarrata clausula inest conditio, vnde, vt de impedimento constet,opus est,ac etiā de alijs supra relatis. Sed sufficit ī hac secũda clausula, ꝙ iudex datus in rescripto requiratur,qa nō sunt alternatiuę ordinarij, sed pręstationis, vt dixit glo.in c.cũ plures,in verbo
64 forma de offic. deleg. Quod tñ limita, nisi Iudex ꝓcedens infirmitate detineretur, seu alio iusto impedimēto:nā alter tunc procedere posset, vel aliũ deputare, d.c.cũ plures, & tũc alij nominati, nihil poterũt,Rot. dec. 4.de off.deleg.in nou. Fel.in d. ca. sciscitatus num.15.de rescri. vbi de hoc late meminit. Idq; verũ intellige,nisi anteq̃ vnus iudex procedere cepisset,altera pars,protestationē,vel intimationē faciat, ꝙ corā duobus procedi debeat, nā si corā vno tm̃ postea causa tractetur, ꝓcessus, & gesta nullitati,ex deffectu iurisdictionis,subiacebũt.rō est, qa c.cũ plures,de off.deleg. habet locũ quando coram vno fuit ceptum iudicium, & non quando supradicta intimatio, vel protestatio facta reperiuntur, Veral. decisio 71. parte ter-
65 tia Io.Paul.dec. 118.Solet ēt apponi clausula prærogatiuam demonstrans, quando dicitur,si nō omnes,nequierint interesse, tu frater Episcope procedas, & tunc, alij Iudices sine Episcopo in causa se ingerere non valebũt,sed bene absq; illis Episcopus, c. corā de offic. delega.Sed fallit prima clausula, si

non omnes interesse poterint, &c. in beneficialibus; vbi, si in rescripto collationis beneficij Papa mandat, vt coram tribus executoribus aliqua purificetur, & talis purificatio facta fuerit corã duobus, si rata deinde tertius gesta habeat, erũt valida, & tenebit; sin secus nõ, Decis. 4. de offic. deleg. in nou. Roman. sing. 13. & quamuis contra dictam Rotę decis. relati per Marant. insurgant loco supra citato, quem sequũtur Aufrer. ad Cap. Tholos. decis. 66. & Archid. in dicto capit. cum plures, affirmantes, quod si vnus ex tribus iudicibus, vt supra, vel executoribus processerit, adeo gesta erunt nulla, quod postea non poterunt ratificari, rationem afferentes, quia tunc minor pars isto facto, videlicet vnus ex tribus, in causa se ingesserit, quod non militat (vt dixi,) quando duo ex tribus cognouerunt: & sic poterunt istę duę opiniones inter se contrariæ cõcordari, licet semper adhęrendum sit resolutioni Rotæ Romanæ, cum qua (vt ita dicam) melius est errare, quam cum alijs bene sentire. Sed (vt dixi) in materia beneficiali, quando alter, vel alij iudices fuerint impediti, vel procedere noluerint, id fallit, licet alter, seu alteri de impedimento, vel voluntate non cõstito procedant, secus autem in alijs causis supra relatis, vt in d. cap. sciscitatus, vbi Fel. col. 6. vers. oportet notũ, de rescrip. Rom. d. Sing. 13. incip. si causa &c. Ratio est, quia in beneficialibus non requiritur ita solemnis modus agendi, sicut in prophanis, Arg. tex. in ca. cum dilecti, de Iudic. & ideo bene statutum est, etiam ex dispositione Sacri Conc. Tridentini, quod moroso Ordinario per mensem in collatione beneficij, adeatur vicinior ordinarius vt conferat, sicque praxis seruat quotidie postquã præsentatę sunt literæ Apostolicę, si per dictum tempus Ordinarius, cui directæ sunt negligat, quamuis prius eius requisitio sit necessaria, quia aliter non poterit dici morosus, neque recusare cap. si, capitulo de conces. præb. in 6. c. significauit de offi. ordi. Et quę differẽtia sit inter clausulã, si non omnes poteritis, vel nequieritis interesse, & Clausulam, si non poteritis interesse, recenset Innoc. in cap. prudentiam nu. 8. & 9. de offic. deleg. Sed quid; adest in literis, quando causa contra certos in illis nominatos demandatur clausula solita, omnesque alios sua communiter, vel diuisim interesse quomodolibet putãtes, &c. de qua latius alibi loquar. Tamen si in præfato rescripto cum dicta clausula nominati fuerint Canonici, non erit capitulum com-
66 prehensum, neque vniuersitates, tamquam maiores, & ita censuit Rota, in allegata proxime decis. Pampilonensi coram Achil. cap. sedes Apostolica, de rescrip. cap. eam te, vbi Felin. eod tit. num. 15. nam, vt ibi dicit Fel. sub nomine personarum isti non continentur, l. fi. C. derog. mil. annon. Butr. in c. graue 3. not. de prębend. vti neque dicta clausula maiores comprehendere apta erit, idem Feli. in d. c. sedes num. 5. Quod amplia procedere, etiam si ad causam voluntariæ Capitulum, vel Vniuersitates venire vellẽt, & in consequens de eorum interesse tractaretur, nam noua tunc cõmissione opus omnino esset, Achil. decis. 3. de rescript. Dum
67 supra dixi, quod a sententia Vicarij non appellatur ad Episcopum sub prætextu, quod vniuersæ dięcesi pręsit, quamuis in l. a proconsule, & in l. præcipimus, vbi Salicet. C. de iudic. & Abb. in rub. de appel. num. 2. olim a sententijs Vicariorum ad Pręsides prouocabatur: illi erant Vicarij laici, qui suberant Pręsidi prouinciæ, vt pariter videmus nostris tẽporibus: at in facto nostro secus, quia vnicũ est tribunal, & etiam quia ius canonicum sequimur, ca. non putamus de consuet. in 6. Cap. Tholosa. decis. 429. vbi Aufrer. & stilus in cõtrarium si adesset, non valeret, quia esset de vno ad eundem, & non ad maiorẽ appellare, & sic absurdum daretur, tollendo superioris autoritatem. Sed si vicarius suspectus recusatur, bene Episcopus alium iudicem dare poterit, vt per glos. in d. ca. non putamus, in verbo officiali, & in verbo vtriusque Clem. si à principali, vbi glos. in verbo foraneo, de rescr. Idq; limita, nisi ex priuilegio Episcopus id faceret, quod non prosequor. Et quod regulariter ad parẽ appellare sit prohibitum, tradunt Gozad. consil. 79. num. 29. & cons. 73. num. 21. glos. & DD. in c. 2. in verbo officialis de consuet. in 6. Gemin. cons. 73. n. 2. & bene Corn. cons. 25. nu. 18. vol. 3. vti ad incompetentẽ Corn. cons. 247. num. 6. & cons. 89. nu. 4. vol. 1. Rol. à val. cons. 48. nu 3. vol. 2. intellige tamẽ pręmissa, qñ Vicarius fert sñiam diffinitiuã, secus vero si interloquutoriã, qa eo casu ad Epm permissa est appellatio via recursus à grauamine, Put. dec. 503. par. 2. Ratio est, quia põt Eps tunc Vicarij decretũ reuocare interloquutoriũ, sicut potest ẽt ipse Vicarius, quod non militat in sentẽtia diffinitiua, cũ sit idẽ tribunal. cap. 2. de consuet. in 6. Quæ denuo intellige non pcedere in sentẽtia Vicarij foranei, qa appellari ad Epm ab eius sentẽtia, vel eius Vicariũ generalẽ, vel ad Archiepm põt, Mohed. dec. 33. Rot. diuers. dec. 131. nu. 1. par. 3.
68 Vicarius autem Archiepiscopi, vel Epi quãtuncunque

tumcunque generalis, sibi substituere non potest alium, nisi de mandato Archiepiscopi, vel Episcopi, sicut neque beneficia cõferre, nisi ad id facultas sibi specialiter cõcedatur, vt late Paris. cons. 80. nume. 12. 15. & 16. vol. quarto, Couar. uar. res. lib. tertio c. 20. numero 6. vers. est igitur necessaria Put. decis. 378. numero 2. par. 3. Mandos. super reg. Canc. reg. 24. q. 6. num. 3. Cassad. decis. 4. num. 3. de constit. Guid. Pap. decis. 374. nu. 1. Et tanto magis extra dioecesim, quod multis rationibus suadetur. Quia, aut

70 versamur in contentiosa, aut in voluntaria Jurisdictione: si in contentiosa, & tunc, quemadmodum extra suam diœcesim Episcopus illam (vt dixi supra) exercere non potest, Ita multo minus Vicarius ab eo dependens, & deputatus in certo loco, vbi eius officium, iurisdictio, & dignitas restricta sunt, & intelliguntur, Abb. in cap. cũ non nulli num. 4. & 7. de rescrip. maxime quia Episcopo eqparari vicarius nõ possit. Corn. consi. 127. nu. 57. vol. 2. Aut (vt credo) versamur in voluntaria iurisdictione, & pariter in aliena illam exercere non valet, maxime quia præfata Iurisdictio etiam dato, quod eam habuerit conferendi facultatem, quæ non præsumitur, quia illam a communiter accidentibus sibi Episcopus reseruat; Vnde si reperitur concessa ab ipso episcopo Principe inferiore, merito territorium concedentis non egredi dicendũ est, Bar. in terminis in l. omnes proconsules, num. 1. ff. de offic. proconf. & ita tenendum, ac seruandum fore asserit, Imol. in cap. cum olim num. 10. de cleric. coniug. Bar. in l. cunctos populos, numero quarto. C. de sum. trin & fid. cath. Barbat. in cap. nouit numero 17. de offic. deleg. Franc. in cap. fin. de offic. vicar.

71 in sexto. Ratio est, quia collatio ordinarijs non conceditur sub nomine proprio, sed dignitatis, Put. decis. 156. numero 12. & 13. par. secunda Achil. decis. tertia de præben. vnde cum dignitas personę perpetuo annexa, & exercitium Iurisdictionis in dioecesi restrictum sit, & ad id datum mandatum, fines excedendo, nulliter agit; Paris. de Put. Trac. de syndic. in verbo arbitrium, num. 6. Forma autem mandati est seruanda cap. cũ dilecta de rescrip. Gig. de pens. q. 6. num. 24. Vt in simili videmus de Nuntijs Apostoli-

72 cis, qui in vno Regno existentes, non valẽt alterius Regni beneficia cõferre, nec causis incumbere, Put. decis. 477. num. 2. parte 2. quia suos fines vnusquisque continere debet. Nam iuxta Sacri Concilij Tridentini sanctiones, absens non potest cognoscere, an ille, cui venit conferendum beneficiũ, sit habilis, nec ne, aut bonæ conditionis, &

73 famæ, vt in sess. 22. cap. 2. Hinc videmus, quando vacant beneficia in mense Episcopi residentis in Ro. Cur. concesso, illa exeundo menia, & portam Vrbis, confert, vt per Mandos. cum add. sup. reg. cancell. de non Iud. iuxta for. sup. nume. 3. nam Episcopo habenti dignitatem in sua persona, ac generalem suæ diœcesis authoritatẽ cõcessum, tale priuilegium fuit penes quem semper personalis maior dignitas reseruat, & minor Vicario delegata, vt per Imol. in cap. pastoralis numero 3. de offic. ord. & sic ad subsistentiã supradictæ Vicarij collationis ꝙ clare de facultate pateat, opus est: & si circa Vicarium Episcopi, eius officium, & facultates, multa videre velis, adeas Zabarel. in Clem. quę de Ecclesijs, per tot. de Offic. Vic.

74 Quęro pręterea an in sua causa Episcopus iudex esse possit? & breuiter dico ex mente Rotæ decis. 361. num. 1. par. 1. diuers. quod

75 sic, nisi à parte opponatur, vt in simili videmus, quando Episcopus est Iudex in causa Archiepiscopi, seu Metropolitani, qui pariter suspectus recusari valet, & ab eo causa

76 auocari, vt dixi in Commissione Auocat. caus. cap. 3. num. 3. Sed quid si Episcopus suspectus sit, an eius Vicarius allegari suspectus possit, & videtur dicendum quod non; quia sunt diuersæ personæ, & non concurrit in vnoquoque eadem causa suspicionis. Bal. in l. 1. nu. 4. vers. ita not. C. si qua pręd. aut Ias. in l. apertissimi nu. 9. C. de Iudic. sed contrarium verius censeo, quia Episcopus, & Vicarius faciunt vnum Concistorium, & Episcopus præcipere Vicario potest, Abb. in cap. insinuatum num. 2. ibi Imol. num. 10. Felin. num. 1. de Offic. deleg. Franc. in cap. dilecti, el tertio, num. 54 de appel. & in cap. postremo, nu. 20. Præpos. nu. 21. eod. tit. Marant. de ord. iud. par. 6. de appell. n. 28. Capic. Decis. 37. nu. 9. Dictum autem Baldi potest intelligi de Iure Ciuili, quando superior, & Vicarius diuersa constituunt tribunalia, vel de Iure Canonico, quando Vicarius ab alio, quã ab Episcopo deputatur vel seorsum habitat, Franc. in d. c. cũ dilecto nu. 54. Fel. in c. insinuante nu. 1 & in alleg. Rot. diuers. par. 2. decis. 201. num. 21. & seq. Dubitatũ fuit in Rota, an Vicarius deputatus ab Episcopo, qui Ecclesiam, in qua fuerat deputatus, resignauit, ante successoris aduentum, vel noui Episcopi, officiũ Vicarij exercere valeret, &

77 tale dubiũ nõ fuit resolutũ, Rot. diuers. par. 3. decis. 33. Episcopus facit mandatum, vel vt dicitur pręceptum contra aliquem, qui

 resideat,

resideat, talis appellat, sed dico frustra appellare, si erat solitus residere, secus autem si non solito talem imponere vellet seruiturē, vt late Lancel. de Atten. App. pen. limit 18. nume. 5. Vti pariter, quando à visitatione
78 Episcopi appellatio interponitur, quæ regulariter non admittitur, ca. ad nostram, & capit. reprehensibilis de app. Oldr. cons. 89. quare merito hoc casu fuit dictum, quia versamur circa fauorem Ecclesiæ, cultus diuini, & animarum, attentata non fieri dec. 35. de App. in nou. Quod ampliatur etiam locum habere, in his, quæ ex ipsa visitatione procedunt, vt per eūd. Lanc. de atten. app. pend. limit. 18 à nu. 6. ad fin. quod intelligitur secundum Concilij Tridentini dispositionē, sed non procedit in exemptis, siue alias priuilegiatis, quia si Episcopus vltra eorum priuilegiorum normam vellet procedere, daretur appellato, vt quotidie fit modis, forma, & cum clausulis secundum facti qualitatem in Signaturę beneuisis. Cauetur præfato
79 Concilio Tridentino, quod intra biennium causæ per locorum ordinarios terminari debeant, sin secus ad alios superiores deuolui possint, ac illos pariter licitum sit partibus adire. In hoc autem ne per partem stetisse dicatur, saltem ad minus duæ requisitiones, vel vna requiritur, ac de tali requisitione constare debet, Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori ff. de nou. op. nunc. Imol. in l. Titia Seio §. vsuras ff. de leg. 2. Clem. 1. vbi Glo. in verb. requisierunt de Hęret. Lancel. in pręfat. de attent. appel. pend. num. 43. & 44. Quamuis Imol. loco cit. tutius si plures fiant requisitiones fore, asserat, c. 1. de suppl. neg. præl. vbi nam si quęrat inferior superiorem in mora constituere, tres interpellationes videntur necessariæ, quod est de mente Butr. in cap. plerunque in fin. de rescrip. & in cap. dilecto col. 2. de App. Glos. in Clem. 2. §. si vero in verbo recusarint de sepul. Fel. in cap. ex literis num. 8. vers. fallit primo, de constit. Bal. in cap. 1. si de inuestit. int. Dom. & vass. lis oriatur, & quod talis sit communis opinio, testatur Bauer. in Trac. de Minor. parte 1. col. 2 Sed hoc te non lateat, quod biennium ad causas finiendas per Sac. Cōc. Trid. præfixum, non currit, nisi stante negligentia ordinarij in non expediendo causam, Put. decis. 223. par. 3. Tunc autem vna tantum requisitio sufficit, quando Iudex semel requisitus expedire recusat, Glos. supra dicta in verbo recusarint, Alex. cons. 81. numero secundo, volumine quarto l. ex consensu §. finali de app. & textus pulcher in l. magistratibus, ff. de magistr. conuen. Et an non adimplendo teneatur ad interesse, ponit Paris. de Puteo in tract. de synd. in verb. contra magistratū, nume. primo. Sed quid, antecessor habebat causam, fuit vt premittitur requisitus, & non expediuit, interim superuenit successor in officio, antequam alter superior pro causę expeditione esset aditus, & res integra reperitur. Quęro an ista requisitio facta antecessori sat sit, vt postea causa à successore auocari valeat, ac appellare? & breuiter dico quod non, sed denuo coram eo instare oportet, & acta producere, ac partem citando requirere, vt causam expediat l. mortuo & l. si cum hominem, vbi Bal. ff. de fideiuss. l. proponebatur, & l.
80 edictum ff. de Iudic. Pariterque Iudex, cui ad pronunciandum, siue exequendum est tempus præfixum, eo elapso, non potest amplius sententiare, neque se in causa ingerere, aut exequi, & si secus fiat, nullum erit, quia iam expirauit Iudicij instantia Bal. de feud. in titu. de pac. constan. §. hoc quod
81 nos, numero secūdo. Appellare regulariter à Iudicis tarditate iustitiam facere nolentis, vel negligentis causę expeditionem, non potest: tamen quando sępius interpellatus, ac requisitus expeditionem differt, quia si iustitiam omittit, vel non facit, partem grauat, datur tunc appellatio, Alexander in l. hoc amplius. §. Celsus, numero decimotertio. ff. de damn. infec. Felinus in capitulo proposuisti prop. fin. de for. comp. Decius in capitulo ex parte el. secundo de Appell. Sed in ambabus Signaturis resolutum fuit, quod dictum biennij tempus intelligeretur, dummodo causa agitata fuerit, & Iudex tunc pluries pro expeditione requisitus, illam vel neglexerit, vel noluerit expedire, & ideo quando similes commissiones appellationis, & auocatoriæ respectiuæ porriguntur, gustat de præmissis Signatura antequam illam concedat, quia si non constat de requisitione, ad expeditionem reiterata, ac de subsequuta negligētia, cessat bienniū vt per Put. decisio 223. libro tertio. Licet, vt
82 plurimum Iudici præfato, à quo appellari, seu causam auocari peti contingit, alium terminum Signatura soleat præfigere quatuor, vel sex mensium ad talem expeditionem: & ea fit ratione, ne ab illo auocando, & alium Iudicem non informatum subrogādo, in longū causæ protrahātur, vel vt obuietur malitijs illorū, q postq; in Iudicē consenserūt, forsan qa nō bene pro parte sua sentit, auocare causā curāt, vt nil actitando interim labatur biennium, & causa ab illo auocetur, & se in spolio aut malo iure cōfoueat

nam

nā si nō imploratur p partes iudicis officiū, qd̄ petētibus concediur, nō potest ipse dici in mora constitutus, vt per lapsum biennij causa veniat ab ipso auocanda. Solum locū habet Sacrū Concilium Tridētinum in causis quomodolibet ad forum Ecclesiasticū pertinentibus, & non in alijs prophanis, vt quotidie multi procuratores ignari, quando causas prophanas auocari de partibus satagunt, hac primæ instantiæ ratione, cum ceteris vtuntur, nam si includit solum pertinentes causas ad forum Ecclesiasticum, ceteras alias extra dictum forū excludit, l. maritus, C. de Procur. l. cum prætor. in princip. ff. de iudic. cap. qualis 25. distinct. c. nonne, de præsumpt. Causæ matrimoniales solum per iudices Ecclesiasticos tantum sunt cognoscendæ, absque eo, quod laici iudices ingerere se valeant, Abb. in cap. tuam, num. 3. de ord. cogn. quia matrimonium est Sacramentum. Idem Abb. cons. 12. num. 3. p. 1. cap. debitor de Bigam. cap. tuā de ord. cogn. cap. lator qui fil. sint leg. & ideo de illis laici incapaces. In quacumque instantia, siue secunda, siue tertia, si verè vna pars paupertatem probauerit, extra illam prouinciam trahendę minimè sunt, neque demandandæ, nisi altera pars alimēta, ac litis sumptus subministrare velit, vt cauetur in dicto Concilio, d. ca. 22. sess. 24. vers. Ad hæc causæ matrimoniales, Iudicique Ecclesiastico sunt committendæ, vt pariter quando tractatur de statu legitimitatis. Anchet. in Clem. Dispendiosam, nu. 8. de iud. licet, si quis duas habeat vxores, causa per iudicem laicum cognosci possit, ratio affertur ibi per Ancher. num. 9. quia pœna sanguinis imponenda venit, in quibus ea, quæ proximè de expeditione tempore biennij diximus, pariter locum habent, sunt autem vir. & vxor. vna caro, vnum corpus, vna anima, & vnus spiritus, vna caro, & corpus, quo ad sobolē procreandam, quia ex communi materia generatur, at si verberibus affici contingat inter se, duo erunt. Præterea duo quo ad consensum, vna caro dicuntur, vnde in diffinitione matrimonij habetur uiri, & mulieris
83 ɔiunctio. Quę alimēta, & sumptus litis vsq; quo fuerit diffinitiuè pronunciatū præstanda erunt, ac iudicis arbitrio, consideratis cōsiderādis taxāda, Boer. dec. 324. in fi. Menoc. de præsumpt. lib. quæst. 36. num. 34. & seq.
84 subdens, num. 36. Quod si ille, cui subministratur, succumbat, ad illorum restitutionē non tenetur, Afflict. decis. 152. num. 4. Massuer. in sua praxi, tit. de procel. nu. 27. Boer. decis. 3. neque ille cui subministrantur, tenetur cauere de illis restituendis in euentum succumbentiæ, neque per talem assignationem causæ præiudicium infertur, vt ibi latè Menoch. num. 38. & 39. de illis verò, quæ taxandæ arbitrio Rotæ committuntur, alibi verba faciam, causæ contra Episcopos, si de
85 illis criminaliter agitur, vel depositione, per S. D. N. terminantur, & si extra Curiā contra eos aliqua venit demandanda, nemini, præterquam Metropolitanis demandatur, aut Episcopis ab eodem Sanctissimo deputandis, seu sanctitatis suæ Nunciis, & tunc, vt disponit Iac. Conc. Trident. sess. 24.
86 cap. 5. (in causis criminalibus, tamen loquēdo) ab eodemmet Sanctissimo commissio signari debet, & id ratione dignitatis, nam fratres Papa eos vocat, quo fit, vt eorum causæ, non sint ad instar aliorum particularium regulandæ, cum in terris, Christi sint Vicarij, cap. mulier 33. distinct. & Apostolorum successores, cap. quorum vices 88. distinct.
87 TAndem in cuiuuis commissionis extra Curiam, vel alterius cuiusuis supplicationis, fine ponitur particula, & cum absolutione a censuris ad effectū, &c. In quo aduertendum est, si deerit præfata clausula,
88 quod D. Referendarius illam, vel addat, vel addi curet, quia alias ad cautelam minimè iudex, cui rescriptum dirigitur, absoluere posset oratorem, Fel. in cap. Apostolicæ, num. 20. vers. commissarius de excep. Datur autem istæc absolutio ad cautelam ab excōmunicatione, nō ab interdicto, sed quomodo hoc intelligatur, ponit Fel. in dicto cap. Apostolicæ, nu. 3. & quādo sit danda, in cap.
89 veniens, num. 12. & seq. de testib. Operaturque præfata absolutio ad cautelam, vt coram iudice, cui rescriptum dirigitur, comparere possit, ac non obstante tali impedimento agere, ac in alia supplicatione, absolutione, vt moris est petita, & obtenta, vt beneficium petitum, vel aliam gratiam obtinere, valeat, cap. per tuas, §. nos igitur, vers. Quacunque Apostolicæ Sedis, vbi glo. in verbo ad cautelam, de sent. excom. Sed nō sequitur. Titius se absolui curauit, ergo erat excommunicatus, quia vt subdit ibidem Felin. num. 20. vers. Et subdit, fortè id fecit ad cautelam: Et an, & quando iudex delegatus absolutionem ad cautelam concedere valeat, ponit glo. in cap. solitæ, in verbo superioris, de sent. excom. in 6. Id Rotæ Romanæ Auditoribus ex priuilegio concessum fore asserens, vt etiam glo. in clem. Auditor, in verbo virtutis, de rescript. decis. 13. num. 1. de offic. deleg. Innoc. & Dec. in c. ad præsentiam, num. 2. & 3. de appell. & ideo additur

additur præfata Clausula in commissione extra Curiam, quia carerent alias hac facultate, glo. in cap. capitulum, vbi Abb. num. 8. vers. Secunda solutio de rescript. quod alia fit ratione, vt tollatur nullitas rescripti obtenti ab excommunicato, nec sit ipso iure nullum, cap. 1. de rescript. quamuis in Rota id indistinctè nō procedat, Veral. dec. 72. par. 3. de quo latè Felin. in cap. venarabilem, num. 2. de except. cum multis fallentijs, & limitationibus, ibi abunde hanc materiam
90 tractans. Neque ita ex abrupto vigore dictę clausulæ iudex concedere absolutionem debet, sed sicut ius, & iustitia dictāt, dicto cap. per tuas, & cap. venerabilē iuncta glo. in verbo ad cautelam, eod. tit. ca. veniens, de testibus, & c. ad præsentiam de appel. Qua propter, in excommunicatione latæ sententiæ innodato, aut parte petente, aut ex officio, absque eo, quod citetur ille, de cuius interesse agitur, & quod alia seruentur, de quib. per Abb. in dicto cap. per tuas, num. 11. & nisi ius permittat, absolutio cōcedi nequit. ratio est, quia multę prius requiruntur informationes, quæ ritè, ac rectè parte audita recipiendæ sunt, vt ibi Felin. nu. 17. & 18. Estque necessaria in tot casib. absolutio, in quibus excommunicatio interuenit, Innoc. in cap. cum pro causa, num. 2. de sent. excom. excommunicatique præsentia, vel eius legitimi procuratoris necessaria est, Innoc. in cap. cum desiderem, num. 2. eo. tit.
91 Sed in dubio, vel sub conditione prædicta absolutio non datur, puta quatenus sit excommunicatus, sed absolui cupiens, illā fateri debet absolui petendo, Ioan. Andr. in cap. solet, nu. 2. & 11. vers. Ad quintum de
92 sent. excom. Feliu. vbi supra. Quamuis in multis casibus omnino denegetur. Quorū erit primus, excommunicato propter hæresim, cui etiam si addantur verba quauis causa, & occasione lata, siue inflicta, clausula nō proderit Host. & Doct. in c. excommunicamus, §. credentes de Hæret. Fel. in c. Apostolicæ, nu. 1. de xecept. Secundò illi, qui falsum in litteris Apostolicis commisit, latè Rebuf. super bulla in Cœna Domini, num. 4. Tertiò impedientibus Nuncios publicos, siue literarum Apostolicarum exequutores, vt cōtinue cauet in litteris Cancellariæ, de quo p Archiep. Florent. in tertia parte suæ sum. Quartò rei iudicatæ non obedienti, ac falsis litteris vtenti. Quintò illi, qui iam per annum in excommunicatione insorduit, Fel. in dicto cap. Apostolicæ, nu. 1. quia ex tanto temporis perseuerantia, male de fide sentire videtur, Boer. decis. 190. incip. Duo per mutarunt, ita Senatum tenuisse asserens, glo. in cap. fin. de pœnit. cap. 1. de iud. quod fallit, si obstaculum exprimeretur, quamuis huic nec Papa, nec partes id concedant. Sextò vltra actum non prodest, dico actum de quo agitur, & ideo subnectitur clausula restrictiua, ad effectum, &c. quæ extenditur duntaxat præsentium consequendorum. Septimò occidentibus, vel verberantibus Cardinales, aut Episcopos, Fel. in cap. Fœlicis de pœnit. in 6. latè Rebuf. in Bulla Cęnæ Domini, & in concord. Franciæ, ibi in forma mandati Apostolici, in verbo quauis occasione. Octauò, quando Papa sibimet absolutionem reseruauit, puta in casu, cap. si quis suadente diabolo, 17. q. 4. vel simili. Nonò indignus redditur ille, qui ad Apolicæ Sedis hostes, puta turcas, hæreticos, vel alios quoscunq; ferrū, plumbū, &. asportauit, vel asportari curauit, fauorem, opem, & consilium dedit, & ideo ad cautelam, siue ad effectum verbum apponitur, quia bonarum mentium est timere culpam, vbi nō est, cap. 2. de obseru. ieiunii, cum in dubio. Vt excommunicatio noceat sit facienda interpretatio Fel. in cap. venerabilis num. 1. ver. an & quando reus de except. Sed an legatus de latere præfatis absolutionē valeat impertire? non tango, quia non est ad nostri tractatus propositum, quamuis id totum, a facultatibus per Papam sibi attributis resultet, & de hoc latè meminit pro affirmatiua concludens, Felin. in c. ad eminētiam in fi. de sent. excom. Decimò illa indigni sunt, qui in officiales Papę violentas manus iniecerunt Ioan. Andr. in d. c. solet, num. 4. Io. de Lign. in tract. de censibus, Ecclesias, §. 26. num. 20. Vndecimò incēdiarijs, violatorib. Ecclesiarum, Defloratoribus Ecclesiasticæ libertatis, Hæreticorum receptatoribus, & fautoribus. Duodecimò vi, facto, ausu temerario, Apostolicis mandatis non obtemperans, & alijs pluribus modis congestis per Boer. decis. 290. per tot. latè dictam clausulam, declarans, ac verba subsequentia quouis modo, causa, vel occasione
93 illata, ad effectum duntaxat præsentium consequendorum, quæ restringuntur (vt dixi) solum ad petita in precibus, quia gratiosè conferuntur, & sic ad talem finem cēsetur absolutus, quamuis postea in eisdem censuris reintrudatur: & hac de causa illa verba restrictiua, & ad effectum, &c. absque alia extensione, vt plurimum apponūtur, quæ declarantur, ex subsequenti verbo duntaxat pręsentium consequēdorum. Et debent si fuerit in beneficialibus intelli-

gi

gi tempore rationis, vel si post impetrationem fuerit excommunicatus, siue tempore, quo beneficium sibi confertur, alias remaneret excōmunicatio apta impedire, nō solum electiones, sed seculares dignitates. Abb. in cap. venerabilem, num. 11. de elect.

94 Quare, si excommunicatus impetret rescriptum super consequutiuis causæ, & dependentibus, valebit: veruntamen (nisi absolutus fuerit,) alia in iudicio facere nō poterit, vt per Rebuf. sup. concord Franc. in forma Mandati Apostolici, in verbo ad effectum, Et ea, quæ prohibita, siue permissa sint excommunicato, recenset Ioan. de Lign. in tract. de Eccles. censur. col. 51. versic. restat videndum, & an iudex, laicus possit cognoscere, an quis sit excommunicatus, ponit Felin. in d.c. venerabilem, nu. 10. Et an Canonicus, pro Concanonico, absque mandato absolutionem petere possit ab excommunicatione ad cautelam, vti valde extraordinariam, & præiudicialem, dicūt quod non, Felin. in dicto cap. Apostolicæ, num. 19. & Innoc. in cap. Romana de sent. excom. quia in ea nō recipitur iuramentum, neq; præstatur cautio, nec impeditur satisfatio.

95 At oratoribus excommunicatorum ad cautelam cōceditur absolutio, donec, & quousq; officio suo funguntur apud Pontificem, Felin. in dicto cap. Apostolicæ, num. 1. Et quando agere excommunicatus valeat, remitto te ad relata per Dec. & Doct. in cap. cum inter de except. Et an iuramēto illius, qui post sententiam se excommunicatum asserit, ad effectum absolutionem ad cautelam obtinendi, credat vide ibidem, Felin. num. 20. vers. Insuper nota. Sed ne vlterius hoc in amplo progrediar agro, dico, quod modus expediendi præfata breuia, vt in clausula, & per breue Sanctitatis vestrę, recēter tēpore, fel. record. Sixti Quinti, in erectione officij per extēsum, antiquus stilus præteritus, in eo cōmissiones includēdi sublatus fuit, ob id hodie nō datur amplius clausula, hac supplicatione introclusa, quæ si aderit venit delenda, quia commissio remanet in præfato officio.

SVMMARIVM.

1 *Beneficialis causa, quæ sit.*
2 *Beneficium, vt Ecclesiasticum dicatur, quæ requirat.*
3 *Beneficium quid sit.*
4 *Ecclesiæ quo iure ad Episcopum pertineant.*
5 *Commissio contra plures personas, & beneficia quomodo, & quando detur.*
6 *Commissio non conceditur super beneficijs non expressis, neque expecificatis.*
7 *Clausula omnesque alios in exequutione nominandos deletur, quādo commissio est contra personam incertam.*
8 *Intruso, quando commissio appellationis sit danda.*
9 *Causæ beneficiales, in quibus Rotæ Auditor habet interesse, an Rota demandanda.*
10 *Suspitio in supremo Rotæ Tribunali cessat.*
11 *Auditor Rotam exit, vti Referendarius Signaturam, quando de eorum causa tractatur.*
12 *Commissio auocatoria in causa beneficiali in partibus causa cepta datur iurato de perhorrescentia.*
13 *Appellationis, in cap. si Beneficia de præben, in 6. materia non deuoluit ad Curiam causam.*
14 *Beneficium litigiosum, quando remaneat.*
15 *Litis pendentiæ in impetratione beneficij mentio est facienda.*
16 *Lite morte collitigātis extincta, prosequitur contra interesse putantes.*
17 *Sententia, vel partis confessio in beneficialibus, quando titulum probent.*
18 *Actus factus lite pendente, an statum constituat.*
19 *Appellatio extraiudicialis non intimata, quo ad subrogatum, etiam facit litem.*
20 *Beneficium quando reseruatum dicatur.*
21 *Beneficium semel affectum, remanet semper affectum.*
22 *Consensus, & mandatum ad resignandum quando reuocentur.*
23 *Ecclesiæ appellatione in fauorabilibus etiam collegiatæ, & conuentus continentur.*
Collegiata, quæ sit, & quomodo cognoscatur, ibidem.
24 *Hospitale quando publicum, & religiosum dicatur, quod eius cura ad Episcopum pertineat.*
25 *Societas laicorum an sit locus pius.*
26 *Reo sufficit vincere per non ius actoris.*
27 *Remissoria quando in beneficialibus detur.*
28 *Beneficia Episcopo suspenso, solus Papa confert.*
29 *Electio facta ad beneficium, de digno, digniori omisso, tenet.*
30 *Appellatio illius, qui in pari statu examinis, electus curæ animarum non fuit a Rota reprobata.*
31 *Parochialis curæ non electus, quare grauatus non censeatur.*
32 *Commissio super beneficijs concistorialibus, litteris non confectis non datur.*
33 *Commissio litteris non confectis, quando, & quomodo dari soleat.*
34 *Commissio appellationis in causis beneficialibus de facili datur, & in Curia committitur.*
35 *Appellatio, dicendo appello ad quemlibet competentem, quomodo bona erit.*

Com-

Commiſſionum formula
Com. *Ciuitatis Caſtelli.*

Beatiſſimæ Pater, lite, & cauſa pendente coram Epiſcopo Ciuitatis Caſtelli, ſiue eius in ſpiritualibus Generali Vicario, inter deuotũ S. V. oratorem A. ex vna, & B. ex alia cauſa, & occaſione cuiuſdã beneficij ſancti N. Siti, &c. annui redditus ſcutorũ.... Idem Vicarius non minus nulliter, quam iniuſtè, quandam aſſertam diffinitiuã ſententiam, vel decretum illius vim habens (vt dicitur) ad fauorem B. contra Oratorẽ promulgauit, a qua infra legitima tẽpora ad S. V. fuit appellatum, & de nullitate dictũ. Dignetur igitur cauſam, & cauſas appellationis, & appellationem nullitatis, & nullitatũ iniquitatis, & notoriæ Iniuſtitiæ, nec non quam, & quas idem orator habet, & mouet, habereq;, & remouere vult, & intendit contra dictum B. omneſque alios, ſua quo modolibet cõiter, vel diuiſim intereſſe putãtes, in exequutione præſentium nominandos, & cognominandos, cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentib. depẽdẽtib. annexis, & cõnexis, ſummariè prout in beneficialib. alicui ex Rotæ Auditorib. vel Locũtenẽtib. audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas, committere, & mandare. Cum poteſtate citandi, & inhibendi in Curia, & extra, quoties, & quibus opus fuerit, cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, etiam ſi Epiſcopalis, aut quauis alia dignitate præfulgeãt, ſub cẽſuris, & pęnis Eccleſiaſticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, contradictores, & rebelles pęnas præfatas incurriſſe declarandi, grauandi, regrauandi, & interdicendi, ſeruata forma Concilij Tridẽtini, inuocato (ſi opus fuerit) brachij ſæcularis auxilio, ceteraq; omnia, & ſingula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in pręmiſſis, & circa ea quomodolibet fuerint neceſſaria, & oportuna, conſtitutionibus, ordinationibus Apoſtolicis, ſtilo Palatij, & Curiæ, cæteriſque in contrarium quomodolibet facientib. minimè obſtantibus, quorum tenores, ſtatus, & merita cauſæ, pro expreſſis haberi placeat.

Si fuerit commiſſio extra Curiã poterit adaptari præcedens, ob id non repeto.

Commiſſionum formulæ in cuiuſlibet Cap. fine in poſterum appoſitæ erunt.

De Commiſſione appellationis in cauſis beneficialibus,

1
Relatis nonnullis de cauſis beneficialibus in genere, particulariter alia breuiter ſubnectamus, Beneficiales autem cauſas rotales fore, dixit Veſtr. in ſua Prax. lib. 3. cap. 9. num. 1. & 2. vt latius dixi in commiſſione Auocat. Cauſ. & in hac commiſſione ſolet aliquando clauſula dari, non obſtante, quod cauſa non ſit legitimè ad Curiam deuoluta, ea ratione, vt periculum omiſſionis intimationis euitetur, de qua in cle-
2 ment. cauſam de elect. Beneficium autem, ad hoc, vt Eccleſiaſticum dicatur, requirit, quod ſit Eccleſia erecta, & dotata auctoritate Papæ, vel Epiſcopi, & talis, quæ laico ne queat conferri, Cæſ. de Graſ. latè deciſ. 16. num. 2. & 4. de præb. & dignit. Calder. conſil. 4. eo. tit. & aliud eſt Eccleſia, & aliud beneficium, Zabar. in Clem. ne Romani, §. forſan, num. 3. de elect. Eſt autem beneficium ſecund. Ancher. in clem. per litteras, nu. 2. de præb. beneuola actio, gaudium tribuens
3 capienti. Et ad Epiſcopum duplici lege diœceſanæ Eccleſiæ pertinent, nẽpè lege diœceſana, & iuriſdictionis. Diœceſana conſiſtit in recipiẽdo, puta tertiam, oblationem,
4 & ſimilia, Lex iuriſdictionis, in conferendo ordines, viſitando, cauſas auocando, prædicando, inquirendo, corrigendo, excommunicando, interdicendo, ac ſtatuta localia faciendo, vt per Innoc. in cap. 1. nu. 1. & ſeq. de ſtat. Monach. Nonnulla autem de huiuſmodi cauſis beneficialibus demandandis, quando beneficium erit tenue, dixi in commiſſione de offic. Illuſtriſſimi Vice Cãcell. Commiſſio autem in cauſis beneficia-
5 libus contra plures perſonas, ſuper pluribus beneficijs, dummodo in commiſſione ſit expreſſum, vel per R. P. D. Referendarium addito, quatenus vnica gratia, vel ſupplicatione, vigore gratiæ expectatiuę, aut reſeruationis obtentæ impetrata ſit, datur, quamuis in cõmiſſione in Curia ſuper plurib. beneficijs addi clauſula ſoleat, vnica ſupplicatione impetratis, & id fit, propter notarios, ne cauſæ vni ſoli vadant, niſi quando ſunt dependentes, prout quando vnica ſupplicatione, quia idem ius eſt in omnibus, tamen quando per breue extra Curiam committuntur, non additur dicta clauſula.
6 At ſuper beneficijs non expreſſis, neque

expe-

expecificans, non conceditur commissio, exempli gratia, super canonicatu talis Ecclesiæ, in qua plures sunt canonici, persona intrusi, seu possidentis non expressa: nam si secus fieret, daretur maximũ inconueniens, nempè plurimorum ex dicta commissione incerta vexatio, qui, & litibus, & expensis in uoluerentur. Ob id munus erit D. Referēdarij curare, vt claris verbis talis expressio fiat, quod manifeste de corpore beneficij, & cum quo litem agere intendit, appareat.
7 Delentur namque illa verba, omnesq; alios in exequutione præsentium nominãdos, & cognominandos, quando petitur commissio contra A, seu incertam personam, quãuis hodie non detur, neque dari, nisi exprimatur nomen, debeant, etiam super canonicatu, & præbenda, seu particulari præstimonio, si alia sint in eadem Ecclesia, ne plura beneficia in eodem rescripto, in quo non constat de nomine aduersarij reddantur litigiosa: secus autem si appareret de corpore beneficij, puta, quod canonicatus vacauerit per mortem Titij, quia dum esset beneficium certum, daretur talis clausula. Lis vertitur inter A. & B. obtinet A. tres sentētias conformes, vel rem iudicatam, at quando exequi vult, & instat, reperitur C. intrusus,
8 qui appellat, & porrecta sua commissione demandari causam appellationis instat. Quæritur an sit commissio concedenda? & in hoc breuiter distingue, quod aut lite pendente est intrusus, & erit commissio deneganda, aut ante litem erat in possessione, vel intrusus, & eo casu concedenda, quia tunc habebat diuersum ius, cui ante litem sententia illa inter alios lata obesse non poterat, decis. 14. de probat. in nou. Nec si fuerit intrusus lite pendente sufficit, quãdo probat esse in possessione, quia ex causa intentionis agentis, negatiua non probatur, nam possessio opponitur per modum exceptionis contra intentionem in iure communi fundatam, quare talis exceptio, nõ militat,
9 vt in dicta decis. 14. Quando Rotæ Auditor in causa beneficiali interesse habet, cuiuscunque valoris fuerit, si ad euitãdas suspitiones petat illã a Rota auocari, datur multoties commissio, quæ dirigitur alicui Illustriss. Cardinali, vti videmus in simili de Canonico, qui in sui concanonici causa suspe
10 ctus allegari potest, cap. cum R. Canonicus de offic. & pot. iud. deleg. Quamuis talis suspicio, neque cadat, neque cadere possit in sacro illo Tribunali, tot integerrimorum Patrum numero referto, ac Orbis totius primario, vbi ordinariè, cum Dominorum Coauditorum voto, causas videre solent, ac integrè, si ius id dictat contra illos etiam in dubio pronunciare, licet illi Sapientissimi Patres, si clarum ius non foueant, pro eorum parte litibus incumbere nolint, Dumque causa illorum in Rota tractatur, vt libe
11 rius remoto obstaculo præsentię loqui possit, solent exire, reuersuri causa finita, sicut fit in Signatura, & ita tempore fel. record. Pij IIII. fuisse resolutum in Signatura gratiæ, quod tales causæ viderentur in Rota. Quamuis Auditor haberet interesse, testatum vidi, in quadam praxi fide digna antiqui Referendarij, licet Papa æquo animo ta
12 lem resolutionem tulerit, vt ibi asserit. Pariterque si causa beneficialis in partibus cepta erit, iuraturque de perhorrescentia, datur commissio auocatoria, causaque in Curia committitur, vt ibi Vestr. Tamen in hoc non obstante Vestrij assertione, credo sac. Sanct. Conc. Trid. dispositionem fore con
13 siderandam. Si detur casus, quod appelletur in materia cap. si beneficia de præbend, in 6. non habebit tunc locum deuolutio ad Rom. Curiam, ex beneficio, cap. statuimus,
14 vt latè commemorat Oldr. cons. 275. per tot. ad quem te remitto. Lis per mortem vnius ex collitigantibus nõ extinguitur, ob id ea non obstante, remanet beneficium litigiosum, cap. 1. & cap. 2. vt lit. pend. in 6. Mohed. decis. 14. alias 249. de caus. poss. & propr. in impres. & decis. 190. in manuscrip. Sarn. in reg. Cancel. de trien. quæst. 61. circa fin. Vnde in impetratione talis beneficij, de illa mentio fieri debet, Bellam. decis. 102. et
15 si fuerint litteræ in forma breuis pro capiēda possessione nomine Cameræ, alias, &
16 subreptitię, & obreptitię censent, Paleot. decis. 118. incip. Ioannes Michael. Veral. dec. 20. par. 1. Nã quamuis cesset talis mentio, virtute dicti Breuis, non poterit capi possessio, neque capta sustineri, vti attentata, & vitiosa, vt in vna Vrgellensis Archidiaconatus de Andorra, coram D. Pegna Rota censuit, in oĩbus supra narratis 13. Aprilis 1592. Et quamuis per mortem rei lis extinguatur, tamen actor contra interesse putantes tenetur litem prosequi, Cassad. decis. 6. vt
17 lit. pend. Quæro an sententia, vel partis cõfessio in beneficialibus titulum probent? & in hoc distinguēdum censeo, quod aut versamur in petitorio, & tunc nec sentẽtia, nec confessio sufficiunt. ratio est, quia ex Canonica institutione beneficium obtineri debet, non autem ex sententia, vel partis confessione cap. 1. de reg. iur. in 6. Barbat. consil. 10. colum. 2. volum. 3. cap. ex frequentib. de instit.

de inſtit. quod intellige verum, ad probandum titulum: ſecus autem ad illum iuſtificandum, vel coadiuuandum gl. ſing. in cap. ſi duobus in verbo ſi non appareat, de reſcr. in 6. Aut verſamur in poſſeſſorio, & tunc, quia veriſimile non eſt, quod niſi prius viſo titulo aliquis iudicaſſet, talis ſententia, vel partis confeſſio probat, Bellam. deciſ. 578. Fel. in cap. cum venerabilis, num. 1. & 3. de except. Marſil. in Rub. ff. de probat. col. 2. latè
18 Rebuf. cuius eſt dictum in tract. de pacific. poſſeſ. num. 160. verſ. nota. Et actus factus lite pendente, non facit ſtatum, ca. non ſolũ
19 de appell. in 6. Appellatio extraiudicialis, ẽt non intimata, quo ad ſubrogationem, inducit litis pendentiã, Put. deciſ. 109. par. 3.
20 Beneficium dicitur reſeruatum, quãdo Papa manus apponit, ſicuti ſi eſſet etiam ſpecialiter reſeruatum, Gemin. in cap. ſi a Sede, col. 2. de præb. in 6. Aeneas de Falcon. in tract. de reſeruat. quæſt. 4. præſentiali, in 75.
21 effectu. Quo fit, vt beneficium ſemel affectum, ſemper affectum remanet. Conſen-
22 ſus reſignationi præſtitus, ante extenſionẽ reuocari poteſt, vt etiam mandatum procuræ ad reſignandũ, dec. 418. nu. 6. lib. 3. diuerſ. & deciſ. 197. ac dec. 397. & deciſ. 471. vbi latiſſimè, & deciſ. 791. nu. 14. & 15. ead. par. 1.
23 Cotta deciſ. 16. Eccleſiæ appellatione, in fauorabilibus continentur Eccleſiæ collegiatæ, & Conuentus Monachorum, quia non poteſt videri cauſa diuerſitatis, quando eſt materia proportionabilis, quin monaſteria non comprehendantur, Veral. dec. 289.
24 per tot. par. 1. Sed ſi ſcire uis, quæ ſit Eccleſia collegiata quã uis omnis Eccleſia Cathedralis ſit collegiata, & non è contra: illa dicitur, quæ plures canonicos habentes cõe, in ea colliguntur, ac ſigillum habent, vt p Rebuf. ſup. Conc. Franc. in Rub. de collatorib. §. volumus in verbo collegiata, cũ add. quem latè videas. Hoſpitale dicitur publicum, & religioſum, quando conſtitutio, vel deſtitutio Rectoris ſpectat ad Epiſcopum: ſin vero ad laicos, eſt priuatum, & prophanum, Cald. conſ. 4. verſ. Item conſtitutio de relig. dom. Bal. in Auth. hoc ius porrectũ, num. 2. verſ. Sed hic quæro, C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Rom. conſ. 477. num. 8. Felin. in cap. de quarta, nu. 11. verſ. & commiſſio de præſcript. Rot. dec. 725. num. 1. par. 1. diuerſ. vbi etiam, quæ ſint loca religioſa, & pia connu-
25 merat, num. 7. Societas laicorum an dicatur locus pius, Bald. in l. illud, colum. 1. verſ. Quid de eo, C. de ſacroſ. Eccleſ. cum Cong.
26 per Gabr. de pia cauſ. cõcluſ. 1. num. 7. Reo per non ius actoris vincere ſufficit, l. fi. C. de rei vend. Veral. deciſ. 133. par. 3. Remiſſoria
27 non datur in beneficialibus, abſque fumo, & ſequeſtro contra poſſeſſorem, Veral. deciſ. 152. par. 3. ſecus in alijs cauſis ſpiritualibus Mohed. deciſ. 199. Ant. Aug. de remiſ.
28 cap. 1. num. 4. Deuolutio beneficij durante ſuſpenſione Epiſcopi non datur, vt ad aliũ præter, Papam collatio pertineat, c. quia diuerſitatem, de conceſ præb.
29 Electio ad beneficium de digno, digniori omiſſo, facta, tenet, ca. cum olim, de elect. & ita coram S. D. N. Clemente Octauo, Rota cenſuit in vna Toletana canonicatus 18. maij 1584. & poſtea coram Domino Litta. in vna Fauẽtina penſionis de Correllis 8. Ianuarij 1586. & in alia Beneuentana Parochialis, coram Domino Orano 13. Iunij 1590. & in alia coram Illuſtriſs. Arrigonio Rauennatenſis Parochialis, 2. Decẽ-
30 bris 1592. Et ideo ſi Parochialis Eccleſia in concurſu poſita ſit, quando duo ex concurrentibus ad illam æqualiter ab examinatoribus fuerunt approbati, ac vnus eorum poſtea ad regimen ab ordinario electus, ſi alter ſe grauatum fore prætendat, eo quod ſit ſacerdos, dignior, pauper, doctor, abſque beneficio, & ſimili, Rota dixit non eſſe præfatas cauſas ſufficientes: nam licet ſatis conſiderabiles rationes appareant, nihilominus dari poterit, qđ electus ad Eccleſiam regẽdam, & animarum, curam magis aptus, vel idoneus ſit, & quamuis caſus dari poſſit, ꝙ
31 aliquis doctor, ſanctior, & dignior ſit iudicandus, Tamen quia ex alia parte eſſe poterit, quod muneri, cui opponitur, non ſit ſufficiens, nec ita aptus, ideo iſte remanens, de grauamine dare nequit. Vnde Rota electionem factam confirmandam dixit in præfata Beneuentana Parochialis coram D. Orano, & in alia Rauennatenſis allegata, coram
32 Illuſtriſſimo Arrigonio. Commiſſio ſuper Beneficijs conciſtorialibus, litteris non confectis, nõ datur, quamuis vt plurimum Illuſtriſs. Cardinalibus huiuſmodi cauſæ de-
33 mandentur. Sed in alijs dari ſolet commiſſio, litteris non confectis, ſed cum reſtrictiua, dummodo infra tempus ad articulandum expediantur, & niſi in corpore commiſſionis adſit clauſula, quas tamen ante terminum, ad articulandum expedire paratus eſt, quod debet per D. Referendarium addi. Idque fit ſtante regula Cancellariæ prohibente dari commiſſiones ſuper beneficijs, quando litteræ expeditæ non reperiũtur, vt per Staphyl. de lit. iuſt. cap. his ita ge-
34 neraliter, num. 1. In cauſis autem beneficialibus de facili commiſſio appellationis a ſen-

a sententijs latis extra Curiam, & vbique locorum conceditur, & committuntur in Curia, & Rota, quia proprius talium causarum, est forus, licet in commissione causæ super monasterio soleat addi clausula, dummodo non sit concistoriale, quod est verum, quando exprimitur, quod est regulare, & cuius
36 sit ordinis, alias nō? Talia nempè beneficia regularia, regularibus, vti sęcularia, sæcularibus conferuntur, Zabar. in clem. quia regulares, de supp. neg. prælat. Si contingat sub hoc tenore aliquem appellare, Appello ad iudicem competentem, eo casu, nisi ratione incertitudinis, cum plures esse competentes possint, & infra decem dies ad appellandum præfixos, coram quo velit dictam appellationē prosequi declaret, nulliter interposita remanebit, glos. in cap. si is cui, glo. magna de offi. deleg. Alex. cons. 12. nu. 3. vol. 6. & cons. 79. eod. vol. nunc ad alias commissiones transeamus.

SVMMARIVM.

1 *Decreti irritantis, & Clausulæ sublata extensio.*
2 *Clausula scienter, vel ignoranter, quid operetur.*
3 *Signatura Iustitię non cōcedit Decretum irritans, neque clausulam sublata.*
4 *Decretum irritans, & clausula sublata, per quos Principes dentur.*
5 *Decretum irritans, an & quando ignorantes, etiā Apostolicos exequutores liget, & num. 6.*
7 *Decretum irritans, quando ignorantes non afficiat.*
8 *Decretum irritans post publicationem ligat ignorantes, non antea.*
9 *Decretum irritans rescripti conditione non impleta, non ligat.*
10 *Decretum irritans retro habet oculos, nullitatem ab initio operando.*
11 *Clausula secus iudicandi facultate, quid operetur.*
12 *Decretum irritans, & clausula sublata, solum ex pacificata comprehendit.*
13 *Decretum irritans, & clausula sublata semper opponi possunt.*
14 *Decretum irritans operatur, quod iudex ex eo inhabilis, in causa non adsit.*
15 *Decretum irritās, & clausula sublata in rescripto Papæ, aliorum declarationem tollunt.*
16 *Decretum irritans gesta contra eius ordinem, forma, & effectu carere facit.*
17 *Decretum irritans habet in se inhibitionem annexam.*
18 *Decretum irritans vbiquè, vbi de rescripti viribus agitur, capit.*
19 *Decretum irritans, negotij principalis, vbi applicatum fuit, naturam sequitur.*
20 *Decretum irritans, quando inficiat prouisionem Apostolicam, & beneficium.*
21 *Clausula etiam per nos, &c. quid operetur addita Decreto irritanti.*
22 *Decretum irritans tollit vitium subreptionis, & obreptionis.*
23 *Decretum irritans, an tollat dicere de intentionis defectu.*
24 *Clausula sublata secus iudicandi, &c. addita Decreto irritanti, quid operetur.*
25 *Decretum irritans in rescripto ad partis supplicationem, non tollit defectum subreptionis.*
26 *Decretum irritans, & clausula sublata, quando ex actis iustificanda.*
27 *Decretum irritans, tollit quod ignorantia ad effectum nullitatis, excusationem non præbeat.*
28 *Subreptio, stante Decreto irritanti quando cesset.*
29 *Taciturnitas eorum, quæ Principem, à cōcedendo non ammouissent, non est attendenda.*
30 *Decreti irritantis, & clausulæ sublatæ virtus, quando cessent.*
31 *Papa legem sibi imponere non intendit, a qua si velit recedere nequeat.*
32 *Decretum irritans, & clausula sublata, quid sint.*
33 *Oris aperitio contra decretum irritans, & clausulam sublata, laudabiliter petitur.*
34 *Inferior stante decreto irritante, nisi sibi os aperiatur, Principis animum non declarat.*
35 *Decretum irritans, operatur etiam in tertij præiudicium.*
36 *Oris aperitio, ius tertio quæsitum non tollit.*
37 *Papæ successor, gratias ab antecessore concessas, reuocare solet.*
38 *Oris aperitio contra decretum irritans, quando facile concedatur.*
39 *Oris aperitio quid tollat.*
40 *Consensus partium in dependentibus a Principe, inanis est.*
41 *Gratia corruens ex defectu intentionis, facilius reuocatur.*
42 *Oris aperitio, quando deneganda sit.*
43 *Nullatenus verbum habet eandem vim decreti irritantis.*
44 *Clausula summariè, simpliciter, & de plano, quas tollat exceptiones.*
45 *Clausulæ summariè, &c. quas sollēnitates respiciat.*
46 *Clausula nullo iuris ordine seruato, quæ tollat.*
47 *Signatura iustitiæ non rescribit cum clausula summariè, simpliciter, & de plano.*
48 *Signatura iustitiæ solū clausulam summariè prout in beneficialibus concedit.*
49 *Cōmissio cum clausula summariè simpliciter, &c. an seruiat pro omnibus instantijs.*
50 *Clausula simpliciter, & de plano, quid operetur.*
51 *Clausulæ de plano, virtus, & effectus.*
52 *Clausula sola facti veritate inspecta, quid faciat.*
53 *Clausulæ sine strepitu, & figura iudicij, virtus.*
54 *Clausula omni iuris sollemnitate remissa, quid ope-*

De commiſſione Aperitionis oris, Clauſula ſublata, decreti irritantis, & alijs.

1 Irritum, & inane ſi ſecus a quo vis ſcienter, vel ignoranter contigerit attẽtari decernentes, ſublata ſecus iudicandi facultate, Perſępe in reſcriptis Papæ dictæ clauſulæ ap-
2 ponũtur abbreuiatæ, q̃ vt præmittitur extenduntur. Et verba illa ſcienter, vel ignoranter operãtur, ꝙ decretũ omni careat dubitatione, Gabr. lib. com. opi. tit. de clauſ. concl.
3 3. nu. 2. At dictæ clauſulę, vel ipſorũ altera in cõmiſſione Signaturæ iuſtitiæ, oĩnò delẽdæ veniunt, qa illas cõcedere ad ſupremum Principem, ſuperiorẽ, non recognoſcentẽ præter Deũ ſpectat: ob id tribunal iuſtitiæ,
4 qn cõtra reſcriptũ opponatur, tollere neqt Staphyl. de lit. iuſt. in c. cõmiſſiones, nu. 1. iõ ab illis ſolũ dantur. At qa maximè virtutis, & efficaciæ ſunt, ac quotidianæ, iõ ſuccintè de eorũ vi, virtute, & poſſe ſubnectẽda cen-
5 ſui. Primò, ignorãtes illis ligari, ẽt ſi Apoſtolicus exequutor foret, dixere Gabr. alleg. cõcluſ. 3. nu. 1. & 3. dec. Ped. 5. nu. 2. c. dudũ, & c. fi. de pb. Fel. in c. ceterũ, num. 19. vbi Abb. &
6 Dec. de reſcrip. Abb. in c. audita, nu. 3. de reſtit. ſpol. ſe. Pręmiſſa tu declara ꝓcedere, poſt emanatã conſtitutionẽ, dictis clauſulis munitã, quo ad geſtorũ nullitatẽ, & ꝙ pro infectis facta hẽant, non quo ad pęnã, quæ reſpectu cõtrauentionis incurri poſſet, c. ſi beneficiũ, vbi Anch. 2. not. de pb. in 6. gl. in cle. volẽtes, in verbo ex tunc, de hæret. Gabr. loc. cit.
7 nu. 8. Tunc verò nõ ligabũt ignorantes, qñ in reſcripto legati Papæ erunt appoſita, vt
8 ibi Gab. nu. 9. Sed ꝑmiſſa ſubdeclara, ignorãtes afficere qñ fuit publicata, & non ante.
9 Quare cõdictione in reſcripto, ſiue Apoſtolica cõſtitutione inſerta, nõ impleta, neq; purificata, aut ante illius euentũ, nullius erunt momẽti, Put. dec. 281. nu. 3. p. 1. quia ꝑdictæ clauſulæ eandẽ naturã, & condictionẽ ſortiunt, q̃ principalis cauſa, & diſpoſitio, cui adijciũtur, idẽ Put. latè dec. 1. nu. 1. & ſeq. p. 1.
10 Pariſ. conſ. 79. nu. 18. vol. 4. Facultateq; adimunt iudicandi præter eorũ tenorẽ, ac omnib. os claudũt, & nec dictis, vel factis aliqd cõtra fieri põt, donec, & quouſq; per Papã os aperiat, Pariſ. conſ. 88. nu. 7. & cõſ. 41. nu. 31. vol. 4. Veral. dec. 134. nu. 4. p. 3. Zabar. in c. qa diligenter, q. 3. de elect. Gundiſ. de Villa Diego, olim Rotæ Auditor, in tract. de legat. q. 7. nu. 32. Put. deciſ. 50. nu. 5. par. 1. Pariſ. conſ. 55. nu. 133. & cõſ. 138. nu. 7. vol. 4. Ruin. conſ. 21. nu. 15. vol. 1. dec. Ped. 5. nu. 9. Et ſi in reſcripto, vbi adeſt clauſula vocatis vocãdis, dicta decreta apponãtur, niſi clauſula adimpleatur, ceſſabunt, Veral. deciſ. 251. per tot. par. 2. habetq; retro oculos, ab initio nullitatem operando, & non ſolũ ſententiæ, ſed rei iudicatæ exequutionem impedire ſuffi-
11 cientes erunt, Caſſad. ſup. reg. Cancel. deciſ. 12. num. 4. & ſeq. Sarnen. in reg. Cancell. de Annal. poſ. quęſt. 5. prop. fi. Diuerſ. deci. 106. num. 3. parte ſecunda. Sed ſupradictæ clauſulæ tantum ad expecificata reſtringuntur deciſ. 300. parte tertia, diuerſ. & licet de illis

lis coram iudice appositum minimè sit, tamen quandocumque opponi potest, quia est impedimētum reale iurisdictionem impediens, & ad iudicandum iudicis personā per Papam absque eo, quod aliquid oppona
14 tur, vel excipiatur, inhabilis effecta est, ob id, & processus, & omnia inde sequuta nulla remanent, Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de prolat. sent. §. iuxta vers. Item est nulla ratione litigatorum, ac versic. Et est excommunicatus, latè Dec. cons. 275. numero secundo, versic. Sed præmissis minimè obstantibus, Alex. in l. 1. §. sublata, num. 1. &
15 2. ff. ad Trebel. Rot. Ianuen. decis. 180. numero octauo, ob id, quia in omni iudicio requirit iudex, actor, & reus, cap. forus, de verbor. signific. si dicta clausula iudicem tollit, & eius iurisdictionem, corruit iudicium, Rota coram D. Pegna in vna Calaguritana confidentiæ, 5. Iunij 1592. vbi etiam tenuit,
16 quod Bullis fel. record. Pij IIII. & Pij V. super confidentijs, nullum ex tali clausula illatum sit præiudicium, & quod nullitatem gestorum contra formam rescripti, vbi posita sunt, operentur. Colligitur pariter in cap. si postquam, de elect. in sexto. Sarnen. in Reg. Cancel. de trien. quęst. 51. nu. 3. & in Regul. de Annali, quæstione 4. num. 3. Gab. dicta conclus. 3. num. 56. in 11. effectu Cels. Io. cons. 46. num. 5. Franc. March. dec. 1554. numero primo, parte prima, Cassad. decis. 12. numero 7. sup. Reg. Cancel. Put. decis. 180. parte tertia, & tenuit Rota coram Domino Lita, in vna Oscensis indulti Lune 1. Iunij 1598. Et quando Papa constitutiones, statuta, decreta, & alia ab inferioribus gesta, cum decreto irritanti, & Clausula sublata cōfirmat, inferioribus, illorum declarationem adimit. Imol. in l. ex facto, ff. de vulg. & pup. Bald. in c. ea quæ, de re iud. Felin. in cap. cum accessissent, num. 7. de constit. Ias. in l. non dubium. col. 4. C. de legib. Ro. consil. 260. Et adeo afficit omnia, quæ contra eorum tenorem gesta sunt, & sequūtur, quod neque iuris formam, neque effectum habent, cap. si ex tempore vbi Doct. de elect.
17 in 6. Cassad. decis. 1. nu. 7. de restit. spol. Habet autem in se tale decretum irritans annexam inhibitionem, Cassad. dec. 2. nu. 6. eod. tit. Lancel. de attent. pend. temp. ad appel. c. 10. nu. 28. Sicut vice versa inhibitio implicitum decretum, quia aliquid inhibuisse, & irritum decreuisse, absq; inhibitione expres
18 sè legislatori sufficit. Extenditurq; tale decretum, & vbiq; locum habet, quā de cognitione, & viribus rescripti, super quo imposi
19 tū est, agi contingat Borgn. Caualc. dec. 21. nu. 77. & dispositionem principalis negotij, cui applicatū fuit, sortitur, vt bene Put. dec. 1. nu. 1. & seq. p. 1. Paris. cons. 79 nu. 18. vol. 4. Inficit vlterius tale decretum prouisionem Apostolicam, si in indulto sit appositū, Put.
20 dec. 305. p. 1. Præterea afficit beneficiū, qđ conferri alteri minimè possit, c. dilecto, de præb. c. si eo tempore de elect. in 6. Ias. in l. non dubium, nu. 8. C. de legib. Fel. in cap. cæterū, col. 11. de rescript. & in c. cum accessissent, nu. 7. de constit. Barbat. in clem. 1. nu 9. in fi. de elec. Sicut etiā inficit titulum, & possessionē, ac omnes effectus illius tollit, dec. 189. nu. 4. par. 2. diuers. & titulū, & possessionem discolorat, Lancel. de attent. pend. tēp. ad Appel. c. 10. nu. 29 Cassad. sup. reg. Canc. dec. 11. nu. 1. & dec. 1. de restit. spol. Bellam.
21 dec. 335. Non aūt comprehendit Papæ authoritatē, quando prouenit a legatis Sedis Apostolicæ, nisi adsit verbum illud, etiam per nos, &c Quia verba decreti, de quacūque authoritate loquentia, ad concedentis, vel loquentis personam non trahuntur; neque ad tam excessiua, & vero non similia, sicut esset illa extendere ad Papę concedentis personam, Crau. cons. 3. nu. 18. & seq.
22 Paris. cons. 27. vol. 4. Sed an talia decreta, vel Clausulæ tollāt, quin de subreptione, vel obreptione concessa impugnari possint, quæro: Circa quod breuitatis causa dico, si reperitur illis alia Clausula addita, quod minimè de subreptione, vel obreptione concessa impugnari valeāt, eo casu nisi præuia oris aperitione, de præmissis dari non poterit, Put. decis. 377 post nu. 1. par. 3. & melius decis. 213. par. 2. ac in eadem sententia nuper Rota de-
23 uenit coram Domino Pamphilio, in vna Pampilonensis Archidiaconatus 19. Maij 1593. Nam sæpè per occupationem, siue importunitatem multa extorquentur a Papa, vel Principibus, quæ matura deliberatione minimè retorquerent, Sarmien. select. sent.
24 lib 2. cap. 14 num. 10. Satis autem de sua voluntate manifestè apparere Papa ostendit, quando ex defectu intentionis, neque notari, neq; vitiari concessa vult. Paris. cōs. 11. nu. 9. vol. 1. & ita dixit Rota coram D. Seraphyno Decano, in vna Calaguritana iurisdictio-
25 nis 30. Maij 1580. At si desint illa verba, qđ de subreptione, &c. tunc non impeditur, quin de illis dari possit, quia hac secūda clausula deficiente, non sunt decretum irritans; & clausula sublata adeo efficacia, sicut quā do adsunt, Gabr. loco cit. numero 2. & id pluries censuit Rota: nam narratis veris existentibus intelligitur, capitulo secundo, de rescript. ac postea ad partis postulationē

tanquam acceffloria, eandem recipiunt interpretationem, Dec.conf.142.num.9. in fi. & eo cafu fecundum iuris difpofitionē debent interpretari, quia in dubio, ea Papæ intentio præfumitur, quæ de iure effe debet, cap. caufam in fi. verfic. interpetratio, de refcript. & maximè fupradicta procedunt, quando fubreptio eft detecta, Abb. in capitulo primo, numero octauo, de confirmat. vtil. vel inutil. & Rota in fupra alleg. decif. coram Domino Rubeo. At fi ad partis fupplicationem conceffa talia decreta reperiūtur, non erunt fufficientia præfatas tollere obiectiones; dico fubreptionis, Put. decif. 203. parte fecunda, & ita Rota dixit in vna Calaguritana decimarum coram Domino Rubeo, 30. Maij 1580. & recipiunt eandem interpretionem, quod refcriptum ad poftulationem obtentum, Dec. dicto conf. 142.
26 numero nono. Claufulæ fupradictæ, quando nulliter, vel iniufte afferuntur conceffæ, quæ iniuftitia, & nullitas ex narratiua mouente animum Papæ ad concedendum felicitur. Vital. in clement. prima numero decimofeptimo, in fi. de probat. femper ex actis, maximè Claufula, Sublata, iuftificandæ veniunt, alias dolosè reputabuntur, vt ibi Vital. Ioan. Andr. in capitulo primo, de lit. cont. in fexto, Felin. in cap. conftitutus, numero primo, & feptimo, de refcript. Eaque nō purificata, gratia corruit ex defectu intentionis, quia non intendit Princeps alteri ius tollere, l. 2. §. merito, & §. fi quis a Principe, ff. ne quid in loco pub. & fi tollit, circumuentus præfumitur, Felin. in cap. cum olim, columna tertia, & quarta, de re iud. dato etiam, quod ad piæ caufe fauorem refcribat, Alexand. in l. pactum, quod dotali, columna fecunda, C. de pact. Iaf. in l. fi. columna fexta, C. de conftit. princ. Abb. in dicto cap. cum olim, numero decimoquinto, Ruin. conf. 215. numero decimonono, volumine primo, Caffad. decifione tertia, numero quarto, de penf. Neque in hoc adiumento funt; Dec. conf. 142. in fi. Parif. conf. 79. numero vigefimoquinto, volumine quarto, Abb. in dicto cap. quia circa, columna prima, de confanguin. & affinit. Gabr. loco citato, conclufione fecunda,
27. numero trigefimotertio. Operantur præterea dicta decreta, ne ignorantia vllo modo ad effectum nullitatis iuftam caufam exclufionis afferat, capitulo primo, verfic. adijcebatur infuper, de concef. præb. cap. fi eo tempore, vbi glo. in verbo fi ignoranter, de elect. in 6. Alexan. confil. 9. poft princip. verfic. nec obftat dicta claufula, volumine quinto. Sed tunc fubreptio ceffat ex
28 fcientia in genere, quando alicuius præiudicium fciuit, aut cogitare de illo potuit,
29 Caffad. decifione prima, de priuil. Præterea eorum taciturnitas, quæ expreffa non remouiffet Principem, aut illum difficiliorem nō reddidiffet ad gratiā, non vitiat, fec. Innoc. in cap. cum in noftris, numero tertio, verf. litterarum, de concef. præb. Calder. confil. decimoquarto, numero tertio, de refcript. Bellam. decif. 4. Fel. poft alios in in d. c. fuper litteris, num. 8. de refcript. Rota coram D. Pamphilio, in vna Ofcenfis ca-
30 nonicatus Mercurij 5. Nouembris 1597. Et dictarum claufularum efficacia ceffat, quando venire contra illas Papa intēdit, aut Motu proprio, aut ad partis inftantiam, vt ibidem Gabr. nu. 5. Fel. in cap. conftitutus, nu.
31 7. de refcript. Ratio vrget, quia fibi non poteft Papa legem imponere, vel præfigere, a qua fi velit, refilire non liceat, ca. propofui, de concefs. præb. cap. fi. de refcript. in fexto, cap. innotuit, de elect. l. digna vox, C. de le-
32 gib. Parif. d. cōf. 11. nu. 5. & 6. vol. 1 Quia tam decretum irritans, quam ceteræ claufulæ fimiles derogatoriç, nihil aliud funt, quā proteftationes, & tales, quæ femper aliquod impedimentum extrinfecum, vel fufpitionē maioris Imperij, potentiæ, timoris, vel alterius rei, quæ plenam libertatem impediant, præ fe ferunt, quibus aliquis ab aliqua impediente neceffitate, vel obligatione fe liberare, vel eximere prætendit: ideo vix in lege confiderari poffunt, quin illa irritandi facultatem legislator non habeat: vnde cum legi, conftitutioni, vel ftatuto adijciantur, reuocari poftea, fi libuerit concedenti, ex relatis poterunt, latè Sarmien. felect. fent. libro tertio, capitulo decimoquarto, nu-
33 mero nono: Ideo laudabilis in hoc pariter, vt in cæteris omnibus rebus, Romanæ Curiæ confuetudo inoleuit, vt quam primum de præfatis Decreto, & claufulis innotefcat, non ante in caufa prudentes iudices procedant, quam per S. D. N. Vel eius Signaturam gratiæ, os aperiatur, decifione decima octaua, incip. coram eifdem inter
34 Mifcellaneas. Quia inferior fuperioris declarere mentem nequit, donec ad effectum eam impugnandi os aperiatur, Felin. in cap. fuper litteris, numero feptimo, verf. Deci-
35 ma regula, de refcript. Taleque decretum ob refcripti reuerentiam; quamuis contra regulam fit, in tertij præiudicium pariter operatur, Gozad. confilio decimoquarto, numero decimonono, Crau. confilio 296. nu. 2. Dec. conf. 10. in fi. Alexand. conf. 125.

nu.4.

nu.4. vol.2. latè Borgn. Caual. decis.71. nu. 74. & seq. Vnde quotidie cōmissiones porrigi in Signatura S. D. N. videmus, in quibus agentibus os clausum virtute prænarratarum clausularum, vt contra illas, & obijcere, ac sua iura deducere possint, aperiri supplicatur, quod pernecessarium fore, dixit Paris. cons.3. num.84 volum.4. decis.337. in fi. par. 2. Diuer. Rota coram D. Robusterio, in vna Tirasonensis decimarū 8. Octob. 1586.
36 Et quamuis os aperiendo aliquando gratia alicui concedatur, non ob id tollitur ius tertio quæsitum, Curt. iun. cons.1. num.22. versic. Quarta conclusio. Sarnens. super Reg. Cancell. reg. de non toll. iur. quæsi. quæst. 46. Veral. decis.128. numero quinto, parte
37 prima. Principum successorum, quibus, vt plurimum in similibus supplicatur, munus est gratias tempore antecessoris exhorbitāter emanatas reuocare, vt dixit Gemin. cōsil. 53. similis ceu reductioni ad viam iuris talis oris aperitio videtur, ne potestate Principis alicui inaudito præiudicium inferatur, siue ius tollatur, Sarmien. libro primo, select. sent. cap.8. num.12. Gemin. d. cons. 53.
38 Quando ex defectu intentionis rescriptum corruit, oris aperitio ob tertij præiudicium, si factum, de quo agitur validum præsupponitur, vel simile, de facili conceditur, Abb. in cap. cum olim, num.15. de re iud. Cassad. decis.3. num.4. de pens. Gig. de pens. cap. 9. num.4. Card. cons.96. Rimin. cons.215. sub num. 19. volum.1. Gabr. loco cit. num. 52. Et datis præmissis, corruūt quoque per cōsequens aliæ clausulæ, videlicet, sublata, ac quod de subreptione, vel obreptione dici nequeat, Bart. in l. fi. sub num. 4. versic.
39 Secundo casu, C. sent. resc. non poss. Dec. cons. 242. in fi. Paris. cons. 79. numero primo, 25. & 40. volumine quarto. Et de subreptione, oris aperitionem petendo, etiā si partes supplicassent, dici pōt Rota corā Domino Seraphyno, in vna Cōpostellana pen
40 sionis, 15. Martij 1585. Consensus etenim partium in his, quæ pendent a Principe, nihil operatur, Cassad. decisione quarta, ante fin. de pens. neque gratiam nullam validare partes possunt, Abb. in dicto capitulo olim, post num. 9. de re iud. Peregr. decis.
41 152. libro primo. Et gratia ex defectu intentionis corruens, facilius reuocatur, Ioan. Andr. in capitulo si motu proprio de probat. in sexto, Abb. in cap. quo circa, numero septimo, de consanguin. & affinit. Ruin. cons.132. numero decimonono, volumine
42 tertio. Deneganda tunc oris aperitio erit, quando calumniosè peteretur, quia cum lis ritè iam sit extincta, ac Papa voluit, & potuit omnia supplere, non debent concessa amplius discuti, vel in dubium refricari, quando in medium nulla iusta affertur ratio, l. omnium, vbi Doct. C. de testam. Cardin. in clement. 2. numero octauo, de re iu
43 dic. Præterea te non lateat, quod si in rescripto Papæ reperiatur verbum nullatenus, eiusdem erit vigoris, quod decretum irritans Gig. de pens. quæst. 10. num.10 & vndecimo, Felin. in cap. cum accessissent, columna quarta, versic. Idem etiam nota, de rescrip. Ias. consil. 7. columna prima, Alex. cons.51. volumine tertio, Imol. in clem. 1. numero vigesimo, versic. Ex hoc not. vbi Card. in §. si quis autem, numero sexto, Vital. numero nono, de seq. posses. & fruct. Ias. alios congerens in l. scriniarios, numero nono, C. de testam. mil. Gram. consilio tertio, numero decimotertio, Felin. in cap. ex litteris, num. septimo vers. in quinto casu, de constit. Rota Diuers. decisione centesima quadragesimanona, numero quarto, parte secunda. Istis itaque sic breuiter narratis, nonnulla de quibusdam alijs clausulis, quæ in Principum rescriptis apponi so-
44 lēt, breuiter dicamus. Clausula summariè, simpliciter, & de plano, ac sola facti veritate inspecta, omni, & quacumque appellatione remota, de qua latius suo particulari capitulo verba sum facturus (Deo dante,) quæ frequentissima est in rescriptis, ex Deuteronom. deprompta videtur, capitulo decimotertio, ibi quære solicitè, & diligēter, rei inspecta veritate, si inueneritis certum, &c. Istæc nanque clausula partis exceptiones, & merita causæ respicientes, nequaquam tollit, vti neque negotij veritatem, etiam si aliam habeat clausulam annexam, nulla iuris, seu statutorum sollemnitate seruata, prout, & sicut ipsis videbitur, & placebit: immo licet detur in rescripto summariè procedendi facultas, nihilominus si consentiant partes, via ordinaria procedi valebit, Felin. in cap. cum dilecta, numero octauo, de rescript. Et dicta Clau-
45 sula tantum ordinem processus respicit, Vant. in Tract. de nullit. tit. quid sit nullit. & vnde dic. nu.29. & in tit. quot. & qb. mod. nul. prop. pos. nu.127. & 128. Curt. iun. cons. decimonono, numero sexagesimosecundo, & 63. volumine tertio, Alexan. cons. 80. num.8. volum.4. Rim. iun. cons.237. volum. tertio. Ac pariter sollemnitates ordinis iudicialis, quas Princeps seruare non tenetur, tollit. Natt. cons.551. num. 13. & sequent. vtque refert Lancel. de Attent. in præfat. pri

mæ partis,num. 45.& 46.Quando adeſt alia
46 Clauſula, nulla iuris ſollẽnitate ſeruata, tollit etiã ordinem a iure ciuili inductum, qđ ſecundum ius gentium iudex procedere,& ſeruare tenetur, etiã in cognoſcendo, vt ibi num.47. immo, qui de plano procedere valet,de facto procedere non poterit, cap. ſæ-
47 pè de verb. ſign. Dicta Clauſula non datur in Signatura iuſtitiæ, ob id ſi aderunt in cõmiſſione dicta verba,delenda erunt, quia a ſolo ſupremo Principe cõcedũtur. Nec poteſt, aut debet Signatura iuſtitiæ cõcedere, ſeu derogare, quod termini de iure ſeruari ſolent, nõ ſeruẽtur,bene Signatura iuſtitię
48 intactam relinquit clauſulã,ſummariè prout in beneficialibus,de qua larè dixi in commiſſione appellationis in ſupradicto verbo, & qđ importet, & operetur,ne bis idem repetam, ibi te remitto: & plura de Clauſula ſummariè, ſimpliciter, & de plano, congerit Alex.conſ.6.vol.3. Rom.conſ.20. Socin. conſ.12.num.5.vol.2.Corn.conſ.443. vol.4. Iaſ.in l.certi condictio,§ nummos,num.32. ff.ſi cert.pet.Fel.in c.dilecti, de iud.

49 SEd quando ſemel data ſit commiſſio cũ Clauſula ſummariè, ſeruit pro omnibus inſtantijs, Caſſad. deciſ.8. num.1. de reſcript. Veſtr.in ſua praxi,lib.5.cap.2. num.1. ratio eſt, quia licet ſit ſecũda inſtantia, ſicq; diuerſa, tamen eadem eſt cum prima, & proceſſus cauſæ appellationis,non debet eſſe magis rigoroſus, immo minus proceſſu cauſæ principalis, cap. per tuas de appell. eo qua Iudex appellationis, in primũ iudicis locũ ſuccedit: ideo ſuam repræſentans pſonã& in cauſa ſucceſſor vocatur,Bellam. dec. 41. Quare ab initio cauſa exiſtente ſummaria, non poteſt amplius naturam in cauſa appellationis mutare,latè Præpoſ.in rubr. de appel.nu 72. Et clauſulę,in prima cõmiſſione appoſitę,cenſentur etiã in ſequentib. commiſſionibus inſertę,ac repetitæ, vt Bellam.ĩ d.dec.& dec.525. Vt in ſimili dicimus de cauſa ſemel effecta appellabili, quæ ſemper eſt appellabilis de iure. Achil.deciſ.8.de appel.Veral.in manuſcript. deciſ. 921. lib.1.
50 At ſi aderit pariter verbũ ſimpliciter,operatur,ꝙ ſi reus de iudicio ſiſti cauere, ſi immobilia poſſidet nihilominus teneat, & quod iudex nõ admittat probationes poſt lapſum terminum, neque cumulationem,Iaſ. in l. Iulianus,& in l.fi. ff.qui ſatiſd. cog. Feli.in c. licet cautam,col. 11.verſ. Limita quarto de probat.Curt.iun. in l.edita, num. 213. C. de eden. Alciat. in l.1.§.ſi quod ſimpliciter,nu. 71.ff.de verbo.ſign. Verbum autem de plano ſubſequens, operatur, quod virtute ipſius,etiam in die feriata, dum modo non in Dei honorem,iudex procedere poſſit, Fel.
51 in cap.olim,num.5. de accuſ. Clauſula ſola facti veritate inſpecta, dat iudici facultatem tam ex ſe, quam ex officio interrogandi teſtes, ac illos repetẽdi eodem modo,quo fit inſtante parte, etiam ſi in cauſa ſit concluſum. Maran. de ord.iud. par.4.diſp.9.num. 30. & alia operatur,de quibus in dec. Ped. 1. num.10.& ſeq. vbi nu.12. hanc Clauſulam, exceptiones de iure tertij non admittere,dato quod iuris agentis ſint excluſiua dicit, ne
52 que reprobationem perſonarum, vel teſtium, ac ſi ponatur in commiſſione; ſine partis citatione impetrata, tacito, quod fuerit abſens,nõ annullat reſcriptum, Bellam. dec. 22. & in ſecũda inſtantia durat Bellam.
53 deciſ.526. Cl'a ſine ſtrepitu,& figura iudicij ab oĩ forma, & figuris per ius ciuile ĩtroductis,iudicẽ liberat,adeo ꝙ iuris gentiũ tantũ ſollemnitates, vel naturali ratione introductas,ſeruare tenetur,& quo ad Clauſulã omni iuris ſollẽnitate remiſſa, quæ ſimilis, &
54 idẽ eſt, cũ clauſula iuris ordine nõ ſeruato, loquitur Corn. conſ.244. nu. 2. vol.4. quæ p inferiorem a Principe non conceduntur, ni
55 ſi facultas particulariter fuerit impetrata, quia ſunt ſignũ ſupremę iuriſdictionis, ac Dominij penes ipſum exiſtentis, vt in d. deciſ.Pedem. Vnde an in ſuis reſcriptis Legatus illis,vti poſſit,remitto te ad Gabr.eo.tit.
56 de clauſ.concluſ.6. Sed quando aderit dicta clauſula,ſimul duo termini aſſignari valebunt, videlicet ad videndum articulos admitti,qui ſunt de iure partis, quatenus de iure admittendi veniant, & poſtquam admittendi videntur, ad videndum teſtes ſuper eis recipi.Bellam.deciſ.661.De clauſulis ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus,ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,remitto te ad relata per Pariſ.conſ.19. n.21.& 46.cũ ſeq.vol.1. & qđ ius tribuat dicta clauſula,vel tollat,vide eũd. Pariſ. cõſ.6. & 16.nu.24.& ſeq.& conſ.74. nu.55.vol.4.

57 SOlet pariter in pfatis reſcriptis legib. & ſtatutis derogari,ſub his verbis,legib⁹& ſtatutis in cõtrariũ facientib. minimè obſtãtib. Circa ꝙ breuiter dico,ꝙ ad illorũ obſtaculũ tollendũ p dicta verba gñalia mẽtionẽ facere ſufficit,ideo qñ derogãt legib.& conſtitutionib. habentib.alias clauſulas derogatorias,non tollunt,niſi facta de illis particulari mentione, qua omiſſa videtur,quod in diſpoſitione contraria voluntas deficiat, vt per Sarnenſ. loco cit.num.2.& ſeq. Licet ex clauſula quorum tenores (vt dixi in com. appel.Ro. Cur.) p dicta verba, ſint ſublatè,

per

per cōſ. But. 2. ſub qua clauſula, & plauſtra, & boues veniunt, vt ibi Sarnen. in fi. qui late in præfato ca. de Conciliorum derogatio
58 ne, etiã ſi tacite in actu, vel reſcripto nō nominẽtur, meminit, quem videre poteris ac Abb. in cap. ſignificaſti nu. 3. & 23. de elect. Et quid tales clauſulæ derogatorię in literis Apoſtolicis operentur, tradit Feder. de ſen. conſ. 233. quibus ampliſſimis, ac pręgnãtiſſimis verbis refertis, quotidie praxis vtitur, ex quibus omnes difficultates, & obſtacula tolluntur, vt ibi dixi, & ob id, hic prætereo. Apponitur etiam creberrime in huiuſmodi
59 reſcriptis alia clauſula, per nos, vel prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices emanatas, nam quia Papa difficilius derogat cōceſſis ab anteceſſoribus. Ro. cōſ. 322. n. 4 Fel. in cap. nonnulli. num. 10. de reſcrip. ideo, vt ſic conceſſa cenſeãtur ſublata vna cum effectu gratiæ, vel reſcripti, veniunt talia verba apponenda. At quando non tollit, ſed tantum differt, tunc nō cenſetur ſublata per dictam clauſulam, quæ ſenſum in ſe habet, videlicet, quibus noſtra gratia impediri poſſit, Vtque validior talis derogatio, ſed quan
60 do derogari ſtatutis contingat, additur alia clauſula, etiam iuramento firmatis, quia alias non tollerentur niſi additis pręnarratis verbis, vt late diſcutit Felin. in cap. nonnulli num. 10. per multas columnas, de reſcrip. Diſpoſitio etenim derogatoria, nec actū iuratū, nec Papę conſtitutionem, ſiue ſtatutū tollit. Vnde ponũtur iſta de cauſa verba per nos, & ſedem Apoſtolicam, vel anteceſſores noſtros, vt dixi, Rom. Sing. 7. Gloſ. in c. cum nō decent de elect. in 6. Rom. in Repet. l. ſi vero §. de viro in 23. fallen. ff. ſol. matr. Alex. conſ. 27. nu. 25. vol. 2. cum late cong. per Rebuf. in concord. Franc. in for. mand. Apoſt. ſuper verbo iuramẽta. Pręmiſſis etiã
61 derogatur, ſi alia clauſula apponi cōtingat, de plenitudine poteſtatis, de qua late Felin. in d. c. nonnulli, num. 8. multa ad hunc propoſitum cumulat, quæ ſec. Pariſ. conſ. 15. num. 64. vol. 2. de mente Oldr. conſ. 287. ſupplẽt adeo omnes deffectus, quod de viribus eius amplius diſputari nequit. Neque actus ita geſti de poteſtatis plenitudine ſubijciuntur poteſtati regularum iuris, quare contra tales actus nil, quod gratiam tollere, vel anichilare poſſit, opponitur. Frãc. de Curt. cōſ. 55. & conſ. 59. actumque alias nullum, ac inualidum confirmat, vt bene Gab. d. titu. de
62 clauſ. concl. 1. & concl. 5. Clauſula manu regia, an in ſimilibus reſcriptis poſita tollat remedia appellationis, tradit latet Dec. in c. Paſtoralis nu. 17. & 18. de Appel. vbi alia de præfata clauſula ponit. Corroborantur Apo
63 ſtolica reſcripta prope finem alia clauſula, ſe Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli indignationem nouerit incurſurum, Ideo ſec. Rebuf. in Trac. nominat. q. 19. num. 8. verſ. ſexto, operatur quod Papæ indignationem incurrens, debeat feudo, quod ab illo obtinet, priuari, vti pariter ſi beneficia eccleſiaſtica poſſideat, Feli. in c veniens. col. 1. de preſcri. Soci. conſ. 87. col. 3. vol. 3. Dero
64 gatur tandem multis, puta Priuilegijs, ac indultis, Nam ex tali derogatione non augetur gratia, ſed tantum Princeps circa conceſſa, intentionem declarat, Felin. in d. cap. non nulli num. 27. concl. 15. Bal. in l. inquã col. 8. ſuper verbo, ſed & pone quidem C. de fi-
65 deicom. Alex. conſ. 198. num. 8. vol. 2. At talis clauſula indultorum derogatoria, Cardinales nō comprehendit, Put. deciſ. 93 par. 3. niſi de ipſis Cardinalibus ſpecialis mentio fiat, Put. deciſ. 190. nu. 1. par. 3. & deciſ. 500. par. 2. Achil. deciſ. 3. de priuil. Et ne de omnibus indultis particularis mentio fiat, praxis annectenda præmiſſæ clauſulæ aliam duxit,
66 etiam ſi de illis, & illorum tenore ſpecialis, & indiuidua, de verbo, ad verbum facienda eſſet mentio, quo etiam fit, vt ſubreptio, ac Principis intentionis deffectus tollatur, Quia licet inualidum eſſet reſcriptum, puta contra collegium, religionem, perſonam miſerabilem, ſiue alias priuilegiatam, niſi ſpecialiter exprimeretur. Innoc. & DD. in cap. ſignificantibus, de offic. deleg. tamen mediante hac clauſula Papa intelligit derogare cuicunque priuilegio, & ſtatuto, etiam requirenti ſpecialem, & indiuiduam men-
67 tionem. Card. in conſ. 136. col. 4. Quamuis, quo ad priuilegia expreſſa in corpore iuris, niſi addita clauſula, etiam in corpore iuris clauſa, pręmiſſa non procedere, per ea, quæ retuli, in commiſſione auocat. cauſ. loquẽdo in materia l. vnic. C. quan. Imp. int. pup. & vid. credam, vt ibi videre poteris, licet per dicta verba, Gomeſ. in proh. reg. Cancel. 96. regulis præfatis, de quibus ſpecialis mentio fieri debet, derogatum non fore afferat, etiã quod in dictis regulis tollatur earum dero-
68 gatio per clauſulas genereles, niſi accedat ſpecialis mentio apertis verbis, Regulis cancellarię non obſtantibus, quia tunc omnibus cenſetur derogatum, per quas gratia impediri poſſit, vt ibi Gomeſ. q. 5. Sed regula
69 de iure quæſito non tollendo, non tollitur ex pręmiſſis generalibus clauſulis, etiã quantumuis efficaciſſimis, & pręgnãtiſſimis, niſi dicatur regula etiam de iure quæſito non tollendo, minime obſtante, Put. deciſ. 265. num.

num. 2. & 3. par. 3. nam iusquęſitum adeo in contractum tranſiuit, quod poſtea per no nas emanatas literas ſublatum nō cenſetur, But. in cap. 1. nu. 66. de conſt. in 6. late Rom. conſ. 232. num. 14. & 16. quamuis præfatę regulę non ſit neceſſaria derogatio, niſi quā do vere, & perfecte ius radicatū ſit. Put. dec. 164 par. 2. deciſ. 759. num. 4. diuerſ. parte 1.
70 Vnde priuilegium conceſſum, à Principe ſuo ſubdito per viam contractus nō poteſt, dato quod idem Princeps illud confimauerit, reuocari ſine cauſa, adeo manet illo ligatus, quod fallit, ſi plenitudine poteſtatis vti voluerit, vt abundè Pariſ. d. conſ. 10. nu. 52. 53. 115. & 125. cum ſeq. vol. 1. Sed præmiſſa procedunt in Principe ſuperiorem nō recognoſcente, quando ſuprema vtitur authoritate, diſponendo, vel abrogando. Vnde
71 Papæ ſic volenti, nemo poteſt dicere cur ita facis, neque ipſum impedire, quin abſoluta poteſtate à Deo ſibi tributa, per illa verba, quodcunque legaueris ſuper terram, erit ligatum, & in cælis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cælis, ipſe vtatur: quæ verba exprimuntur per ſtatuta, vel pręcepta, vt per Innoc. in ca. quanto de conſuet. Abb. in cap. licet de elect. quamuis de claue diſcretionis non errantis intelligantur, cap. miror 14. q. 1. Hoſt. in c. quanto
72 de transl. pręlat. Innoc. in cap. quanto nu. 2. de iur. iur. Vbi de claue diſcretiōis loquitur, & ideo duæ ſunt claues, quia ex eis poteſtas ab vna, & diſcretio, ſiue ſcientia ab alia, quarum vna abſque altera, parum valere ſignificatur cap. 1. cum ſeq. 20. Diſt. cap. fin. de exceſ. prælat. Abb. in cap. ſignificaſti ſub num. 2. & 3. qui loquitur de potentia illius. de elect. Poteſt Papa quadrata rotūdis ęquare, ſalua fidei integritate, quamuis contra ipſam ſtatuere, Hoſt. in cap. cū veniſſent de iud. cap. ſunt quidam 25. q. 1. cap. lector 28. diſt. cap. præsbiter. 82. diſt. ac contra ius,
73 & concilia diſponere: Habet autem Papa omnia iura in ſuo ſacro pectoris ſcrinio, cap. 1. de conſt. in 6. quod eo magis verum eſt, propter præſtantiſſimos viros, qui ei aſſiſtūt, ac aſſiſtere ſolent, & debent Abb. in ca. cū ex literis, de in integ. reſt. At in beneficialib. habet liberā, & ampliſſimam facultatem, & poteſtatem, quamuis ad publicam vtilitatem beneficia ſint conſtituta, ſed non ita abſolute, vt omnium beneficiorum Dominus dicatur, licet aliqui potius adulantes velint. vnde Sanctiſſimus ille Pont. toto æuo laudibus extollendus, Pius V. eam promere ſententiam ſolebat, quod, & Sanctitas ſua, & cæteri Ro. Pontifices, non domini beneficiorum, ſed diſpenſatores profitebatur vt late per Sarmien. ſelect. ſent. lib. 1. cap. 8. nume. 24. circa med. Clauſula pariter non
74 obſtantibus conſuetudinibus, ius tertij non tollit, Pariſ. conſ. 11. num. 12. vol. 1. ſed in genere tollere ſufficit per dicta verba omnes conſuetudines, quia illarum non eſt facienda ſpecialis, & exacta mentio, vel derogatio, quod per literas Papales notabile dignū aſſerit, Bal. in Aut. Nauigia, in princ. C. de furt. & Bar. in Tract. ad reprom. Quę-
75 ritur præterea, an clauſula in principio, vel fine reſcripti poſita, referatur ad omnia in reſcripto contenta? & breuiter diſtingue. Aut adeſt ratio diuerſitatis, & tunc non refertur. Aut non adeſt, ac narrata materia cōtigua eſt, & tunc refertur, & Rot. deciſ. 55. num. 18. par. 1. diuerſ. ita diſtinguit, etiam ſi verſemur in materia odioſa, vt late limitando, & ampliando recenſet Gabr. d. tit.
76 de Clauſul. concl. 9. Clauſula ex certa ſcientia derogationis vim habet, Put. deciſ. 109. num. 6. par. 1. & multos talis clauſula effectus operatur, de quibus Gabr. lib. com. oppin. tit. de clauſul. concl. 1. vbi in 4. col. de clauſula motu proprio, etiam late meminit, talis autem clauſula ex certa ſcientia, ſec. Paris. conſ. 141. num. 2. vol. 4. non ſolum ſubreptionis, verum etiam intentionis defectū
77 tollit. Motus Proprius, quando tertio ſit pręiudicialis, tradit Put. Deciſ. 387. parte 1.
78 & an Motus proprius tollat defectum intentionis, dicit Pariſ. quod non, in conſ. 2. num. 74. vol. 1. Confirmata fuit quędā con-
79 cordia inita inter partes per Papam, cum decreto irritāti, & clauſula ſublata. Verum quia vnus ex oratoribus aliqua expreſſe in concordia conuenta deleta in confirmatione aſſerebat, & ſic cum non fuerint ſeruata, & confirmata conuenta, ſtare concordię recuſabat, pro aperitione oris Signaturā Sanctiſſimi, Proponente R. P. D. Coſmo Camaiano nobili Aretino, adijt, & quia pars ex aduerſo citata, omiſſa non eſſe releuantia ex multis aſſerebat, ideo poſt cauſæ diſcuſſionem, in eā deuentum fuit ſententiam, quod Rota guſtaret, an &, quæ aſſerebantur omiſſa eſſent releuantia, & preces aperitionis oris concederentur, alias nō: quod ſanctiſſimum, ad tollendas lites tanti Tribunalis fuit temperamentum.

Commiſſio Aperitionis Oris.

Com. Iſpalen.

BEatiſſime Pater Lite, & cauſa vertentibus in Sacro Rotæ Auditorio, coram

R. P.

R. P. D. Garsia Mellino. causa & occasione. &c. in prima, vel alia veriori instantia, inter S. V. oratorē A. actorē ex vna, contra B. reum conuentum ex alia, dum iuribus productis pro dubio dando &c. vel in meritis causæ agebatur, seu instabatur pro remissoria &c. Idem Iudex vigore Clausulæ sublatæ, & Decreti irritantis, in proximo S. V. Breui, vel Motu proprio insertis, etiam cū clausula, quod de subreptione, obreptione, vel intentionis defectu dici, seu impugnari non possit, & alijs clausulis supra positis, ad vlteriora ī causa procedi posse dixit. Quibus per Rotam consideratis, Oratorem pro aperitione oris ad S. V. aduersus præfatas clausulas, & earum quanque remisit, supplicat igitur S. V. idem orator, cupiens de iuribus suis optimis uia iuris experiri, quatenus præuia oris aperitione aduersus dictas Clausulas, ac reductione supra inserti rescripti ad viam iuris, præfatis rescripto, & clausulis minimè obstantibus, eidem R. P. D. Garsię Mellino committere, & mandare dignetur, vt in causa, & causis huiusmodi, ad vlteriora procedat iustitia mediante, perinde ac si præinsertæ non emanassent, seu signatæ forent cum clausula prout de iure, cæteraque omnia insuper necessaria, & opportuna faciat, gerat, & exequatur, iuxta formam commissionis, vel aliarū commissionum in actis præsentatarum. Cum potestate citandi & inhibendi. &c.

Si videbitur factum necessarium, inseri poterit, & aliæ circunstantiæ, quæ ob varietatem, & incertitudinem negotiorū, omittuntur, cum omnibus præuidere impossibile sit, quod pro cęteris alijs commissionum formulis inseruiat arbitrio causidicorum repositis.

SVMMARIVM.

1. *Eugeniana constitutio ab Eugenio Papa dicta, ad Curialium fauorem emanauit.*
2. *Eugeniana quos comprehendat, & quos non.*
3. *Eugeniana habet Decretum irritans, & Clausulam, Sublata.*
4. *Eugeniana vbi in corpore iuris sit inserta.*
5. *Eugeniana ampliata fuit, ab eo, quod ius commune disponebat.*
6. *Curiales qui dicantur.*
7. *Curię nomen indifferens est.*
8. *Papa solus, vel alter supremus Princeps curiam constituunt.*
9. *Curia dicitur etiam si Papa extra Vrbem, vel alter princeps, extra suam ciuitatem moretur.*
10. *Curia est vbi Papa adest.*
11. *Episcopus, quocunque vadat, est eiusdem sacerdotis.*
12. *Curiales quare ita appellentur.*
13. *Curia Romana, omnes sub illa degentes amplectitur.*
14. *Curiales omnes, curiam sequentes dicuntur, & ad eam accedentes pro negotijs.*
15. *Curialis quis non dicatur.*
16. *Curialis diu extra curiam manens, seu qui discessit, animo non redeundi, non gaudet Eugeniana.*
17. *Curialis ad litigandum extra Romanā Cur. trahi non potest.*
18. *Eugeniana comprehendit ea vti volentes.*
19. *Eugenianæ priuilegio vti nequit, si in partibus procurator in iurisdictionem consenserit.*
20. *Clausula cum libera sufficit, vbi requiritur speciale mandatum.*
21. *L. vnica C. quando imper. int. pup. & vid. præualet Eugenianæ.*
22. *Eugeniana in materia l. venditor. ff. de iudic. non intrat.*
23. *Eugeniana constitutio curiales passiue, non actiue comprehendit.*
24. *Constitutio Marchiæ, quare actiue, & passiue curiales comprehendat.*
25. *L. vnica C. quando Imp. int. pup. & uid. non tollitur per clausulas generales.*
26. *Eugeniana habet locum etiam in statu Sanctę Romanę Ecclesiæ mediate subiecto.*
27. *Curiali vno ex reis collitigantibus existente, causam ad Romanam curiam trahit.*
28. *Fori priuilegium communicatur.*
29. *Curialis veniens contra Eugenianam an sibi præiudicare valeat.*
30. *Ius tertio quæsitum ex reductione ad viam iuris non tollitur.*
31. *Decretum irritans operatur quod cōstitutio, in qua est appositum respectu non vsus non possit, impugnari.*
32. *Curialis obtinens beneficia, nō iuuatur Eugeniana.*
33. *Eugeniana etiam Illustrissimos Cardinales comprehendit.*
34. *Familiaritas, vt dissoluatur, ex absentia, & excludatur ab Eugeniana, debet esse quinquennalis.*
35. *Eugeniana clericos comprehendit, curiales etiam, sed non in beneficialibus.*

De Commiss. Super Eugeniana.

1 Vriales Romanam sequentes Curiam Priuilegio munitos fel. record. Eugenius Papa Quartus in Bulla ad eorum fauorem emanata, vulgariter ab eius nomine Eugeniana dicta, reliquit, decis. 149. n. 4. par. 3. diuers.

vbi

vbi fub ampliſſimis clauſulis,ne vllus Iudex cuiuſcũque dignitatis,vel præminentiæ fuerit, contra accedentes ad Ro. Cur. pro ſuis
2 negotijs, vel litibus proſequendis,ac durante negotiorum, vel cauſarum proſequutione moram trahentes, vel ab ea recedentes procedere, ſeu in eos excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, aut priuationis officiorum, beneficiorum, ſeu quamuis aliã ſententiam promulgare,audeat, ſub nullitatis promulgatæ, vel promulgandæ ſententiæ,omnium pariter proceſſuũ, vel regiſtrorum contra præfatæ conſtitutionis tenorem
3 factorum annullãdo,cum decreto irritanti, Clauſula ſublata ſecus iudicandi, vel interpretandi facultate, ac in fine, cum clauſula derogatoria,non obſtante Apoſtolicis quibuſcumque Generalibus, Prouincialibus, vel ſinodalibus Concilijs editis,conſtitutionibus, & priuilegijs,per quæ effectum plẽntis impediri poſſit, vt in Bullario, & melius
4 reperitur inſerta in extrauagantibus communibus, in tit. de priuil. Et quamuis à pręfato ſummo Pontifice originem traxiſſe videatur, tamen in præfatam Bullã Papa in latiorem,ac ampliorem formam extenſam reducere voluit ea, quæ Imp.Iuſtinianus ad
5 fauorem Curialium ſcripta reliquit, ex quibus Eugenianam Franc. originem traxiſſe apparet in l. 1. & l. 2. C.de Curial.Vrb.Rom. lib. 11. in quo loco,curiales coram Romanę Curiæ Iudicibus tantum ad cauſas trahi mã
6 dat Imp. Curiales autem vbique locorum Romanum Pontificem ſequentes, eſſe di-
7 cuntur, cap. præſentis §. porro, de elect. in 6. Quamuis indifferens ſit nomen Curiæ omnem locum comprehendere aptum,in quo ius redditur, vti habetur in deciſ.Guid. Pap. 451. & per Socci.conſ. 86. num. 5. vol. 1. & ſicut dixit Bal. in l. vnica,in princ. verſ. Curia C. an apud Iud. vel Cur. Rom. quæſt.
8 feud.termin.Magnus honor Curię debetur: Solus autem Papa, vel ſupremi Principes Curiam habent, vnde in ore omnium eſt illud adagium, vbi Papa, ibi Curia, cap. licet §. cenſuit, & ibi glo. in verb. Curia de
9 elect. & quamuis extra Romanam Curiam Papa moretur, tamen quia non locus, ſed dignitas Curiam facit, cap. illud & c.multa 40.diſt. Gloſ.in verb. Romana in §. nos itaque in Extrauag. Ioannis 22. rubr.de probat
10 ob id, vbi Papa,vel Princeps repetitur, ibi ſunt omnia iura ſua, & Curia, Butr. in capit. vbi periculum,num.3.de elect.in 6.quamuis Romæ Papa habitare debeat, vt facit,vt per Oldr. conſ. 85. incip. Sanctiſſime, Alber.in ſuprascript. Epiſtolæ inter Claros C. de ſum.
11 trin. & fide Cath. Quemadmodum in minori facto videmus de Epiſcopo, qui vbicũque fuerit, ſiue Romę ſiue Conſtantinopoli, vel alibi, quamuis extra ſuam dioceſim, eiuſdem meriti, & ſacerdotij eſt, cap. legimus 93 diſt. & de hac curialitate multa cumulat Gemin. in cap. vnico §. porro de ſtat.
12 Monac. in 6. & ideo curiales dicuntur, quia Curiæ nexibus ſunt obligati, cap. qui in aliquo 51. diſt. circa med. & in genere, qui curiales dicantur ponit Alber. in ſuo diction. in verb. Curiales, vbi illorum multas ſpecies connumerat, circa quod non inſiſto, ſed ad illum te remitto. Rom. autem Curia, vti
13 principalis,& præcipua mater,omnes in illa degentes amplectitur, & ideo Romanam curiam ſequuntur, & de illius iuriſdictione cenſentur, qui ſub eius iuriſdictione ſunt l. qui neque vbi Glo. 1. ff. de verb. ſignif. nec obſtat dicere, quod magis Curiã conſtruat, quam ſequantur, quia equi quadrigam conſtruentes,ſunt de numero conſtruente quadrigam, l. peculium §. quadrig. ff. de leg. 2. ac omnes ſub patre familias conſtituti, familiæ appellatione continentur, & ſic,ſub Curiæ nomine, omnes illam ſequentes, aut in
14 ea habitantes Curiales cenſendi, vt formaliter dixit Oldr. conſ. 215. nu. 5. at claris vtitur in hoc verbis Eugeniana cõſtitutio, Curiales non ſolum in Ro. Curia degentes declarando, vel illam ſequentes, ſed ampliando illos pariter,qui pro ſuis negotijs, & cauſis proſequendis ad illam,ſanctamque Sedẽ Catholicam, & Apoſtolicã Rom. accedũt, in ea moram trahunt, vel ad eam iter arripientes, dummodo pro cauſa interpoſitæ appellationis proſequentia, & non pro alia id faciat, etiam ſi nuncium ſimul mitteret Lancel. de Attent. Append. ampl. 16. num. 3. 8. & ſeq. Sed Curialis nominandus ille nõ
15 erit,qui ſolum pro aliqua obtinenda inhibitione curiam petit, inſtando,vt in Ro. Curia cauſa tractetur, vel pro aliquo alio momentaneo negotio,eoque obtento recedit, quia cum veniſſe non dicatur, qui non ſtetit, ſi non habitet, ac negotijs non incumbat,non ſolum in præfata conſtitutione erit incluſus, verum ab illa penitus excluſus; nã cum ita malitioſe veniendo, & recedendo, vt ſub dicta conſtitutione comprehẽdatur, agat, non debet ex tali doloſo, & fraudolento facto, maximè in præiudicium tertij
16 commodum reportare, nec iuuari. Sed ſi quis Curialis, à Curia animo amplius non redeundi receſſerit, aut extra eam per multum tempus moram traxerit, & in partibus Conuentus, dato etiam quod eſſet Clericus

Euge-

Eugenianæ beneficio iuuari vellet, non erit in ea comprehensus, quia dum diu moram traxit, absque animo redeundi, & sic Curiã sequutus non fuit, neque sequatur, nec se qui velit efficit, præfatæ Cõstõnis beneficio indignus erit, text. est in l.fi.in fi. C.de agen. in reb. lib. 12. & ita per Dominos meos in Signatura iustitię resolutum fuit. Cõcludo
17 igitur, quod siquis cũ aliquo ex supradictis litem tractat, quãdo vel in curia degunt, vel in Constitutione præmissa cõprehensi sunt, extra Romanam curiam illos trahere mini
18 me poterit, vt claris verbis cantat Constitutio Eugeniana præfata. Quam tamen declara intrare, & tantum locum habere in ea vti volentibus: Vnde sequitur, quod si Curialis alibi conueniatur, & ante litem contestatam fori declinatoriam non opponat, in hoc sibi præiudicium inferat Canon. in cap.1.delit. contest. in 6. DD.in l.2.§.conuenire ff. de iudic. decis. 1. de excep. in nou. & dec. 12. eod. tit. in antiq. Quod sano modo intellige, dummodo Iudex illius causæ alias esset competens, nam si incompetens erit, exceptio deficientis iurisdictionis opponi sẽper poterit, Dec.cons. 687.num. 44. Glo. in Clem.1. de seq. poss. & fruct. Et sic concludendum ex præmissis venit, an dictæ Eugenianæ Priuilegio vti velint, nec ne Curialiũ arbitrio repositũ esse. Sed potest in hoc respondéri, quod ex vi decreti irritantis in d. Constitutione appositi, Curialibus etiã, quo ad eorum fauorem, & vtilitatem sit priuilegium indultum, ideo illi renunciare nequeant, vt alias dixit Cassad. super reg. Cancellariæ decis. 10. nu. 3. Bellam. decis. 690. Grauet. cons. 54.nu.5. Hinc est quod mensibus elapsis R. P. D. Guglielmo Bastono nobili Alexandrino, tunc vtriusque Signaturæ Referendario, & de numero 12. votantium, nunc Papiẽsi Episcopo, in Signatura iustitię commissionem Bonon. proponente, vbi condemnatus in dicta Ciuitate suæ appellationis causam in Romana Curia prosequebatur, & degebat, aliamque causam cõtra ipsum in partibus pendentem, cũ eodem aduersariũ ex Curialitatis priuilegio auocari, &
19 in Curia cõmitti petebat: sed replicabatur ex aduerso, in partibus adesse consensum in iurisdictionẽ, mediante persona sui procuratoris, quod ostendebatur: & quamuis responderetur talem consensum, neq; constitutioni de qua agimus, neq; eius priuilegio p̃iudicare posse, neq; fuisse sufficientẽ, quia speciali carebat mandato: tamen quamuis commissionem petens Curialis esset, Domini mei Conuotantes fuerunt cõiter in voto pro moderatione inhibitionis vigore Eugenianæ, vti Curialis ab A.C.obtẽtæ, ac pro remissione causę ad partes, ea ratione suffulti, quia cum procuratoris consensus principalis reputetur, eius personam repręsentãs, l. ossa in fi. ff. de relig. & sump. fun. Glo. in l. si procurator ff. de dol. mal. except. Vant. de null. ex def. mand.num. 174. licet nõ habuerit specialẽ mãdatum ad consentiendũ, sat tamen erat clausula cũ libera. in eo apposita ad sibi præiudicandum, vt tenuit Bal.in l. illam §. si talis num. 5. vers. secundo quia ff. de minor. Rom. sing. 10. Fel.in cap. nonnulli §. sunt, & alij num.4.de rescrip. Afflit. decis. 304.num. 4. Imo. Bal. in l. illud nullã
20 §. si talis d. num.5. plus dicit, quod in causis requirentibus speciale mandatum sufficit illud habens clausulam cum libera, & generale, & istud menti tenendum, vt ibid. Rom. limita.2. nisi ex contractu in partibus celebrato, siue ex delicto teneretur, vt dixit Glo. in d.l.1. in verbo pulsandum C. de Curial. vrb.lib.11. nam tunc siue ratione cõtractus, siue delicti, ibi forum sortitus fuit.
21 Ratio vrget quia Eugeniana non est in corpore iuris clausa, ideo illi etiam prevalet priuilegium, l. vnic. C. quan. imp. int. pup. & uid. ad fauorem in ea comprehensorum, quia non derogat priuilegijs clausis in corpore iuris, & ideo in vna Ianuens. pecuniaria R. P. D. Sanuitali Nobili Parmensi proponente, in qua R. P. D. Centurionus Archiepiscopus Ianuens. & Nobilis dictæ Ciuitatis, Cameræ Apostolicæ Clericus, de partibus causam auocari ad Curiam petebat, cõtra Dominam Iuniperam Doriam viduam nihil obtinere potuit, neq; ad eius fauorem rescriptum, maxime quia R. P. D. Archiepiscopus non residebat in Curia, quamuis Clericus Camerę foret, & sic Eugenianæ beneficio, residens suę ecclesię non gaudebat, pro quo vide tex. in l. si duos §. Philosophos vbi Bar. ff. de excus. tutor. Bero. cons. 24. num. 5. lib. 1. Io. Monac. in cap. cum Curia. num. 17. de elect. in 6. Felin. in cap. 1. nu. 11. vers. respondeo ad 1. de rescript. Et ita in Signatura Sanctissimi D. N. sub die 18. Martij. 1598. resolutum votando fuit, & alias simi-
22 liter in Signatura Eugenianam non intrare, in casu l. venditor ff. de iudic. pluries sentũ per antea extitit. Sed quæro an constitutio
23 præfata intelligatur actiue, & passiue, vel passiue tantũ? in quo, vt breuitati, quoad fieri potest, studeam, distinguendum censeo, Nam aut Curialis est actor, aut reus. Primo casu, quando actor reperitur, rei forum sequi tenetur l. iuris ordinem C. de iur. om. Iud.

iud. l.fi. C. vbi in rem act. passiue autem loquitur Eugeniana, nõ actiuè, videlicet, qđ extra Curiam conueniri non possint Curiales, non autem actiue, vt alios reos conuenire, & ad Curiam trahere valeant, sicque cũ illis ius resistat, non debet contra iuris regulas priuilegium extendi, quia si ratio dictæ Constitutionis est, quod extra curiam non trahantur, ad præfatos limites venit restringenda & q habeat locum in reo, & non in actore, censuit Rota coram D. Mellino in vna Mediolanen. Bonorũ. 28. Martij 1594. vt
24 in simili videmus in constitutionibus Marchiæ Anconitanæ, in cap. 32. lib. 2. de curialibus Curiæ generalis loquente, cum satis expressa mentione, quod nec actiuè, nec passiuè, tam in agendo, quam defendendo, & alias quomodocumq; si contra illos agi cõtingat, alibi, quam in curia Gubernatoris Prouinciæ, vel Legati, quæ Generalis appellatur, conueniri valeant, ob id si Eugenius Papa voluisset suam constitutionem actiuè etiam locum habere, vtique id expressisset, sicut dictum fuit in præfata Constitutione, sed quia tacuit, ob id omissum pro omisso haberi, ac totum iuris communis dispositioni remisisse censendum erit. Aut agitur passiue contra Curialem, quando extra Curiam, etiam pro suo interesse conuenitur, & tunc, quin dicta Constitutio intret, non est dubitandum. Quod intellige, nisi alias consensisset in iurisdictionem. Idemq; concludendum videtur, quando causa pariter extra Curiam inter Curialem, & viduã agi-
25 tur, & quia per supradictam clausulam, nõ obstantibus priuilegijs, absq; verbo ẽt in corpore iuris clausis, Priuilegia ex d. l. vnica. C. quando imp. inter pup. & vid. Viduis, & aliis similibus concessa sublata non censentur, vt latè per Feli. in c. Sicut Romana nu. 12. de rescript. Aut. qua in Prou. in verbo illic. vbi Bart. in secunda oppos. & Bald. in vers. tertia
26 solutio. C. vbi de cri. ag. opp. Felin. in cap. 1. de constit. Amplia hanc constitutionem habere locũ, etiã in Statu mediate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiecto, ac Statum Auinio
27 nis comprehendere. Vnde pendebat in partibus in Ciuitate Eugubina, occasione quorundam bonorum emphyteoticorũ lis, ac ad Rectoris fauorem pronũciatum pro Ecclesia vti domina directa fuerat, Zeccadori succumbentes, quorum vnus in Rom. Cur. procurator degens, à præfata sententia appellauerat, at causas suæ appellationis vigore commissionis Rotæ demandari obtinuerat, Interim aliam reformatoriam porrexerat in Signatura Iustitię propositam Rector, & narrando fauore Ecclesiæ agi, causam à Rota auocari, & ad partes remitti petebat, Contra commissionẽ adducebatur, quod vnus ex dictis Fratribus erat Curialis, & ideo vti dignior, ad se alios, ac ad suum Tribunal trahere debebat, vti videmus de Clerico, q licet solus, quando est litis consors cum pluribus laicis, vti dignior ad Tribunal Ecclesiasticum omnes trahit, sicut diximus in Commissione auocationis causarum, cap. 2. prop. fi. Tandem bene causa in Signatura rimata, in Curia illam cognoscẽdam fore, Domini declararunt, quia si de interesse Curialis, & rei suę agebatur, bene virtute Eugenianę, licet Curialis vnus esset, præfatam causam ad
28 Curiam trahere poterat: Nam priuilegium fori communicatur, Bar. in l. solent nu 14. ff. de alim. & cib. leg. Fel. in cap. 1. sub nu. 6. vers. & dicit Antonius de pręscrip. Soci. Iun. cons. 34. num. 2, vol. 2. ẽt si adesset pupillus, vel similis, quia ipse quoque priuilegium communicat, Couar. pract. qq. cap. 7. in fi. Stafil. de lit. iust. in §. dicendũ est modo nu.
29 3. Habet autem Constitutio præfata in se decretum irritans, & clausulã sublata, secus iudicãdi facultate, q̃ operatur, quod licet priuilegiatus veniat contra suum priuilegiũ decreto irritanti vallatũ, tñ sibi pręiudicare nõ potest, Felin. in cap. cum accessissent nu. 3. vers. quæso limita, de consti. Alex. cons. 103. lib. 7. Archid. in cap. cum de benef. de pręb. in 6. Innoc. in cap. accedentibus de priuil. Ias. in l. ius publicum in fi. ff. de pact. Et quan
30 uis stante præfatarum clausularum impedimento petatur rescribi, & ad viam iuris reduci, tamen si reduci contingat, non ob id ius tertio quæsitũ tollitur, decis. Veral. 128. par. 1. Sarn. sup. reg. Cancell. in reg. de non toll. iur. quæs. q. 3 Et talia decreta Papæ rescriptis apposita, ligant etiam ignorantes, vti alibi in capitulo particulari de oris aperitione latius dicam: Secus autem in rescripto Legati, vt inter flumen, vel potius mare magnum, à quo fluxit auctoritas legati, & riuũ, sicut Legatus differentia secernatur, Fel. in cap. cæterum nu. 19 de rescrip. Cassad. deci. 12. super reg. Cancel. nu. 5. Gozzad. cons. 61. num. 4. Cassad. dec. 3. de decret. & rescrip. super dictis reg. Cancel. Veral. dec. 1. nu. 2. par.
31 2. Imo. operatur etiam plus tale decretum irritans, quod Cõstitutio, super qua est appositum, postea impugnari non possit, sub prætextu, quod vsu recepta minime sit, quia si constat de intentione Papę, inferiores siue illa non vtendo siue ex contrarijs actibus, sine eiusdem expresso Papæ assensu, eam elidere non valent, Franc. in ca. cum de benef.

num,

no. 4. vbi Ancher. & Gemin. de præbend. in 6. Veral. deci. 204. cũ addit. par. 3. quod tamen declara, vt per Put. decis. 1. num. 4. par. 1. Quo vero ad Curiales Ecclesiastica beneficia obtinentes, ex præfatę Constitutionis Eugenianæ priuilegio iuuari minime possunt, sed illa non obstante, ac quibusuis aliis impedimentis, ac inhibitionibus Ordinarij eorum diocesis, iuxta Sacri Concilij Tridentini statuta, Sess. 24. cap. 11. in fi. ver. quæ vero priuilegia, subiecti remanent, nam ex sacri Concilij dispositione auocantur omnes causæ per verba vniuersalia, nulla habita distinctione, ibi vers. seu quamuis aliam sententiam, & vers. Hos enim omnes, & singulos processus, & snias & c. nã dicta verba generalia sunt, & apta indistincte omnia genera causarũ comprehendere, Ias. in l. tinei. §. fi. ff. de verb. oblig. Gozzad. cons. 20. in princ. Ruin. cons. 13. num. 6. lib. 1. Paris. cons. 1. num. 11. vol. 1. Et in quacumque causa, tam ciuili, quam criminali locum habere, testatur glo. 1. in l. 1. vbi Io. de Plat. C. de cur. vrb. Rom. lib. 10. Verbum autem supra relatum omnes, & singulos operatur, vt per eorum generalem expressionem perinde sit, ac si expressim singula numerarentur, l. omnes vbi Glos. C. de præscription. 30. vel 40. ann. Ias. in l. 1. in fine. ff. siquis in ius vocand. non ierit. Præfata Eugeniana loquens de

33 officialibus, habet locum, & comprehẽdit Illustrissimos Cardinales, vti Officiales Sedis Apostolicæ principaliores, Oldrad. cons. 48. nu. 3. c. fundamenta. §. docet. de electio. in sexto. Sarnen. in comp. vtr. Sign. versicu. hinc est. Barbat. in tractat. de præst. Cardin.

34 parte prima. quæstio. duodecima. sub num. primo. Et familiaritas, vt dissoluatur ex absentia, & sic, ut cesset nostrę Constitutionis priuilegium, opus est, quod sit quinquennalis, Cresc. decis. 18. nume. 1. de probationib.

35 Fui interdum requisitus, vt dicerem, an Eugeniana Clericos comprehendat, & remittẽdo me saniori iudicio, dixi, quod sic, quia præfata Constitutio loquitur generaliter de omnibus Rom. Cur. sequẽtibus, vnde quia, vt plurimum sunt Clerici, ideo bene sub ipsa comprehenduntur, & ea ratione, quia si Curia est vnum corpus ex multorũ, & maiorum Congregatione repręsentatũ, & collectum, diuerso iure censeri non potest, Ideo vti Curiales in pręfata Constitutione comprehendi certũ est, vt voluit Oldr. cõs. 211. num. 4. & 5. quod expresse cauetur in subsequentibus verbis præfatæ Constitutionis, videlicet ibi, Nullus Iudex cuiusuis dignitatis, & præeminentiæ fuerit, cõtra accedentes ad Ro. Cur. pro suis negotijs, vel moram trahentes procedere, aut in eos excõis, suspensionis, interdicti, aut priuationis officiorũ, vel beneficiorũ, seu aliam quamuis sententiã promulgare audeãt, sub pæna nullitatis: Sed suspensio, & obtinere beneficia ad Clericos ptinet, vnde clarè continentur, sec. Sacr. Concil. Trid. Sess. 24. c. 11. c. quoniã priuilegia in fi. c. 61. vers. quę vero priuilegia, residentibus in Curia Roma. vigore Eugenianæ constitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, & in ijs, qui beneficia Ecclesiastica obtinent, rationẽ prædictorũ beneficiorum minime comprehensi intelligantur, sed ordinarij iurisdõni subiecti permanent, non obstan. quibuscunque inhibitionibus. Præmissa vero omnia Sanctissimus Pius Papa V. de fratrum consensu, in pleno Consistorio confirmauit. Vnde, aut loquimur quoad beneficia, & tunc, vt ex pręmissis apparet, cessat Eugenianę priuilegium, sed ea obtinẽtes ordinario subiecti remanent: Aut loquimur in Clericis nõ obtinentibus beneficia, & forsan exemptis ab ordinarij Iurisdictione, quorũ nullus est Iudex præter Papam, & tunc suprarelatam distinctionem, an actor sit, vel reus, attendendum fore credo.

Commissionis Formulæ

Com. *Perusina.*

Beatissime Pr̃, Alias quidã N. mouit litẽ contra oẽs de familia de M. corã D. in ciuilibus loc. te. Gubernat. Perusij, causa & occasione &c. verũ qa inter istos de familia M. adest S. V. or̃, q in Rom. Cur. à multis annis, fecit residẽtiã, & habitauit, prout hodie residet, & habitat, & ideo vigore Eugenianæ cõstit. cũ c̃lis, & decreto irritãti in fauorẽ curialiũ cõcessę nõ põt extra eã ad litigandũ trahi, immo licet ipse solus Curiã colat, vti dignior oẽs alios ad suũ Tribunal trahit, ideo supplicat S. V. quat. pręuia auocatione à pfato Loc. ten. causam, & causas, q̃ & quas &c. cũ oĩbus suis emergẽtib. dependentib. &c. ac toto neg. Principali, alicui Rom. Cur. Prælato, vel Iud. ord. siue Rotæ Audit. sũmariè Cõmittere, & mãdare digneẽ Cũ ptãte. &c.

Beatissimæ Pr̃. licet deuotus S. V. or. Ro. Cur. sequens à multis annis, ac eius familia, sint ĩ pacifica possessione domus sitę in Ciuitate &c. loco &c. nec deberent, vel possint a nemine molestari, inquietari, vel perturbari, nihilominus quia contra formam priuilegij Eugenianæ ad fauorem Curialem concessi, quidam N. oratorem, ac

litis conſortes coram D. Vicario Epiſcopi Peruſini moleſtare velle ſe iactat, & forſan moleſtare cepit, licet nulliter, indebite, & iniuſtè, non attento decreto iritanti, ac clauſula ſublata in dicta Conſtitutione Eugeniana inſertis ad fauorem curialium, ideo preuia auocatione a dicto D. Vicario, dignetur S. V. cauſam, & cauſas, nec non quam, & quas idem orator, ac litis conſortes habent, & mouent, habereque, & mouere volunt, & intendunt contra d. H. omneſque alios ſua communiter, vel diuiſim quomodolibet intereſſe putātes, in executione pñtium nominandos, & cognominandos cũ annexis, connexis, dependentibus, & emergentibus, ac toto negotio principali, ſumariè, &c. alicui Rotę Auditori &c. cũ poteſtate &c.

Beatiſſime Pater, Dum deuotus S.V. orator A. eſſet in pacifica, & quieta poſſeſſione predij &c. vel pretendens ſe eſſe creditorem S. V. oratoris B. in ſumma, & quantitate ſcut. 500. ſub prætextu Curialitatis, & priuilegij Eugenianę, Monitoriũ a Tribunali A.C. contra oratorē obtinuit, ipſoq; citato, illius vigore cauſam in prima inſtantia, q̄ in partibus reſpectu probationũ facilius cognoſci debet, indirectè ĩ Curia introducere quęrit, ſumptibus oratorē vexando, ac contra omne iuris debitũ ad litigandũ extra patrios lares extrahēdo. Verum quia actor rei forum ſequi tenetur, & Eugeniana non cōprehendit, neque ſe extēdit ad Curiales actores, ſed ſolũ ad reos, Ideo ſupplicat. S.V. quatenus præuia auocatione ab A. C. cauſam, & cauſas &c. alicui Iudici ordinario in partibus committere dignetur.

Vel quatenus eidem A.C. committere, & mandare dignetur, vt ſuam moderetur inhibitionem, ac cauſam ſuis a Iudicibus in partibus cognoſci ſinat.

Vel, vt Gubernatori Ciuitatis Peruſij, ꝙ non obſtante inhibitione ab A. C. emanata, perinde ac ſi emanata non foret, ad vlteriora procedat, attento, q̄d cauſa coram eo inſtructa, & aduerſarius ſolum ad eius expeditionē in longũ trahendā ſimilia impedimēta procurat. Vel, & quia Eugeniana non cōprehendit cauſas criminales, quia vbi quis deliquit, forum ratione delicti ſortitur, Ideo dignetur præuia auocatione &c.

Vel, quia vigore Sacri Cōcilij Tridētini, Eugeniana cauſas Eccleſiaſticas non comprehendit, quæ in prima inſtantia in partibus ſunt cognoſcendæ, ideo &c.

SVMMARIVM.

1 *Signatura iuſtitiæ non poteſt dare clauſulam appellatione remota.*
2 *Clauſula App. rem. non datur niſi à Principe ſuperiorem non recognoſcente.*
3 *Appellatio ex ſolo Principis priuilegio tollitur.*
4 *Clauſula Appel. rem. ſtricte intelligitur, quod ſolum litigantes comprehendat.*
5 *Clauſula App. rem. tertio etiam ſi pro ſuo priuilegio compareat, non nocet.*
6 *Cauſam non obſtante Clauſula App. rem. agi Patiens, an ſibi præiudicet.*
7 *Clauſula App. rem. Data de conſenſu procuratorum, an Principali obſit.*
8 *Principalis ſimpliciter comparendo, geſta procuratoris ratificat.*
9 *Procurator cum libera, an poſſit tollere, quin ſuus principalis appellet.*
10 *Recurſus, prohibita appellatione, non prohibetur.*
11 *Clauſula App. rem. nõ excludit notoriũ grauamen.*
12 *Clauſula App. rem. in literis Ap. apposita, non tollit Appellationem, ſecus ſi in commiſſione.*
13 *Princeps tollendo Appellationem, non tollit ius naturale.*
14 *Commiſſio Signaturæ Iuſtitię, ſignata contra clauſulam App. rem. quomodo è medio tollatur.*
15 *Clauſula App. rem. quam appellationē comprehendat, & quid importet.*
16 *Clauſula App. rem. data per Officium contradictarum, non eſt attendenda.*
17 *Clauſula nullatenus audiatur, idem quod Appel. rem. importat.*
18 *Appellatione prohibita, cenſetur friuola.*
19 *Clauſula, omni, & quacunque appellatione remota, quid operetur.*
20 *Nullitas impedit effectum clauſulæ App. rem.*
21 *Clauſula app. rem. non ſolet dari, niſi iuſta ſubſiſtente cauſa.*
22 *Clauſula App. rem. intelligitur, ſi iudicialiter procedatur.*
23 *Clauſula App. rem. habet locum etiam in reconuentione.*
24 *Clauſula App. rem. in primo reſcripto, an habeat locum in ſecundo, ſi de illa non fiat mentio.*
25 *Clauſula App. rem. in gratioſis, etiam ſi deroget iuri communi, habetur pro non appoſita.*
26 *Clauſula, & Iuſtitiam faciat, non tollit appellationem.*
27 *Clauſula App. rem. comprehendit omnes appellationes, etiam ab incidentibus.*
28 *Clauſula iuris ſolēnitate remiſſa facit, vt delegatus procedat etiā ferijs in honorē Dei nõ obſtātibus.*
29 *Legatus de latere cauſam app. rem. non poteſt demandare.*
30 *Princeps per viam querelæ, ſententiā latam App. rem. an tollere debeat.*

De Com-

De Commißione cum Clausu. Appellatione remota.

1 Clausulam, Appellatione remota, Signatura Iustitiæ dare nequit, quia si ius eam prohibet, & ipsa, ea quæ ius statuit exequitur, cōtra eius dispositionem nō rescribit.
2 Nam Papa solus, vel alij Principes superiorem non recognoscentes, de potestatis plenitudine, eo modo appellationis beneficiū tollendo, causas demandare solent, l. 1. ff. à qui. app. non lic. Dec. in capitulo pastoralis de Appel. Rol. a val. cons. 29. numero decimotertio, & seq. volumi. primo, qui numero decimoquinto extendit hāc facultatem locū habere pariter in alijs inferioribus Principibus superiorem nō recognoscentibus, quia statum Principis tenere videntur, vt in cons. 86. num. 16. eod. vol. 1. Fel. in Rub. de Appel. numero secundo, & in ca. 1. in princ. de rescri. Quia si tollit ius naturæ, à quo prouenit defensio illam abrogando, etiam in consequens ius naturæ aufert, & licet illud tollere Princeps nequeat, nihilominus bene formalitatem auferre videtur, ne vlterius pars audiatur. Pręposi. in rub. de Appel. num. 68. quamuis non substantiam, nec contra imperitiam, vel iniuste gesta prouenientia à iure naturæ dicatur, vt Abb. in d. Rub. numero secundo, Franc. in cap. pastoralis in princ. & numero 28. vbi Abb. num. 14. de App. Veral. decis. 33. par. 1. Quod pariter procedit, quādo notoriè quis grauat, Put. deci.
3 314. numero secundo, parte tertia. Et nō solum appellationem Princeps prohibet, sed etiam ius appellandi cap. 1. de rescrip. capit. Apostolicæ, de Appel. Couar. Prac. qq. cap. 23. numero sexto, & sicut Princeps (si vult) potest non admittere appellationem, vt litibus finis citius sit, vt in statuti confirmatione de duabus conformibus vim trium habentibus, ita pariter in cęteris casibus, & appellationem remittere, & ea sublata, causas demandare, vt Abb. in d. Rub. nu. 7. & Dec. numero 18. Quod tamen intellige de appellatione interponenda, sed non de interposita, Ratio est, quia cum ea interposita sit ius parti quæsitum, difficile tollitur Rip. in
4 capitulo sicut Romana num. 11. de rescrip. sed quando rescriptum appellationis beneficium aufert, adeo stricte intelligendum est, quod litigantes tantum comprehendat, si licet reum, & actorem, ac alios expresse in
5 rescripto nominatos: vnde si tertius ex tali sententia, cum præfata clausula lęsus appellandum duxerit, non erit ei audientia deneganda, quia Principis concedentis ea intentio fuit, talem clausulam solum contra nominatos pariter comprehensos, resistente iuris communis beneficio, concedere, cap. super eo de off. deleg. Ias. in l. si vnus. § ante omnia nu. 1. ff. de pact. & in l. certi cōdictio. §. quoniam num. 212. ff. si cert. pet. Socin. cons. 158. num. 22. & 23. vol. 2. maxime si dictam clausulam nominati petierunt, & ad eam se restrinxerunt, quare ad tertium postea eam extēdi, qui se liti, & exequtioni opponit, ac de illa non supplicauit, absurdum erit dicere, quod comprehendatur, vt bene Put. decis. 147. per tot. par. 2. Franc. in cap. pastoralis, colu. penultima, & 29 de appellatio. Dec. eodem titulo, in capitulo nobis, columna secunda, versic. quarto fallit, text. est in cap. super eo, vbi Abb. Fel. Dec. & canon. de off. deleg. Bar. in l. 1. §. interdum ff. a qui. app. non lic. Fel. de communi in capit. veniens, nu. 5. de test. Curt. Iun. cons. 191. nu. 6. Vant. de nullit. tit. quis de nul. dic. pos. nu. 15. Dec. in c. tua, col. 2. de app. Fel. ī c. qualiter & quando nu. 5. & 13. de accus. etiam quod solum inter quos datum est rescriptū, clausula præfata operetur, dixit tex. in l. 1. ff. de constit. Princip. nam vti odiose inter meri litigantes in rescripto comprehensos auferunt appellationem, licet appellatione non obstante, procedere Iudex à quo in exequtione (vt dicam) ad vlteriora possit. Et an
6 scienti, & patienti agi cum tali clausula nocumento sit, & sibi pręiudicium inferat, ac sententiam approbet, late tradit Couar. prac. qq. c. 15. per tot. & num. 6. vers. quid si ex aduerso, vbi optime articulum disputat,
7 consentire per sæpe procuratores solent, quod appellatione remota causa cōmittatur absque eo, quod alias principalis mei cō sensus accedat, quo fit, vt vigore dicti consensus, soleat cum præfata clausula Signatura Iustitiæ rescribere: succumbendo postea principalis, ex deficientia mandati procuratoris, ad id se non extendentis, quia speciale ad renunciandum appellationis beneficio a iure cōcesso, requirebatur, de nullitate dicitur, per decis. Cassad. 3. numero tertio, de rescrip. ac non obstante præfata commissione cum prænarrata clausula, causam appellationis denuo committi petit. Sed isto casu, licet requiratur speciale mandatum, vt colligitur ex allegata decisione. Tamen si procurator habeat illud cum libera, poterit tale rescriptum impetrare, & per consequens suo principali

præiudicare,maxime in re dubia,& incerta, cum incertum fit vti à fine causæ pendens, an præfata clausula illi fit fauorabilis, vel nociua futura, At si in causa præfata principalis comparuerit, siue illi consenserit, aut data eius scientia agi passus fuerit,adeo commissionem expresse approbasse,ac sibi præiudicasse videtur, quod gesta impugnare, amplius nequibit, & ita in vna Regiensis iurispatronatus coram D. Robusterio 25. Octobris. 1582. Rota tenuit. Peregr. Decis. 296. Couar. var. resol. libro primo, capitulo sexto, numero tertio. Alexander consilio 44. numero secundo, vol. 2. Licet Ripa in l.nemo potest, sub numero 88. ff. de legatis primo. Bero. quæstio. 33. & Borgn. Caualc. Decis. vigesimaprima, numero quinto. Ias. in l.contra iuris, §.filius, numero 4. ff. de pact. Mohed. decis. 89. Felin. in capitulo suborta, post princip. de re iudica. Cassad. dicta decis. tertia, numero tertio. contrarium teneant, quod etiam si cũ libera sit constitutus procurator, non possit præiudicare, neque pacisci, quod suus principalis a sententia non appellet, neque ius de nullitate dicendi remittere, quia non maiora, sed minora expressis, exequi valebit. Et quamuis prima ve
10 rior opinio videatur, tamẽ considera. Quando manifestum detegitur grauamen, & si prohibeatur ex Principis rescripto appellatio, non erit ad eundem recurrere vetitum. Ancher. quæstio. 7. num. 8. par. 2. Abb. in capitulo pastoralis. num. 4. vbi Dec. num. 6. de appellatio. glos. pen. in c. ex conquestione, vbi Abb. num. 5. de restitut. spoliat. & ita in vna Romana, de Borbinis, censuit Rota coram D. Oradino 1562. Dec. cons. 49. num. 2. Ruin. cons. 82. num. 1. vol. 5. Bal. in l. fi. C. de edic. Diu. adr. toll. Rip. in cap. 1. num. 3. de rescrip. cap. pastoralis §. præterea, de off. deleg. Et sic de iniusta appellatione intelligẽdũ erit, ac ita interpretandũ statutum illã tollens, Felin. in cap. causam quæ, num. 2. de rescrip. Ealis nẽpe recursus, appellationis loco succedit. Lancèl. de attent. pend. recur. parte 2. cap. 19. num. 7. & recursus nomen est Generale, aptum reclamationẽ, supplicationem, querelam, & appellationem cõprehendere, quia late sumpto vocabulo, in his omnibus ad superiorem recurri videtur, Lancel. de attent. pend. recur. cap. 1. & cap. 2. num. 19. num. 4. & seq. & num. 22. vbi num. 24. talem dari recursum appellatione prohibita asserit ac pariter de nullitate dici,
11 vt latius in commissione senatoria nullitatum tangam Deo dante, & quamuis Papa simpliciter eam tollat, tamen non excludit notorium grauamen, Abb. in d. capit. pastoralis n. 4. vbi Dec. col. fi. de App. Veral.
12 decis. 33. par. 1. Et quando præfata clausula apponitur in literis, quæ absque causæ cognitione expediuntur, nõ tollit quin appellatio interponatur, quod secus erit, si in commissione, & causa cognita concedatur, Put.
13 decis. 328. par. 2. Franc. & DD. in cap. pastoralis de appel. Et quamuis Princeps tollat appellationem, tamen non tollit defensiones, & ius naturale, quia appellatio dicitur ciuilis defensio, & de iure naturæ secundario, ius gentium dictum, & in ratione naturali fundatum, vbi etiã sunt leges fundatę. Ideo Principes eam tollunt, Rip. in cap. sicut Romana nu. 10. de rescrip. merito cum causa, maturo consilio adhibito, quo mediante semper id facere præsumitur, illam tollere Princeps solet, potest, & tollit, vt per Dec. in rub. de app. nu. 9 & 10. Sępe ad intrigan-
14 dum negotium, licet manu Papæ commissio in actis signata adsit, tacita dicta clausula, & commissione, pars succumbens confictã ordinaria appellatione à sentẽtia diffinitiua, per Signaturam Iustitiæ commissionem expediri curat, ac ad impediendam exequtionem, in actis prçsentari inhibendo, & licet absque attentatorum metu, (vt infra in attẽtatorum commissione tangam,) Iudex, à quo ad exequtionem procedere possit virtute dictæ clausulæ, nihilominus pars, quæ obtinuit eãdem Signaturam Iustitiæ adire solet, ac narratis prçmissis, cõmitti Iudici, a quo instare, vt non obstante præfata commissione, ac forsan illius vigore inhibitione obtenta, vel in posterum obtinenda, ad vlteriora in exequtione procedat, cuius munus est, in prçmissis tollẽdo de medio commissionem suam Iudici à quo, vt iuxta formam commissionis manu Papæ signatæ in causa procedat, perinde ac si p̃inserta cõmissio non emanasset rescribere, & sic, de medio sublato impedimẽto, de facili ad suã naturam negotium reuertitur terminandũ, Hoc est ad ius, quod erat ante commissionem emanatam, Paris. cons. 44. num. 6. vol. quarto Ces. de Gras. Decis. secunda, num. nono de sepult. Constat autem quod Papa tollere voluit, ac beneficio appellationis derogare alias ponendo in rescripto clausulas, quę cęterorum adimunt facultates, & derogant: ideo nequeunt contrauenire, Bal. in l. rescripta in fi. C. de prec. imp. offer. l. si vnũ
15 §. pactus ff. de pact. Quid autem dicta clausula operetur, ac quam appellationem comprehendat, non est nostrum modo diffuse tangere, & quando datur per Principem

facit

facit, quod appellatione non obstante exe-
16 qutio fieri interim possit: sed quando da-
tur per officium contradictarum, non est
attendenda. Nam de facili absurdum eueni-
re posset, quod omnes, Papa relicto, ad
officium contradictarum, vbi facilius datur
ista clausula, confugeret, Put. decis. 328. par.
17 secunda per tot. Simili modo clausula nul-
latenus audiatur, appellationem tollit, Fran.
in rub. de app. Felinus in capitulo significa-
uerunt nume. 12. de excep. Put. decis. 417.
numero quarto parte prima. Clausula appel
18 latione remota ita simpliciter, intelligitur
de friuola, non legitima Bar. in l. prima §.
interdum ff. à quib. app. non lic. cap. vt de-
bitus de App. Rip. in capitulo primo, nu. 3.
de rescrip. cap. dilecti de App. decis. 196. nu.
5. parte secũda diuers. Circa quam clausulã
authoritas Principis semper censetur exce-
pta, capitulo veniens de iur. iur. Vnde ad
tollendum supradicta, additur clausula om-
19 ni, & quacunque appellatione remota, ex
quibus verbis omnes appellationes sunt su-
blatæ, sed detecta nullitate, etiam si verse-
20 mur in exequtiuis, impeditur exequtio me
dia appellatione, dato etiam, quod alias de
sui natura causa inappellabilis foret, Franc.
in capitulo dilecto num. 21. de App. Abb.
cons. 55. per tot. volumi. secundo. Vant. de
nullit. quot. & quib. mod. de nullit. num. 34.
Lancel. de atten. ampl. 6. numero secundo,
& limit. 25. nume. 15. de attent. App. pend.
Rota coram Illustrissimo Mantica, in vna
21 Bononiensis attentatorum 24 Octobris.
1588. Talis nempe clausula appellatione re-
mota non solet dari nisi iusta interueniente
causa, quia aufert (vt dixi) materiã defensio-
nis Couar. pract. qq. capitulo 28 nu. 6. vers.
septimo. Et quando sumus in causa ordina-
22 ria, clausula prædicta intelligitur si iudiciali-
ter procedat, Secus si extra iudicialiter, quia
dicta clausula appellatione remota non tol-
lit, quin vti suspectus recusari Iudex possit,
Alber. in l. fin. C. de Iur. omn. Iud. Vgo. in
trac. de claus. num. 52. nec sufficit ad tollen-
dum, quin ad Principem recurratur Paris.
consil. 54. nume. 3. habetque locum etiam
præfata clausula in reconuentione, capit. 2.
24 de mutu. petit. sed si in primo rescripto fue-
rit posita, & postea concessum simpliciter
secundum rescriptum absque, ea, ab eodẽ,
qui clausulam præfatam dare potest, nõ cen
sebitur eo casu in secũdo rescripto repetita,
quia in hoc vltimo nouam formam Papa,
vel Princeps dare voluit ad procedendum,
Bart. & DD. in l. talis scriptura ff. de legat.
primo Ang. cõs. 94. numero quarto vers. in
25 contrarium Alex. cons. 58. numero sexto,
& seq. vol. sexto. Et quando in gratiosis de-
rogatur iuri communi, dicta clausula cen-
setur non apposita, Corn. cons. 5. numero
nono, & seq. volumine secundo Rip. in rub.
de rescrip. numero 18. Grau. ad Vestr. in sua
praxi, libro tertio, capitulo secundo, vers. re-
26 quiruntur parum, ante finem. Maxime si
aderit clausula & iustitiã faciat per met Prin
cipem apposita, quæ non operatur remotio
nem appellationis, Ias. in l. iustitia num. 5. ff.
de iur. iur. Vestr. vbi sup. lib. tertio, capitulo
secundo, numero sexto, & num. 18. Crot. in
rep. capit. pastoralis sub nu. 17. de appel. Vl-
27 terius dicta clausula comprehendit omnes
appellationes ab incidentibus, & accessorijs,
vbi eadem ratio militat, Rot. diuers. par. 1.
decis. 100 num. 34. Bal. in l. incert. in fi. C. de
interd. & in l. prima vbi Salic. num. quarto.
C. si de mom. pos. Zucar. in l. fi. num. 439. C.
de edic. diu. Adr. toll. Felin. in capit. causam
quæ num. 27. de rescrip qui ibi subdit, appel
latione a diffinitiua prohibita, nõ cẽseri pro
hibitã ab interloquutoria, quãdo in rescripto
non adsunt verba omni, & quacunque &c.
quia tũc vt dixi appellatione in causa princi
pali prohibita, censetur etiam prohibita in
causa accessoria, & è contra, puta quando
causa principalis non est appellabilis, & suc-
cumbens vult à fructibus, & expensis appel
lare, quod non potest, nisi ratione excessus;
Lancel. de attent. tit. de sent. in caus. attent.
fer. parte tertia cap. 28. numero 52. & 53. Si
28 aderit in commissione clausula iuris solem
nitate remissa, erit virtus ipsius, quod iudex
commissarius etiam Ferijs in Dei honorem
introductis, non obstantibus, procedere pos-
sit, vt late per Felin. in cap. dilecta numero
quarto de Iudic. ad quẽ abunde te remitto.
29 Nisi id specialiter in facultatib. & clare ha-
beat Legatus de latere, causam appellatione
remota demandare nequit, Abb. & Rip.
numero decimosexto in capitulo sicut Ro
mana, de rescriptis, quia (vt dixi) recogno-
scit superiorem, & fons, maiorem fluẽtiam
30 mari, habere non potest, sed sec. Abb. in ca-
pitulo pastoralis numero decimoseptimo,
& decimo octauo de Appel. Quamuis vigo
re clausulæ præfatæ appe. remota Iudex ferat
sententiam, nihilominus per viam querelæ
eam reuocare Princeps poterit, quia ne op-
primantur subditi, de iure id facere tenetur,
licet pfata clausula tollat ordinarie faculta-
tẽ appellãdi a notorio grauamine, idẽ Abb.
in capitulo ex conquestione, numero quin-
to de rest. in integ.

Commiss. Appel. rem. Formula.
Com. Vrbis.

BEatissime Pater, Decessit diebus elapsis quidam A. intestatus, pluribus bonis mobilibus, & stabilibus relictis in eius hereditate, ac diuersis locis existentibus, & quia B. C. ac alij creditores, vel proximiores in gradu, &c. coram diuersis Iudicibus Rom. Cur. ad eorum credita consequenda agũt, vel cum sint sanguine coniuncti lites dirimendę inter eos quanto citius, ne odia nutriantur veniunt &c. vt laboribus, & expensis, quæ in diminutionem bonorum, & creditorum damnum in maximum illorum detrimentum, vel hereditatis tendentia, ex quibus postea non erit pro creditoribus congrua solutio: Ideo supplicãt S.V. quatenus causam, & causas nec non quam, & quas cum suis incidentibus &c. vel quatenus præuia auocatione causa, & causarum à quouis Rom. Cur. Iud. quacunque authoritate etiam delegata fungẽte eas, vniẽdo alicui S. V. beneuiso vel si magis placeat R.P. D. &c. de meritis informato, vel in cuius tribunali sunt plures scripturę cõmittere, & mandare dignet, summariè simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, ac oĩ, & quacunq; appellatione, reclamatione, recusatione, & restõne in integrũ remotis cum potestate citandi, & inhibendi &c. vt in alijs cõmissionibus &c.

Narranda erit series facti, & ad factum de quo agitur, aptetur commissioni.

SVMMARIVM.

1 *Causa semel Cardinalitia, semper esse debet Cardinalitia.*
2 *Causa commissa Cardinali, non auocatur absque Papæ mandato speciali.*
3 *Cardinales viua vox Sanctæ Ecclesiæ dicuntur.*
4 *Cardinalis, ad quem, an, & quomodo Cardinali à quo inhibeat.*
5 *Cardinali, an per solam Papæ Signaturam rescribatur.*
6 *Cardinali non rescribitur cum clausula, & Iustitiã faciat, & quare.*
7 *Cardinales tractant negotia ardua totius Reipublicæ Christianæ.*
8 *Cardinales terminorum obseruationem Auditoribus committunt.*
9 *Cardinalis cui causa auocata à Rota cõmittitur, quomodo Auditori inhibeat.*
10 *Cardinali creditur de negotio viuæ vocis oraculo sibi à Papa commisso.*
11 *Cardinalis dicto quando stetur.*
12 *Cardinales, nisi specialiter nominentur, non comprehenduntur in rescriptis Apostolicis.*
13 *Regula Cancellariæ annullans gratias, non comprehendit Cardinales, nisi exprimantur.*
14 *Cardinalis dignitas, qualibet alia in mundo est maior, post Papam.*
15 *Cardinales olim ductos ad iustitiam liberabant.*
16 *Appellatio à sententijs Cardinalium, ad Papam solum interponitur.*
17 *Clausula non obstantibus indultis, an Cardinales comprehendat.*
18 *Cardinalis, qui in Curia nunquam fuit, non gaudet priuilegio Cardinalium.*
19 *Causæ Cardinales tangentes, in Rom. Curia demandantur.*

De Commissionib. causarum Illustriss. Cardinalibus directis.

1 DEmandãtur sepissime causæ Cardinalibus, tunc autem si Cardinalis Iudex esse desinat, non debet propter personæ reuerentiam alteri inferiori committi absq; speciali Papæ mandato, nam causa semel effe-
2 cta Cardinalitia, semper remanet Cardinalitia, Gom. in compend. vtri. Sig. vers. septimum Priuilegium, Bellam. decis. 37. incip. vbi appellatur in fi. Milis. in suo repert. in verbo appellatio Singuli enim Cardinales pro-
3 pter dignitatis excellentiam, sunt quodammodo viua vox Sanctæ Ecclesiæ, Bal. in c. cũ in Iure col. 2 de off. deleg. Quorum numerus, vt refert Zabarel in Clem. ne Romani §. irritum num. 7 de elect. debet esse certus ad discipulorum instar, inter quos, & Presbiteri, & Diaconi esse debẽt, ac inter ipsos diuidunẽ tituli Ecclesiarũ vrbis, sed si ab vno Cardinali causa auocatur, & alteri Cardina-
4 li quouismodo demãdetur, Pariter propter personæ honorem inductum est, ne Cardinalis ad quem, Cardinali à quo inhibeat, vt inibi Sarnen. Priuil. 8. neque eis in causis
5 committendis rescribi solet, nisi per signaturam Papæ propter illorum excellentiam, & ideo Signatura Iustitiæ, neque Vicecancellarius, seu Regẽs Cãcellariæ eis rescribit, vt inibi Gomes. quando de Cardinalium priuilegijs tractat, vers. secundo priuilegio, Allegans Bonif. de Vital. in Clem. Auditor, columna secunda in 5. oppos. de rescrip. subdens ibi Gomes. idẽ seruari in cõmissionib' dirigendis c'tra reges, & alios Duces, vt per Specul. in tract. de legat. in §. nunc ostendendum

dendum verſ. etiam non obſtat, licet in cõmiſſionibus ceteris Prælatis directis, in eo, in quo ſeſe authoritas conceſſa extendi, ſignat: ſed hodie non procedunt præmiſſa, quia Signatura iuſtitiæ etiam Cardinalibus reſcribit: forſan id erat tempore Gomeſij, noſtro vero, ab aula receſſit, ne Papa multis impeditus negotijs magis, afficiatur in om-
6 nibus cauſis. Præterea in commiſſionibus, quæ Cardinalibus diriguntur, in clauſula extenſiua commiſſionis, ſolet R. P. D. Regẽs ita reſcribere: De mandato D. N. Papæ audiat Cardinalis N. & decidat, omiſſo verbo, & iuſtitiam faciat, quæ ſemper in quibuſuis alijs reſcriptis ceteris perſonis directis apponitur. Ratio eſt, quia cum Summi Pontifices, ob ſingularem induſtriam, & illorũ exploratam fidem, illos ad talem euexerit dignitatem, & Cardines terræ eſſe voluit, non eſt præſumendum, quod aliter iudicaturi ſint, ob id non eis mandat, vt iuſtitiam faciant, quia quilibet Cardinalis, hoc proprium, & peculiare habeat, & habere debeat, abſque alio ſigno, & monitione cum vti propria vita eorum pectoribus iuſtitiam ineſſe, par ſit. At ſi clauſula præfata apponeretur, quia iuſtitiæ immemores notati cenſerentur, maxima iniuria affecti remanerent: Notos aũt illos Papa habet quia cum ipſis, eorũ morib. & vita diuturna
7 quotidianaque, litteris, ſcientia experientia & vſus res totius Reipublicæ Chriſtianæ difficillimas tractat, Fel. in cap. ad aures, num. 11. de reſcript. ideo ad boni equi inſtar, calcaribus non indigent, & ſic vt eis mandetur, quod iuſtitiam faciant, ſed ſolum virgæ ſufficit vmbra, dicendo, quod decidant, vt ibi Gomeſ. verſ. tunc eſt, quod hodiernum. Iſti
8 namque Illuſtriſ. Cardinales terminorum obſeruationem eorum Auditoribus committere poſſunt, & ſolẽt, quod ceteri facere nequeunt, Egid. deciſ. 43. incip. articulus: ac ſi contingat a Rota cauſam auocari, Cardinalique committi, non inhibet Cardinalis Rotæ Auditori, ſed tantum illi com-
9 miſſionem intimare facit, vti pariter è conuerſo, quando auocatur cauſa a Cardinali, & Rotæ Auditori committitur, illi non inhibet, ſed commiſſionem inſinuat, & ita de conſuetudine ſeruari reſtatur Rot. deciſ. vltima, de dol. & contum. in antiq. Connumerat multa alia priuilegia Illuſtriſ. Cardinalibus conceſſa Gomeſ. loco ſupracitato, quẽ adeas: Hoc autem tantum obiter dicam, q̃d
10 ſecundum magis receptam DD. ſententiã Cardinali creditur, de negotio ſibi viuæ vocis oraculo a Papa commiſſo, & maximè in rebus ad eius, dignitatem pertinentibus, Gabr. in lib. com. opin. in tit. de probat. concluſ. 3. num. 15. verſ. Contrarium, & ſimiliter idem alias Rot. cenſuit, coram D. Oradino in vna Bergomenſis Bonorum, de anno 1562. vt in eius deciſ. 147. maximè ſi Cardinalis ſit in Curia, quia facile pro veritate exploranda haberi recurſus ad Papam põt, Felin. in cap. quod ſuper num. 11. verſic. Sed quod dixi, de fid. inſtrum. cum add. per
11 Gabr. loco citato, num. 20. & dictis illorum ſtatur, etiam inter ſubiectos eorum legationi, Abb. in dicto cap. quod ſuper, num. 5. verſ. aut aſſerit de fid. inſtrum. Lap. alleg. 33. num. 4. Alex. conſ. 92. num. 15. volum 6. Bellam. conſ. 16. vbi ita vidiſſe iudicare per tres ſententias conformes Romæ aſſerit Pariſ. cõſ. 11. nu. 17. vol. 4. Gab. vbi ſup. nu. 13. & 14. & bene Fulgoſ. conſ. 148. numero tertio, prop. fi. In reſcriptis motib. proprijs, & alijs Apoſtolicis litteris, ſemper apponũtur hęc verba, cuiuſcunque ſtatus, præeminentię, & dignitatis exiſtentibus, etiam ſi Cardinalatus dignitate præfulgeant, & ſimilia verba, iunctis ceteris, & ideo ſpecialiter Cardinales nominantur, quia diſpoſitio quantumuis generalis, ſi ſit odioſa, non comprehendit ſuperlatiua, vel maxima, ſiue maiora expreſſis, cap. Sedes de reſcript. neque enim comprehendit caput, Barbat. in rub. de reb. eccleſ. non alien. num. 95. quemadmodum neque Cardinales Eccleſiæ Cattolicæ, fortitudo, & Primarij, cap. vno, §. omnem de ſchiſmat. In 6. cap. 2. de cler. non reſid. vbi Doct. Abb. in cap. extirpandæ §. qui vero, numero 25. de præben. Ancher. cõſ. 295. q. 8. Roma. conſ. 494. num. 1. & 2. dubio Iaſ. in conſ. 117. num. 2. vol. 4. Pariſ. conſ. 141. nu. 8. vol. 4. & ideo regulæ Cancellariæ annullantes gratias, in qb. verus valor non eſt expreſ-
13 ſus, nõ habent locum in gratia facta Cardinali, vt per Dec. in cap. Eccleſia, not. 4 de conſtit. Felin. in cap. ad aures, num. 11. de reſcript. Nam niſi expreſsè nominentur, nunquam in lege prohibitiua, quamuis generali continentur, Bar. Soc. in l. 1. num. 97. ff. ſolut. mat. Secus autem, quando tales conſtitutiones Papales concernũt bonum publicũ, animæ vtilitatem, vel periculum, tunc ſec. Gomeſ. ſuper reg. Cancell. de viginti dieb. quæſt. 3. comprehendunt Cardinales, & in procem. dictarum regularum, quæſtio. 4.
14 Nulla autem maior Cardinalitia dignitas reperitur, poſt Papam, quia ipſi vna cũ ſummo Pontifice omnia iudicant, neq; ab alio, quam a Papa, & ceteris Cardinalibus iudicari poſſunt, cap. nemo, & cap. ſeq. quæſt. 93.
Hoſt.

Host. & Ioan. Andr. in cap. dilectus, el primo, de præb. Immo alias quando eis occur
15 rebant illi, qui ad extremum suppliciũ perducebãtur: pileum super capite talis rei apponendo, ipsum iam liberabant, Bald. in l. adiectos, C. de episc. aud. Cors. in sing. incip. Cardinales, dummodo nõ pro crimine falsi, & alijs exceptis atrocissimis, Barb. in tract. de præst. Cardin. in quæst. 9. par. 1. nu. 7. At vlterius, non prosequor: Nam si de eorum priuilegijs, facultate, ac Maiestate multa videre cupias, nostros iuris interpretes de præmissis vberrime tractantes adire poteris.
16 A sententijs Illustrissimorum Cardinaliũ ad Papam appellatur, cap. Rainaldus de test. Præpos. in rubr. de appel. num. 40. De clausula appellatione remota in rescripto Illustriss. Cardinaliũ tributa, vide Sarnẽ. in cõp.
17 vtr. Sign. vers. nouum principium. Ac ẽt Clausula non obstantibus indultis, an Cardinales comprehendat, tradit Put. decis. 15.
18 p. 1. Cardinalis, qui nũquã in Curia fuit, nõ gaudet indultis Cardinalib. concessis decis. .... par. 3. lib. 3. diuers. Causæ Cardina-
19 lium interesse tãgentes, committuntur in Rom. Cur. Staphyl. de lit. iust. §. dicendum est, num. 8 Ea est ipsorum sedes, & forus, vt Papæ collateraliũ, ideo inconueniens appareret, si alibi, quam coram Papæ iudicibus causas proprias agerent, quamuis lites vitare illorum proprium sit, & naturale.

SVMMARIVM.

1 *Apostoli nisi debito tempore petantur, causam desertam faciunt.*
2 *Apostoli verbum, quid sit, & significet, & numero 4*
3 *Apostoli est verbum compositum.*
5 *Iudex datis Apostolis refutatorijs, vel reuerentialibus, an a se iurisdictionem abdicet.*
6 *Apostoli instanter sunt petendi.*
7 *Termino Apostolorum petendorum pendente, nil nouandum est.*
8 *Iudex semel appellationi deferens, secundo deferre non tenetur, nec debet.*
9 *Appellans nisi tempore debito redeat pro Apostolis, appellationi renunciasse videtur.*
10 *Terminus 30. dierum appellanti datus, quando currere incipiat.*
11 *Terminus Apostolorum currit etiam iudici, & quare, & nu. 13.*
12 *Apostoli pars sunt appellationis.*
14 *Apostoli semel petendi.*
15 *Apostolis datis iudex a quo, absque iurisdictione remanet.*
16 *Apostolorum plures sunt species.*
17 *Apostolis reuerentialibus, reportatis, infra 10. dies causa committi debet, & nu. 37.*
18 *Apostolos reuerentiales in forma dare, quid innuere velit.*
19 *Apostolos in appellatione ab interloquutoria, si iudex det, est irridendus.*
20 *Apostolos reuerentiales dare, quando teneatur iudex.*
21 *Apostolos iudex dando, facit actum extraiudicialem.*
22 *Apostoli testimoniales, quando dicantur & dentur.*
23 *Apostoli refutatorij dantur in appellatione ab interloquutoria.*
24 *Apostoli extraiudiciales quales sint.*
25 *Apostoli conuentionales, qui dicantur.*
26 *Apostolos testimoniales reportans, non tenetur infra decem dies causam appellationis committere.*
27 *Apostolos testimoniales habenti, annus a iure ad causam committendam indulgetur.*
28 *Apostoli dimissorij, qui sint.*
29 *Apostoli refutatorij, quales.*
30 *Clausula adeo, quod pro Apostolis redire non teneatur in commissione, quid importet.*
31 *Clausula attento quod a diffinitiua, ibi quod pro Apostolis, &c. quid importet.*
32 *Apostoli reuerentiales ex Rom. Cur. stilo dati semper præsumuntur.*
33 *Iudex an datis Apostolis, procedendo, nulliter faciat.*
34 *Iudex si petitis Apostolis ab appellante, ab interloquutoria non respondeat, an nulliter procedat.*
35 *Appellatione interposita, si iudex 10. dierum terminum statuat ad causam committendam, & Papa fuerit absens, sat erit iter arripere.*
36 *Apostoli reuerentiales, vel refutatorij, per solum iudicem, a quo dantur.*
38 *Apostoli refutatorij non impediunt, quo minus ad superiorem deuoluatur appellatio.*
39 *Apostolos refutatorios habens, habet anni tempus ad causam committendam.*
40 *Appellati diligentia in causa appellationis committenda, appellanti, an prosit.*
41 *Claustrorum abusiones, quot sint.*
42 *Religiosi, quot ligaminibus astringantur.*
43 *Iudex in commissione petitus, quare aut non cõcedatur, aut raro.*
44 *Iudex si & in quantum appellationi deferens, non videtur de Apostolis respondere.*

De Apostolorum petitione, & concessione.

1 NIsi tempore debito Apostoli per succũbentẽ petant, pro deserta habetur appellatio, Bart. in l. hodie, §. Apostolos, num. 2. & in l. quoniam, nu. 1. & 2. C. eo. tit. & si peti omittantur, quia deserta remanet causa, (de ordinario tamen iudice loquendo, & non de Delegato, vel commissario in Ro. Cur. vt infra dicam) suam sententiam exequi poterit. Sed vt prima facie videtur, ex ei' signi-
2 ficatione, & voce, tale verbum non significat, nec vult indicare, sanctos Apostolos Petrum, & Paulum, vel alios, sed bene litteras dimissoriales, hoc nomine a nostris legislatoribus nuncupatas. Est autem istud verbum compositum, ab Apo, & Stolon, quod est missio, quasi dimissio facta ab vno
3 iudice ad alium, ad quem vadit appellatio, quibus mediantibus, partes a suo iudicio dimittit, ad alium appellationis transmittendo, Imol. in cap. dilectis filijs, num. 28. de appellat. & facit tex. in l. 1. ff. de libel. dimiss. Quare pariter de sanctis Apostolis dicimus, qui a Deo, vel Cęlo missi fuerunt, gl. in cap. cordi, in verbo petat Apostolos, de appel. in sexto, Spec. eod. tit. in §. sequitur, licet sec. Vestr. in sua prax. lib. 7. cap. 3. num. 32. ab Apost. & lin, quod est mittere, siue nunciare, dicantur, quasi nunciatorij, siue nuncij, quibus iudex, a quo, iudici ad quem, seu alte-
4 ri significare solet superiori, vt putà, Titiũ a tali sententia, tali die appellasse: & dando reuerentiales, siue refutatorios, an a sua iurisdictione dimiserit appellantem, nec ne, vt dixit tex. in cap. ab eo, de appellat. Sed aut vno, aut alio modo, nulla videtur discordãtia: Vnde bene dixit Zab. in clem. quamuis num. 4. de appel. quod Apostoli sunt breuis forma, iudicem ad quem appellatur instruẽtes, modum iudicis a quo, & totius appellationis circumstantias breuiter comprehendentes, vt ibi, num. 69. Nam iudicis a quo munus est, an appellationi sit deferendum, nec ne iudicare, qđ aut per euidentiã negotij facit, super quo iudicatum est, aut si a iure prohibetur, vel quia cãm non exprimit, siue ante sententiam pariter causam nõ assignauit, vt per Innoc. in cap. pastoralis officij, num. 4. de offic. deleg. At si appellationi non deferat, non poterit suam sententiam exequi, vti quando, an sit appellationi deferendum, in dubium vertitur, vt ibi Innoc. num. 7. Debent autem tales Apostoli intra triginta dies peti, cap. ei qui, §. iudicib. 2. quæst. 3. l. iudicibus, C. de appellat. Rot. in nou. eodem tit. decis. 50. Et quamuis instanter sint petendi, tamen vnico contextu huiusmodi instantiã facere, sat est, cle. quamuis rigor, de appellat. Et dicuntur accessorij appellationi, ob id in vnum computantur tempus, decis. Pedem. 12. num. 2. Bald. cons. 171. num. 1. volum. 5. Cresc. decis. 1. nu-
5 mero tertio, de appel. Petunturque instanter, instantius, & instantissimè, vt debitus iudici honor tribuatur, Cassad. decis. 8. numero tertio, de appellat. decis. 46. eodem tit. in not. l. omnem honorem, C. quan. prou. nou. est neces. cap. vt debitus, de appel. Vnde vnica petitio non sufficit, sed in termino assignato pro illis redire appellans tenetur, alias renunciasse appellationi præsumitur: Matthesil. sing. 21. Cepol. caut. 23. Quod tamen facere non debet, si infra decem dies causa cõmissa sit, at Cresc. dec. 75. appellanti, de appel. Lancel. De attent. appel. pend. limit. 50. a num. 202. vsque ad numerum 204. Ob id in casibus, in quib. geminata non permittitur appellatio, si super prima dati sint Apostoli, secundò appellare non licebit, quia cum Apostoli sint pars appellationis, cap. ab eo de appellat. in sexto, & per illorum concessionem suo iam munere fuerit iudex functus, & per consequẽs sua expirauerit iurisdictio, vlterius in causa
6 se ingerere non poterit, ac dicto termino pendente, nil nouare debet; aliter omnia p viam attentati venirent reuocanda, Franc. in cap. consuluit, & in cap. bone de appel. vt in fine commis. attentatorum dicam, l. 1. ff. nil noua appel. pend. Ac decendio durante, ab exequutione se abstinere, (vt cõsuli) Signatura, vel superior possit, qđ in ea causa faciẽdum sit, Innoc. in dicto cap. Pastorali, nu. 3. de offic. deleg. & optime erit per iudicem factum, vt ibi Imol. num. 6. Quare amplius ab eo impetrari non valebunt, cap. cum appellationi, §. si vero, vbi Gemin. & Franc. numero quinto, de appellat. in 6. Paris. cons. 106. vol. 4. Bald. in Leos, §. Apostolos, col. 2.
7 eod. tit. Bellam. decis. 343. Sicque, quando semel detulit, secundo deferre appellationi non ei licebit, decis. Pedem. 131. nu. 15. Hinc
8 est, quod si debita die ad redeundum pro Apostolis, seu alia die per iudicem ad id assignata appellans non redierit, licet iuerit, vel procuratorem transmiserit ad appellationẽ prosequendam, nihilominus in hoc quoq; suæ appellationi renunciasse videtur, ac præsumitur, quæ præsumptio est iuris, & de iu-

re;

re; vt bene decis. Pedem. 7. per tot. maximè, num. 3. vers. contrarium. Ac terminus iuris pariter appellatur, quando iudex terminũ iuris assignat, l. iudicibus, C. de appe. l. vnica, vbi glo. in verbo sufficit, ff. de libel. dimis. c. ab eo de appell. in 6. Cassad. decis. 4. num. 8. eodem tit. Et quamuis glo. in dicto cap. cor
10 di, in verbo triginta dies, illos a die latè sen tentiæ incipere asserat, tamen contrarium censuit Rota. Et a die appellationis emissæ, & non a die prolatæ sententiæ, quo tempore suspensi intelliguntur, decis. 80. de appellat. in antiq. & de hoc multas reddit rationes, Host. in cap. 1. de appel. in 6. Licet Zabar. in clem. quamuis, num. 6. vbi glo. in verbo tempus, inter istos 30. dies illos decẽ ad appellandum a iure assignatos computet, quia ipsorum petitio, quæ verbalis est, dicitur appellationi accessoria; sed melius est cum Rota sentire, de quo habemus particularem decis. 1. de appell. in nou. vbi Rota distinguit, quod aut tempore latè sententiæ præsens fuit, aut de illa notitiam habuit, sed aliter latam fore sciuit, & tunc ad peten
11 dum Apostolos vel terminus triginta dierũ incipit currere, vna cum tempore interponendæ appellationis, aut postea superuenit scientia, & tunc a die scientiæ, ac habitæ notitiæ, & post multa hanc sententiam ibi amplexata fuit Rota, ita in palatio seruari asserens per multas rationes, de quibus p̃ Hostien. loco citato, eam addens, Quia præfati
12 triginta dies iudici etiam currunt, ad se deliberandum, an appellationi deferre velit, nec ne. Sed quia ante interpositam appellationem non cadit deliberatio, cap. ad dissoluendum, de despons. impub. ideo terminus ante incipere non debet: nã si in vltimo momento, triginta dierum peterentur, absurdum daretur, quod iudex ad illos dandos nullum terminum haberet: Et quod Apostoli appellationis pars sint, est decis. 41. & decis. 50. num. 3. de appell. in nou. cap. cordi, & cap. ab eo, eodem tit. in 6. In tantum, q̃d si vt par est, petiti non fuerint, succumbens, reputabitur non appellans, vt in d. decis. 41. C. ab eo, eodem tit. in 6. Clem. quamuis de
13 appel. Et ideo adinuenti Apostoli fuerunt, vt iudex quandoque non certus, an sit appellationi deferendum, necne, dicto termino pendente, sibi a lege indulto, an a sua iurisdictione sit appellans dimittendus, deliberare valeat, l. iudicibus, C. de appell. Vestr. in sua prax. lib. 7. c. 3. num. 32. & seq. vbi multa cumulat ad hunc propositum, quem videre libeat. Vnde nisi semel (vt dixi) sunt peten-
14 di, quia ijs datis, omni postea iurisdictione iudex caret, & desit esse iudex, decis. 16. de appellat. in no. cap. cum appellationibus fri-
15 uolis, eodem tit. in sexto. Idque in tantum verum est, quod etiam Apostolorum loco acta dando, adeo a se iurisdictionem abdicãdo, eam in superiorem transferendo, q̃d in eadem causa, etiamsi de partium consensu procedat, postea nisi denuo per potestatẽ habentem iurisdictio sibi detur, nulliter facit, Rot. de appel. in nou. decis. 8. rationem ibi Rota assignans, quia loco Apostolorum acta dando, appellationi detulisse videtur.
16 Apostolorum autem alij reuerentiales, alij testimoniales, alij refutatorij, alij dimissorij sunt, & quando iudex appellationi detulit, dicuntur reuerentiales, propter superioris reuerentiam, quam iudex appellationis concessit. Alij extraiudiciales, vel conuentionales, habitis autem reuerentialibus, tunc appellans, vt infra decem dies appellationis causa committatur, curare debet, Ve
17 tal. decis. 31. num. 1. par. 1. Itaque si ad Papam appellatur, & sit appellatio rationabilis, illique iudex non deferat, dato etiam, q̃d sit dubia, si in Curia, punitur, sin extra eam, ad Curiam fore transmittendum, vt punitur, dixerunt Staphyl. de lit. iust. in cap. Signatura, num. 3. Butr. in cap. vt debitus de appell. cap. sacro. in fi. de sent. excom. Rom. cons. 501. num. 2. Sed si appellatum a diffinitiua sit, & reuerentiales dati, ac postea cedula appellationis in tempore data non fuerit, nihilominus, non obstante decis. 54. de appellat. in nou. causam fuisse desertam recentius tenuit Rota. Teste Put. deci. 103. in prin
18 cip. par. 3. Multoties quando appellatur, iudex dat reuerentiales in forma, modo quæro, quid innuere velint illa verba, & praxis in forma, & dic, q̃d verbũ in forma, multa in hoc facto significat. Primo quatenus a diffinitiua. Secundo, quatenus in tempore. Tertio quatenus a legitima persona, alias refutatorij, & per hanc responsionem non censetur appellationi delatum, nisi modo narrato, Cassad. dec. 7. nu. 5. de appel. Vestr. in sua
19 prax. lib. 7. cap. 4. num. 2. ibique Vestr. illos deridet iudices, qui appellãti ab interloquutoria dant Apostolos, abdicando a se iurisdictionem, decis. 77. diuers. par. 1. Contar. in l. vnica limit. 13. num. 4. C. si de mom. pos. licet, & econtra, quando iudex dat reuerentiales, semper cẽsetur appellationi deferẽs, Rota diuers. decis. 774. par. 1. Contar. loco
20 citato, num. 4. At si ordinatiè a diffinitiua appelletur, iudex a quo reuerentiales dare debet, nisi appellatio esset prohibita, vel nõ haberet effectum suspensiuum. Apostolos reue-

reuerentiales, siue refutatorios, nemo dare potest nisi solus iudex a quo, Cassad. dec. 8. num. 3. & 8. de appel. & quando Apostoli
21 dantur, fit actus extraiudicialis Rot. decis. 2. eodem tit. in antiq. Si vero iudex non repe
22 riatur, & pars appellationem interponere velit, sufficit domi ipsius iudicis diligentiā facere, vt notarius sibi testimoniales concedat, & ab eodē notario petere debet, quod Schedulam appellationis dimittendo, det, Cassad. dicta decis. 8. de appell. Put. dec. 130.
23 num. 1. par. 2. At si a grauamine, seu mera interloquutoria appelletur, cum tanta non adsit difficultas, quia tam magnum præiudi
24 cium non affert, dantur refutatorij, & ita seruare Rotam colligitur ex decis. 61. de appel. in antiq. Quando dantur Apostoli extra iudicium, puta a iudice, a quo appellatur, vel a parte, tunc dicuntur extraiudicia-
25 les. Conuentionales, siue testimoniales, quando sint, dicit Cassad. in dicta decis. 8. numero septimo, de appel. Abb. in cap. bonæ
26 memoriæ, num. 7. eodem tit. Nec te lateat, quod si dantur testimoniales, non tenetur, qui illos habuit infra decem dies causam cō mittere, sicuti quando reportat reuerentia
27 les, ad decis. Put. 371. p. 2. Sed in testimonialibus annum ad causam appellationis committendam habet, cap. personas de appell. Put. decis. 486. par. 2. licet in tali casu ad sit in Romana Curia remedium, cap. oblatæ
28 de appel. de quo suo loco dicemus. Dimissorij ideo vocātur Apostoli, quia appellantem, cum tali dimissione iudex, a quo a se
29 dimittit, mittendo (vt dixi) ad iudicem ad quem. Refutatorij dicuntur, quādo iudex, a quo non vult, seu nō debet, vel appellationem admittere non potest, & ideo a refutatione vocis appellantis, refutatorij dicuntur, sed vt præmissa diffugiant, scopum redi tionis pro Apostolis, quod sæpissimè multi procuratores ignari, pigri, seu infra decem dies commissionem causæ expedire credentes, pro illis non redeundo, in iudicatum sententiam volare sinunt: In fine cō
30 missionis appellationis hanc ponunt clausulam, Termino iuris ad redeundū pro Apostolis, aliaque responsione data, adeo quod pro illis amplius redire nōn teneantur, attē to, quod a diffinitiua ceterisque contrarijs, quibuscumque non obstantib. & talis clausula operatur, quod licet non redierint pro Apostolis, & appellatio circūducatur, sicq; ordinariè appellatū, non cēseatur, sec. deci. 57. de appellat. in antiq. Bisign. decis. 24. eodem tit. cap. ab eo eodem. tit. Nihilominus habetur perinde, ac si ad iudicem pro illis re dijsset. Et ob id apponuntur illa verba, atten
31 to, quod a diffinitiua necessario, quæ si de essent, munus D. Referendarij illa addere foret, ea ratione, quia commissio appellationis pendente termino ad redeundum pro Apostolis, nisi a diffinitiua, vel illius vim habente, quæ pari passu in hoc procedunt, non datur, quasi dicat, quod in appellatione a diffinitiua, seu vim illius habente, curandum nō sit de Apostolis iudicis, quia lex appellationi defert, Vestr. vbi sup. lib. 7. cap. 3. num. 37. & licet quis pro illis non redierit, dummodo infra terminum iuris causam cō mitti curet, valida erit appellatio, Veral. de-
32 cis. 38. par. 1. Ratio est, quia semper de stilo Palatij intelliguntur reuerentiales dati, Bellam. decisione centesima, Cresc. decisione prima, & secūda, de appel. Veral. decis. 157. par. 1. & decis. 115. par. 2. Et quando iudex appellanti dat Apostolos, nec dicit quales, vel qui dati sint, pariter tunc a se iurisdictionem abdicat, decis. 8. de appell. in nou. Sed siue iudex appellationi deferat, vel nō, Apostolos dare semper tenetur, decis. 50. in fi. de appellat. in nou. cap. cordi, & cap. super, eo-
33 dem tit. in 6. Quid autem si iudex pendēte termino ad dandum Apostolos procedat, an iudicium, vel acta sint censenda nulla? Circa quod breuiter distingue, quod aut iudex nihil respondit, & gesta valent. Aut terminum dedit, & eo casu oīa erunt nulla, sec. Boer. decis. 256. num. 7. multa congerens, Vel si iudex a quo, interim grauamen prætensum ab ipso illatum reuocat, reponendo partes in priori statu, pariter processus iudicis ad quem, erit nullus, vt ibi Boer. num. 2. quamuis hanc decisionem non firmet, & deinde, num. 4. vera præfata fore dicat, quatenus non opponatur coram iudice, ad quem dependentia termini ad dandum Apostolos, Felin. in cap. ex parte, el secondo, colum. 3. vers. Si eum appellantem de
34 rescript. & ibi Boer. nu. 5. Sed quid si appellatur ab interloqutoria, & petuntur Apostoli, & appellanti nihil respondetur per iudicem a quo, immo in causa ad vlteriora processit, an sit processus validus nec ne, quęro, & pro parte negatiua tentum fuit, ex eo, qa si iudex requisitus Apostolos non dat, & ad vlteriora procedat, nisi renunciatū sit appellationi, erit nullus pceffus, Cap. Tholos. decis. 322. Si vero frustratoria esset appellatio, ratione materiæ, puta propter falsitatem, vel mixturam causæ, quia tunc talis appellatio esset contra ius partis, vel iudicis, ideo in se tenet, & illius iurisdictionem suspendit, sed si esset respectu formæ a iure datæ frustrato-

strátoria, puta, quando ab interloquutória
sine scriptis interponitur, eo casu valet pro-
cessus, vt Aufrer. in addit. dictę decis. 322.
Cappel. Tholos. cum addit. quem videas.
35 Præterea si lata sit in Curia sententia, & iu-
dex terminum decem dierum, Apostolos
reuerentiales dando præfigat ad causam cō
mittendam, & Papa fuerit extra vrbem, sat
erit, vt in termino curiam versus, quæ vbi
Papa est, dicitur, (vt latius in commissione
super Eugeniana dixi) iter arripiant, aut per
se met, seu per alium. Nam talis diligentia
ipsum a desertione liberabit, ex ratione alle
gata per Bellam. decis. 719. quia non est ad
complendam, sed ad introducendam, seu
persequendam appellationis causam tale tē
pus datum, & satis prosequi incipit, præpa-
rando se ad iter, & eundo, sine quo fieri ta-
lis prosequutio nequit, quia idem iudicium
de termino, & de via sententiæ, quo ad ter-
36 minum præueniri non potest. Et quam-
uis iudex a quo, vt iter appellans arripiat, &
se coram superiore pręsentet, cogere valeat,
tamen, vt ab appellatione infra tam breue
tempus recedat, facere nequit, vti nec tolle
re iuris beneficium appellanti concessum,
Zabar. in clem. quamuis, §. si iudex, num. 4.
37 de appel. Apostolos reuerentiales dans iu-
dex, etiam terminum decem dierum ad cō
mittendam causam appellationis dare cen-
setur, Rot. de appellat. in no. decis. 66. Cas-
sad. decis. 4. eo. tit. Lancel. de attent. in præ
fat. de attent. appel. pend. a nu. 60. vsque ad
num. 73. quod etiam procedit, si vndeci-
ma die sit commissa causa, dummodo an-
te in bancho cursorum fuerit commissio,
vel quando aliquo legitimo impedimento
appellans detentus appareat, quia tunc ex-
cusaretur a desertione, Franc. in cap. ex teno
re, num. 35. de appel. quod ibi pariter firmat
Lancel. num. 72. Datis Apostolis refutato-
38 rijs, non impeditur quominus causa ad su-
periorem deuoluatur, Franc. in cap. consti
tutus, num. 9. de constit. Capic. decis. 34. nu-
mero vndecimo, Reportansque refutato-
39 rios, habet annum ad causam appellatio-
nis committendam, Chassanen. decis. 4. in fi.
& quando in termino decem dierum, vel
alio assignato ab homine ad appellationem
prosequendam, causam appellationis appel
latus committit, prodest, quoque appel-
40 lanti talis diligentia, dummodo contra ta-
lem appellationem non dentur exceptio-
nes, & postea victus in eis persistat, decis. 7.
de appel. in nou. Quod non procedit in cau
sis, in quibus a iure, vel ab homine datur iu
dici exequēdi facultas, l. 1. ff. de appel. recip.

vt pariter in concernentibus animæ interes-
se, sententia visitatorum, morum correctio
ne, & alijs relatis, per Abb. in cap. ad hæc,
nu. 2. de appel. & in c. licet, nu. 1. & 4. de of-
fic. ord. & in cap. cum speciali, §. porro, nu. 3.
& in cap. Abbate, de appel. Vnde hodie in
hac visitatorum correctione, quo ad mores
nulla datur differentia, inter sæculares cleri
cos, aut regulares, ex decreto Concilij Tri-
dentini, cap. 10. Episcopi 24. Sess. apparet,
quamuis id prius dixerit Abb. in cap. ad no
stram, num. 7. & 8. de appel. Quæ sano mo-
do intellige, nisi in correctione excessus ad
sit, quia tunc daretur appellatio, vt per Abb.
in d. §. porrò, & in d. c. ad nostram, nu. 7. Li-
cet in commissione appellationis, maxima
sit consideratio, & maturitas adhibenda,
cauteque procedēdum, quia piè, & iustè in
religionibus, maximè Monachorum, & re
gularium, talis appellandi vsus sublatus
est: & quamuis aliquis ex præfatis leui in-
iuria ab eorum Prælatis lacessitus, vel gra-
uatus foret, tamen quia ex huiusmodi
appellationibus multa euenire possunt
damna, quæ religionis neruum, & ordi-
nem debilitarent, ac sacras Dei ordina-
tiones maculare possent, vt dixit Couar.
pract. qq. cap. 23. nu. 6. vers. Octauo, ex men
te Soti in lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 3. vt la-
tius multas afferens limitationes, consuluit
Gozad. cons. 193. num. 16. vol. 2. non sunt
41 de facili attendendæ. Nam abusiones clau
stri, ex quibus tota massa corrumpitur, duo-
decim sunt, relatę per glo. in clem. ne in a-
42 gro, §. quia vero curias, de stat. Monac. No-
uemque ligamina religiosi claustrales, qui
aliquam professionem emiserunt, habere
debent. Primum castitas, contra luxuriam,
quia religiosus non castus est hircus foeti-
dus. Secundo Paupertas contra auaritiam,
nam religiosus auarus in sterquilinio est se-
pelliendus, cap. cum ad Monasterium, de
stat. monac. Tertio obedientia, & humili-
tas contra superbiam, quia religiosus super
bus pro monstro habetur. Quarto, bono-
rum communitas contra inuidiam. Quin-
to, parcitas gulæ contra gulæ immunditiā,
dum pauca habentes, parcitatem gulæ se-
quuntur. Sexto, charitas, contra iracundiā.
Septimo taciturnitas contra oris insolen-
tiam. Octauo, labor contra accidiam. No-
no, habitus contra vtilitatem inanis glorię,
In præfatis commissionibus igitur grauami
nis expressio necessario facienda erit, quan-
do appellationis causa committi petitur, &
gustāda: Licet (vt dixi) ordinariè ab alijs ap
pellationibus a diffinitiua non requiratur,
& id

& id, quia regulariter de iure appellatio in hoc casu prohibita est, ea nempè ratione, vt dignosci possit, an talis excessus sit, quod veniat ab illo appellatio cōcedenda, cap. licet in corrigendis, de offic. ord. d. cap. priore, & cap. irreprehensibilis de appel. Abb. in d. c. ad nostram, num. 5. Rom. cons. 315. Calder. cons. 20. de regul. Talisq; expressio, ex qua dignoscuntur causæ qualitates, sufficiens erit ad retardandum, seu ad inclinandum animum Papæ, ad concessionem, vel denegationem petitorū: hancq; esse magis Doctorū cōem snīam receptam, dixere Fel. in d. c. ad nostrā, nu. 7. vbi Innoc. & canon. Anch. cons. 410. nu. 3. Franc. in cap. pastoralis, nu. 6. vers. non operatur, de appe. Quāuis cōtrariū tenuerit aliqn̄ Fel. in c. quō ad cōsultationē de sent. & re iud. Rom. in l. 1. ff. de verb. obl. tn̄ in d. c. ad nostrā idē Fel. primā opinionē, vti communiorē sequēdam asserit. Sed an, & qn̄ Archidiaconus, vel alius iurisdictionem habens, visitare possit, non prosequor,
43 vide latè Sarmien. Select. sent. c. 15. lib. 3. Iudex in cōmissione petitus, raro conceditur, eo qa affectatus videt, sed eius in loco alius subrogatur, quia si ita ad partis postulationē deputaretur, esset suspectus alteri parti, Io. And. & Archid. in c. si cōtra vnū de offic. deleg. Bal. in c. cū de causis, col. 7. eod. tit. l. obseruandū, vbi Bar. ff. de iudic. Vehemens aūt oritur ex præmissis præsumptio, ne petēti sit propitius, & fauorabilis, ideō pōt merito recusari, quod declara procedere; nisi aliter Principi, vel Signaturæ rescribendo,
44 expedire visum foret. Quid si fuerit appellatum, & appellatio si & in quantum admissa, an tunc de Apostolis respondere iudex dicatur? Et negatiuè loquitur Zabarel. in clem. quamuis, §. si iudex, numero quarto, de appellat.

Commissionis formula, non cadit in hoc capitulo, quia clausula, & verba, de quibus hic tractantur, ponuntur in fine commissionis appellationis, vt dixi numero trigesimo, & trigesimoprimo.

SVMMARIVM.

1 *Breuis de capienda possessione beneficij nomine Cameræ Apostolicæ tenor.*

2 *Aud. Cam. in causis exequutionis Litterarū Apostolicarum, cogit litigantes, vt ibi agant.*

3 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ, cui, vel quibus dirigatur.*

4 *Clausula constito, quare verificationem requirat, & num. 17.*

5 *Probatio semiplena pro breuis verificatione sufficit.*

6 *Breue nisi verificetur, impedit, ne ad vlteriora procedatur, & nu. 18.*

7 *Litteræ Apostolicæ habent paratam exequutionem, & nisi in petitorio, non admittitur contradictor.*

8 *Clausula constito, quod in tali mense, & possessione beneficij obierit, quomodo intelligatur.*

9 *Breuia de capienda possessione nomine Cameræ nō habent locum, nisi collatio sit Papæ.*

10 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ, præsupponit vacationem beneficij tempore collationis, & quæ sint verificanda, num. 25.*

11 *Breuia de capienda possessione beneficij nomine Cameræ lapso biennio non dantur.*

12 *Triennalis possessor in beneficialibus, titulum, quē vult allegare potest.*

13 *Possessio canonicatus cum breui nomine Cameræ Apostolicæ capitulariter capienda est.*

14 *Beneficij collatio, si possessio non sequitur, non est attendenda.*

15 *Possessionem beneficij, etiam vigore breuis de illa capienda nomine Cameræ, vel vigore monitorij A. C. propria auctoritate capiens, Breuis beneficium perdit.*

16 *Clausula constito, quod in tali mense beneficium vacauerit, requirit partis citationem.*

19 *Gratia Apostolica condictionalis, condictione non purificata, non dat titulum.*

20 *Breuia Apostolica æquiparantur remedio, l. fin. C. de edict. Diui Adr. toll.*

21 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ, intelligitur, si de iure vacet beneficiū, non de facto.*

22 *Papa rescribendo cum clausula constito, non intendit reo defensiones tollere.*

23 *Clausula si ita est, aliquam causæ cognitionem requirere potest.*

24 *Breuis Apostolici exequutor solum beneficia de iure, & de facto simul vacantia confert, non vno modo tantum.*

26 *Clausula sine vitio attentatorum in Breui de capienda possessione nomine Cameræ, tollit attentata.*

27 *Breue de capienda possessione nomine Cameræ, nō debet esse subreptitium, sed eius forma seruari.*

28 *Breue simpliciter episcopo directum, nulliter ab eius Vicario exequitur.*

29 *Commissio Papæ, non fiat cum ordinaria iurisdictione.*

30 *Clausula vocatis vocandis, vel vocan. N. & alij, qui fuerint vocandi, quomodo intelligatur.*

31 *Auditor Cameræ, quando vltra duas dietas in exequutione litterarum Apostolicarum citare nequeat*

32 *Appellatione pendente, nil nouari potest ab exequutore litterarum Apostolicarum.*

De Commiss. ab exeq. Breuium, & litterarum Apostolicarum.

OSt litterarum Apostolicarū exequutionē, tam sub anulo piscatoris (quæ sec. Mandos. super reg. Cancell. de nō iudican. iux. for. supplic. reg. 11. nu. 1. & 9. propria nō dicuntur litteræ Apostolicæ) quā sub plumbo, multoties appellare, & subsequenter cō missiones appellationis porrigi contingit, seu ab illis, qb. supradictæ litteræ p iudiciū inferūt, clam cōmissiones expediri curant, de quarum postea reformatione creberrimè agitur. Nonnulla igitur circa hanc amplam materiam, breuiter discurramus: Vacatione igit beneficij, eueniēte, sæpissimè datur Breue, instāte D. Commissario generali Reuerendæ Cameræ Apostolicæ, pro illius pos-

ſeſſione capienda nomine Cameræ, cum ſolita clauſula: Dummodo N. obierit de tali menſe, ac in poſſeſſione præfati beneficij, appellatione remota, abſque vitio ſpolij, & attentatorum, cum facultate procedendi et per cenſuras, & pœnas pecuniarias, contradictores compeſcendi, & alijs prægnantiſſimis clauſulis, in ſimilibus breuibus apponi ſolitis. Quod in Ro. Cur. A. C. exequutori Litterarum Apoſtolicarū dirigitur, qui
2 virtute Eugenianæ, quæ (vt dixi loco particulari) curiales tuetur: poteſt etiam abſque commiſſione litigantes coram ſe, ſtante contumacia, excommunicationis
3 vinculo innodare, quia hoc pariter habet in ſuis ampliſſimis Priuilegijs, quæ obſeruantur, Rot. diuer. deciſ. 102. nu. 1. & ſecundo, parte tertia: Vel alteri in partibus ex ordinarijs, ſiue alio, aut alijs exequutoribus Papæ beneuiſis, & in eo nominatis Gig. de penſ. quæſtione 69. num. primo, & ſequent. verificatis autem in eo contentis,
4 ſub clauſula conſtito, quæ conditionalis eſt, (vt ſubnectā) ſi aderit clauſula a moto quolibet illicito detentore, vel quolibet alio, prçterquam a nobis prouiſo, ſeu alia clauſula vocatis vocandis, quæ clauſulæ, vt pariter infra dicam, faciunt exequutorem mixtum, qui iudicis ordinarij partes aſſumere tenetur, relaxantur contra non parentes mandata Apoſtolica, ſeu littere exequutoriæ, cum cenſurarum comminatione, vel etiam cenſura fulminantur, ſi breui non obeditur in tempore præfixo a quibus ſæpè appellat grauatus porrigitque commiſſio-
5 nem. Sed antequam ad caſus, in quibus appellationi ſit deferendum, & qūo, ſeu quando concedenda ſit cōmiſſio, veniamus præſupponendum eſt primo, quod Breuis verificatio, ſiue probatio ſufficiat, licet, neque plena, neque ad vnguem fiat, vt per Lancell. de attent. lit. pend. in præf. nume-
6 ro 445. & ſeq. Vnde niſi verificatis prius in litteris contentis, iudex procedere non poteſt, maximè parte inſtante Cæſ. de Graſ. deciſione duodecima, numero quarto, de probat. vt infra numero decimooctauo,
7 quoque dicam, Taleſque litteræ Apoſtolicæ propter earum reuerentiam, adeo paratam habent exequutionem, quod contra earum diſpoſitionem nemo, niſi in petitorio audiri poteſt Mohed. deciſione tertia, in fi. vt lit. pend. præcipue, quando reſcripta erunt geminata, vel breuia, quia tunc habent vim clauſulæ ex certa ſcientia, Felin. in cap. ſi quando, num. decimoquarto, de reſcrip. Ac clauſula conſtito, quod in ta-

li menſe, & in poſſeſſione beneficij deceſ-
8 ſerit, de illo obitu, & poſſeſſione intelligitur, quod Papa de ſic vacante, tanquam de reſeruato prouidere potuerit, & ita Rota coram Domino Oradino cenſuit, in vna Salernitana Canonicatus 13. Maij 1572. Nam iſta Breuia non ſolent habere locum
9 in eo, cuius prouiſio ad Papam non pertineat, vnde ea ceſſante, videtur ceſſare illius effectus, & prouiſio Rot. De conceſs. præbend. in antiq. deciſione quadrageſimaſexta, & in vna Vicenſis beneficij coram Domino Pamphylio 21. Februarij 1600. Et quando beneficium non eſt reſeruatum, vt ibi Rota ſubdit, datur actio ſpolij, & ita alias prius in vna Salamantina Canonicatus cenſuit Rota coram Domino Orano, de anno 1572. & in alia Cordubenſis por-
10 tionis de anno 1575. Coram Domino Rubeo. Breue de capienda poſſeſſione nomine Cameræ vacationem beneficij in tempore prouiſionis præſupponit, ſicut etiam ipſa prouiſio, Gomeſ. ſup. reg. Cancel. reg. de infirm. reſign. quæſtione trigeſimaquarta, numero quatto, verſic. Sed defendendo. Ferret. conſ. 283. numero decimo octauo, libro ſecundo. Igitur cum præfato titu-
11 lo porrigens commiſſionem auditur, ſed dicta breuia de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, elapſo triennio non dantur, quia interim prouiſus de beneficio illo, vti triennalis poſſeſſor titulum, quem vult allegare poteſt, Gomeſ. eodem loco. in reg. Cancell. de trien. quæſtione decima, nume-
12 ro vndecimo, Quæ regulę ſecund. eundem Gomeſ. in earum Prohœm. q 5. initium habuerunt de anno 1316. tpe Io. Papæ XXII. Breueque præfatum omnino, etiam ſtante reſeruatione ex regulis Cancellariæ, exequendum venit, Paleot. deciſ. 307. Lancell. de attent. parte ſecunda, cap. 4. in prçf. numero 447. & ſi illius virtute capi poſſeſſio contingat, capitulariter capi debet, alias diceretur nulla, & inualida, Rot. Diuerſ. deciſ.
13 646. lib. 3. Caſſad. optime in deciſ. 17. de reſtit. ſpol. deciſ. 8. de cauſ. poſ. & prop. in nou. Thom. de Than. deciſ. 33. Io. And. in cap. ex litteris. num. 10. de reſt. ſpol. Sicq; alicui be-
14 neficium conferre, niſi tradatur poſſeſſio, non erit ſufficiens, quia per collationē beneficij, vel adminiſtrationem, non transfertur poſſeſſio, c. cū Bertoldus, ibi ipſum inſtituit in eadē poſſeſſione, de re iud. gl. in c. per tuas de don. Vnde in cōtrariū, habēte aliquo p̄ſato breui de capiēda poſſeſſione noīe Cameræ, & monitoriū pariter illius vigore relaxatum ab A. C. quando propria authoritate

beneficij possessionem capit, breuis priuatur auxilio, & cōmodo, l. 2. C. de Iur. Dom. Imp. cap. accedentibus, & cap. de terra de Priuileg. & ita in Rota resolutum in vna Toletana canonicatus dicit Lancell. de attent. lit. pend. in præfat. num. 417. Et ratio est, quia non adimplet breuis dispositionē, nam si dirigitur exequutori, qui seruata forma in illo contenta, & parte citata ad illius exequutionem procedere debet, ius sibi met dicendo, in legem committit, ideo legis priuilegio merito efficitur indignus.
16 Clausula, namque constito, quod in tali mense vacauerit, partis citationem requirit, Cresc. decisione decimasexta, de rescript. vt partium assertione, merita causæ pandantur, l. fin. C. si per vim, vel met. Rota in vna Leodiensis Prioratus Coram Sanctissimo Domino Nostro Clemente Octauo, 12. Decembris 1587. Glo. in clem. præsenti in verbo constiterit de censib. Abb. in cap. sacro, numero tertio, vbi Felin. numero octauo, de sent. excommunic. Felin. in cap. si constiterit, numero quarto, de accus. Paris. consilio trigesimoprimo, numero trigesimotertio, & consilio quadragesimoprimo, numero quarto, volumine quar-
17 to. Et dicta clausula, (vt dixi) conditionē facit, l. a testatore, ff. de cond. & dem. Sarn. in comp. vtr. Signat. numero octauo, Veral. decisione 228. parte secunda, ob id verificanda, quia ex tali obitu, puta quod obierit die 7. Septembris, & quod tali die beneficium vacauerit, potest reseruatio prouenire, ac ex alijs capitibus, relatis per Rotam coram Domino Robusterio, in vna Giennensis canonicatus die Lunę 4. & 11. Maij
18 1587. Vnde ante illius purificationem, nequaquam iudex procedere potest, quia ante eam nil conditio ponit in esse, Veral. decisione centesima trigesima, numero tertio, parte secunda, cap. olim, el primo, vbi glo. in verbo traditam, post conditionem, de restit. spoliat. Dec. consilio centesimo septuagesimoseptimo, numero tertio. Est autem adeo formata talis conditio, quod specifice venit adimplenda, Veral. decisione decima, numero tertio, parte prima, Vt in simili videmus de gratia Apostolica
19 conditionem habente, quæ nisi purificetur, titulum non tribuit, Cott. decisione 258. Immò, quod plus est, illa non purificata, male iudex procedit, & pronunciat (vt dixi) breue exequendum, Paris. consilio quadragesimoquinto, numero quinto, volumine quarto. Sub conditione etenim data iurisdictio censetur, Fel. in cap. fin. numero trigesimotertio, de præsumpt. Cagn. in l. in omnibus obligationibus, numero vigesimoseptimo, & vigesimooctauo, ff. de
20 reg. iur. Put. decis. 283. & 438. lib. 2. Ob id breuia præfata remedio, l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. ęquiparantur, & sicut talis legis remedium non competit, nisi constito defunctum in ea possessione decessisse, Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. sub num.
21 56. versic. quarto requiritur, Dec. in d. l. fi. numero decimoseptimo, vbi Sapia numero 16. pariter in casu nostro, an de iure ex defuncti persona vacauerit, & non de facto per eius obitum in possessione attenditur, quia Papa alterius possessionem dare non intendit, sed tantum illius, qui in possessione decesserit, iuxta d. l. fi. & ita Rota coram Domino Gipsio in vna Carthaginēsis pensionis 21. Octobris 1588. tenuit, neque per
22 clausulam constito, Papa rei defensionem tollere intendit, deci. 15. de dol. & contum. in antiq. Fel. in cap. significauerunt, numero tertio, de testibus, Put. decis. 284. lib. 2. Bellam. decis. 103. Et an probatio obitus per testes ad effectum, exequutionis sit sufficiens, deponentes de publica voce, & fama sat sit credo, qđ sic, ex decis. Thol. de Than. 75. loquentis de probatione per publicam vocem, & famam, per Doctrinam Bart. in l. 2. §. si dubitetur, a numero primo, vsque ad numerum quartum, ff. quan. test. aper. & Felin. in cap. quoniam frequenter, numero vigesimoquarto, vt lit. non contest. Put. decis. 71. parte tertia, Moder. de Cornet. in prax. A. C. in terminis cum latè adduct. in cap. 6. num. 15. Pariter clausula si ita est, requirit aliquam extraiudicialem cognitio-
23 nem, vnde non adhibita, exequutioni non est locus, Achil. decisione prima, numero primo, & secundo, de fil. presb. Bellam. decis. 4. Fel. in cap. ex parte, el primo, num. 6. vers. clausula de rescript. ac formam in gratia inducit, quæ nisi facta (vt dixi) aliqua requisitione, non operatur suum effectum, quia opus est, vt narratum ita esse appareat,
24 Veral. decis. 125. num. 2. par. 1. Quare circa premissa scias, exequutorem supradictum, non posse de beneficio vacante tantum de iure prouidere, se benefi vacauerit de iure, & de facto; Ancher. in rep. cap. si propter, colum. 38. versic. & istam distinctionem, de rescript. in sexto, Felin. in cap. in nostra, Corolar. 36. vers. Sexto nota, numero 32. eodem tit. quia si tantum de iure vacat, simpliciter vacare non dicitur, Imol. per illum tex. in cap. cum in nostro, num. 7. de conces. præben. Subdens vacationes beneficio-

neficiorum, quæ de iure, & de facto verificari debent, non posse de iure tantum veri-
25 ficari: Sed non requiritur, quod omnia in breui contenta verificentur, sat erit, nempè probare mortuum possedisse, ac (vt dixi) in eius possessione decessisse in tali narrato mense, seu die, nisi alia condictio adsit
26 in litteris necessario verificanda, & isto casu, si in litteris aderit clausula sine vitio attentatorum, ab attentatis excusabitur, & quomodo, tradit Lancel. de attent. lit. pend. capitulo quarto, nu. 441. vsque ad nu. 449.
27 & limit. 30. per tot. eodem tit. Sed non debet præfatum breue subreptitium esse, cuius forma, si ritè, & rectè cōposita sit, seruanda omninò erit, & sat ad possessionem sustinendā reputabitur, vt Lancel. in d. limit. 30.
28 Aliud præterea te non lateat, quod si Breue prefatum simpliciter Episcopo exequutori dirigatur, non poterit ab eius Vicario, exequi licet generali exequi, quia cum sibi tm̄ sit directū, illi in litteris non nominato,
29 non videtur iurisdictio adaptari, quia commissiones Papæ non procedunt insimul cū ordinaria iurisdictione, cap. qui ad agendum de procur. in sexto. Feder. de Sen. in consilio 130. venit ad me, numero primo, vers. Si supradicta: Et in potestate delegata separatum est auditorium Episcopi ab officiali, Imol. in clementina secunda, numero decimoseptimo, de rescript. Rebuf. sup. concord. Franc. in verbo mandati Apostolici
30 ibi eidem N. conferre in glo. in verbo Nota, quod hic exequutor: Vnde vt Vicarius comprehendatur, in praxi (vt alio loco dixi) solet apponi, vel eius in spiritualibus generali Vicario. Clausula vocatis vocandis, seu vocato Titio, vel alijs, qui fuerint vocandi, operatur secund. Paris. cons. 136. numero sexto, volumine quarto, quod copulatiuè istæc vltima verba intelligantur, idest, vocato Titio nominato principaliter, & alijs deinde, si qui sint, qui postea vocandi fuerint, quod si exequutor ordinariè procedat, seruato iuris ordine, appellationem admitti, dicit Feli. in cap. exhibita, numero 4. de iudic. & in cap. de cetero, numero deci-
31 mo, de re iud. Sed A. C. quando in litteris Apostolicis adest clausula vocatis vocandis, dummodo non sit specialiter in litteris deputatus exequutor, non potest vltra duas dietas procedere, ex reformatione Pij Papę
32 Quinti. Itaq;, sicut per alios iudices termino decem dierum ad appellandum pendente, nil potest nouari, ita pariter neque per hunc exequutorem, quando appellationi, locus erit, Rot. decisione trigesima, de rescript. in no. cap. exhibita, vbi Abb. numero sexto, Felin. numero quarto, & octauo, de iudic. Felin. in cap. si. numero vigesimo
33 tertio, de præben. Contradictor vero legitimus ille dicitur, qui habet parem titulum, Bart. in l. fin. numero secundo, C. de edic. diu. Adr. toll. Rom. cons. 60. numero quarto, & cons. 156. numero quinto, Gozad. cōsilio septimo: Et hac de causa in breui appo-
34 nitur clausula, dummodo non a nobis prouiso, vel præterquam a nobis prouiso, Mohed. decisione decimatertia, vt lit. pend. & decis. 131. libro secundo, Cassad. decisione secūda, De Decret. in rescr. Veral. decis. 82. parte secunda. Sed dubitari potest, an ta-
35 lis clausula, non tamen a nobis prouiso, vel a nobis prouisionem habentibus, comprehendat prouisos ab alijs Summis Pontificibus antecessoribus, ac an ipsorum prouisiones excludat, & Rota in vna Aquilana canonicatus corā Illustrissimo Cardinali Blanchetto 6. Octobris 1586. tenuit, prouisum
36 ab antecessore non excludi, & quamuis dictio, a nobis sit personalis, c. litteris vbi Doctor. de rescript. cap. si gratiose, eodem tit. in sexto. Tamen semper additur materia subiecta, ex verosimili concedentis mente. DD. in cap. quoniam Abb. vbi de communi Bero. num. 82. de offic. de leg. Ratio est, quia facta iam gratia reperitur, licet, nō
37 exequuta: & cum sit quæsitum ius ad rem, vel saltem ius implorandi officium iudicis, vel exequutoris, eo casu non expirat morte concedentis, cap. si cui nulla, de preb. in sex-
38 to, Lap. alleg. 17. incip. Datū. Expressio aūt nominis proprij, non facit condictionalem dispositionem, Ioan. Andr. in cap. priuilegium, de priuilegi. in sexto: Vnde, cum subiecta materia sit talis, non est præsumendum Papam concedentem voluisse præiudicare, ac tertio commodum possessionis auferre, cap. quamuis, de rescript. in sexto, latè Paris. consilio quinquagesimo primo, numero decimoquinto, volumine quarto: & ad hunc effectum Ruin. consilio octuagesimoquarto, numero primo, volumine primo, considerat exhorbitantiā materiæ, ideo præfata interpretatio magis est iustitiæ conueniens, vt bene in capit. iustitiæ, secunda quæstione prima, ac magis iuri conformis, & fauorabilis, glo. in cap. statutum, in verbo numerandum, de præben. in sexto, ideo venit, amplexanda; Quodque clausula a nobis sit posita tantum ad exclu-
39 sionem prouisorum a Legatis, Nuncijs, Episcopis,

scopis, & alijs, qui Apostolica authoritate conferunt, apparet ex glo. in clem. Auditor, in verbo prouidere in fine, vbi Imol. numero vigesimo, de rescript. Et clausula præterquam, &c. in rescripto Papæ inserta, non debet referri ad reseruata, Paris. cons. 114. nu-
40 mero tertio, volumine quarto. Clausula contradictores appellatione postposita compescas, in similibus breuibus solita semper apponi, dat iurisdictionem, & facultatem contra contradictores facti, & non iuris, aut de iure, cap. sicut de præb. in sexto. Roman. cons. 482. num. secundo, & Rebuf. in concor. Franc. in verbo forma litterarum, & in verbo contradictores, Abb. in cap. pro illorum de præb. Fel. in cap. super eo, nu. 8. de
41 offic. deleg. Et ob id iudex suam turbantes iurisdictionem coercere volens, bene facere potest, quando dolo, vel metu fit resistentia, secus vero si de iure quis se apponat, qa contra istos (licet summaria adhibita cognitione) erit procedendum iuris ordine seruato, sec. Innoc. in cap. sanè, nu. 1. de offic. deleg. Subdens ibi Feli. illum esse iuris contradictorem, qui suis iuribus productis vult audiri, & idem Oldr. cons. 81. nu. 7. Vrget ratio, quia iuris contradictores talis exequutor non potest compellere, glo. sing. in cap. pro illorum, in verbo contradictores, de præben. cap. si vti, eodem titu. in sexto. Ratio est, quia non est intentionis Papæ,
42 (vt dixi,) quod absque causæ cognitione, sua quis possessione priuetur, l. fin. C. si per vim, vel &c. Fel. in cap. dudum, num. 24. de præsumpt. nec alium velle spoliare Mohed. decis. 97. Lancel. de attent. cap. 4. num. 40.
43 Quare si alicui Papa conferat beneficiũ, non obstante collatione alteri facta, intelligitur ne vlli præiudicium inferrre, sec. Dec. cons. 580. num. 8. Quãdo non citatus remouetur a sua possessione, si appellet, & Curiã Rom. adeat, oĩa statim reuocare obtinebit, Feli. in d. c. dudũ, nu. 24. vers. Idẽ tenet de p̃sumpt.
44 Vnde possessor ad verbũ exequutoris, nõ tenetur dimittere ius suum, quia (vt dixi) exequutoris potestas procedit contra resistẽtes de facto, non aũt de iure, Achil. decis. 4. de
45 sent. excõ. dec. 202. nu. 2. par. 1. diuers. Quare cõtra cõtradictores de facto, parte legitime
46 citata, in Ro. Cur. datur censurę. Pariter si aderunt in breui verba, constito de præmissis, referuntur ad ea, quæ causam credendi Papę ad concedendum gratiã, commissionem, vel moderationem dederint, & hæc sola ad illã obtinendam, ac debito fine perducẽdam sufficit, licet alia narrata nõ sint vera, Bellam. dec. 280. Rot. diuers. p. 2. decis. 196. nu. 4. Igitur in cõsequens, clausula vt asseris, ẽt ad partem refertur, quæ si opus est, dẽt probari, & denotat, q̃ ita loquutus, non intendit alterius probare sermonem, & isto verbo in iudicijs passim practici causidici vtuntur, prout, assertus procurator, hęres institutus, &c. ne videantur fateri posita per aduersariũ, & ita dicit Fel. in cap. curauit, nu.
47 1. de rescript. Sed verbũ, vt asserit, ab illo differt, vt per Cæs. de Gras. dec. 2. num. 3. & 4. de prob. dicens, nu. 3. verbum vt asserebas, ẽt si
48 opus fuerit debere probari nõ aũt clausula, vt accepimus, quia ad Papã relationem habet, Rot. in ant. dec. 60. de rescript. dec. 6. Bisign. de p̃b. Cassad. decis. 4. nu. 9. eod. tit. Rot. diuers. decis. 447. numero primo, parte pri-
49 ma, Sed clausula, vt asseris, reddit gratiã cõditionalẽ adeo, quod est iustificanda, ita tenuit Rota coram D. Rubeo, in vna Salamantina pensionis, & coram eodem in vna Paduana pensionis 28. Iunij 1551. Secus vero si loquatur impersonaliter, vt asseritur, argum. tex. in act. Si quando, C. de cõstit. Cassad. decis. vlt. numero primo, de iure patr.
50 Si contingat A. C. in breuis exequutione monitorium relaxare, de possessione beneficij capienda nomine Cameræ, cũm clausula, quæ in monitorijs solet apponi, si quis se grauatum senserit, &c. quæ dicitur pręseruatiua, de qua p̃ Bal. in rub. C. Commin. vel epist. licet in monitorio isto nõ apponatur, tñ si forte adesset, faceret, quod monitoriũ resolueretẽ in vim simplicis citationis, adeo, quod postea illius monitorij virtute nõ posset exequutiuè p̃cedi, vt pariter si esset Rotæ monitoriũ: Et quãuis replicetur tale dubiũ altiorẽ iuris disceptationem requirere, ob id non poterit litterarum Apostolicarũ interim retardare exequutionẽ, quodq; dicta clausula si quis qñ monitorium (vt in similibus) sit causa cognitione adhibita relaxatur, non resoluitur in vim simplicis citationis, tamen causa proposita in Rota, stante præsentis dubij difficultate, nil resoluere Domini voluerunt, vt patet ex decis. 551.
51 per tot. parte tertia diuers. Sed aliud dicam, quod monitorium exequutum contra capitulum, capitulariter congregatum, non afficit singulos de capitulo, quod possint vti singuli excommunicari, Rot. dec. 5. de sent. & re iud. in antiq. Bisign. decisione prima,
52 de dol. & contum. Secus autem si talis exequutio sit sub nomine canonicorum, Felin. in cap. omnes, num. 28. de constit. Put. decisione decima, lib. primo. Ordinarijssima

est

est in similibus breuibus clausula, Amoto quolibet illicito detentore &c. non tamen per nos vel a nobis prouiso. Istęc. autē clau
53 sula non indistinctè semper facit exequuto rem mixtū, sed interdū etiā merū (vt dicā, & supra dixi) intelligitur de facti contradictore, nō iuris, Corset. in singul. inci. molestia, Vt in simili dicendū erit de clausula reuoce
54 tis in irritum, quicquid fuerit in tali causa attentatum, quę intelligitur de illegitime facto, Abb. & tex. in cap. audita de rest. spol. Fel. in cap. causam quæ, num. 20. & seq. vers. non obstat de rescrip. & quando talis clausula non intrat, neque illi locus sit, vide Veral. decis. 180. nu. 4. par. 3. Sed an Iudicis partes assumere teneatur, vt quantum possum breuitati consulam, pro resolutione di-
55 stinguendum censeo, quod, Aut fuit facta cōmissio cum dicta clausula amoto, & nulla sentētia ante commissionem lata, & tunc ille, cui rescriptum dirigitur, erit mixtus exequtor, ac per consequens debet videre, an possessor sit legitimus, nec ne, vnde quidam, qui causa non cognita, virtute dictæ clausulæ fuit eiectus, Rota, teste Mohed. decis. 97. restituendum fore declarauit, iccirco partes audire suum erit, quamuis sit Iudex in actu exequutionis, quia multa deducere possint releuantia, & impeditiua, DD. in l. a diuo Pio §. si super rebus ff. de re Iud. l. & si cognitio, vbi Bal. C. si con. Iul. vel vtil. pub. Innoc. in c. cum super nume. 6. & seq. de re iudic. istoque casu reputatur, vt Iudex commissarius, quamuis sit exequutor, qui & si citet, Iudicis partes assumere teneatur, vt post Ancher. cons. 224. dixit Fel. in c. fin. 2. reg. de præsump. Tamen quando agitur de amouēdo possessore, semper exequutor, dummodo (vt dixi) non simus in casu, in qua lata sit sententia, vel in notorijs, iudicis, tunc partes assumere debet, vt per Achil. decis. 6. de trien. pos. Aut præcessit sententia
56 commissionem cum dicta clausula, & super exequutione facienda contra illū possessorem; tunc merus erit exequutor censendus, Abb. in cap. de cetero numero 15. vbi multa in hoc cumulat, vers. quo circa, & ibi Feli. nu. 9. vers. ad illud de clausula amoto, de re Iud. Spec. de sent. excom. §. 2. vers. quid si, & late per Achil. decis. 6. num. 3. & 5. super reg. de trien. Ratio est, quia eo casu omnem cognitionem præcessisse patet, adeo,
57 quod iste nudus remaneat exequutor. Idq; tamen declara procedere, quādo dicta clausula amoto erit inserta in clausulis principalibus literarū Apostolicarum, quia (vt dixi) tūc reddit exequutorem mixtum, secus autem si in fine rescripti, aut literarum præfatarum, nam tunc erit merus, & caret clausula præfata, quando est posita in fine, solita efficacia, quia iam supra quid faciendū sit, mādatur exequutori, & sic verbum amoto tali loco positum, corroborat præmissa, ac non obstante replicatione, exequtionem perfici declarat, vt Abb. Felin. & alij in d. c. de cetero, & ita fuit resolutum in Signatura Iustitię me proponente, in vna Placentina canonicatus 13. Ianuarij 1593. Fel. late in c. in nostra corrol. 36. num. 32. de rescrip. Sed
58 quando dicta clausula amoto, in breui apponitur, erit intelligenda de detentore facti, & non iuris, vt est decis. Put. 17. nume. 1.
59 par. 1. Tuncq; iste merus exequutor, non poterit de exceptionibus, quę exequutionē annullant cognoscere, nisi nullitas notoria sit, quia veniret supersedēda exequutio, donec superiori causa deferatur, nam ipse met exequutor facta gratia, nō debet, neque po-
60 test super grauamine cognoscere, vel interloqui, vt late Affr. ad Cap. Tholos. dec. 344. vers. exemplum ponit Bartolus, & vers. qui
61 dam sunt exceptiones, Nam minor Iudex maioris, vel paris sententiam infingere nequit l. minor autem magistratus ff. de arbit. cap. cum inferior de maior. & obed. Conferunt autem tales clausulæ cognitionē, quia illicitū detentorē Papa amoueri mandante, non solum iudicis partes assumere tenetur. Felin. in cap. fi. nume. 24. de præsump. sed si aliquid colorate apponatur subsistendo, ad suos iudices superiores deferre debet Bal. in Rub. de offic. deleg. num. 6. Felin. in cap. de cetero nu. 9. de re Iud. Sin vero fuerint exce
62 ptiones respiciētes exequutionem, absque eo, quod sententię obsint, vt exempli gratia compensationis, solutionis, vel similiū, tunc super illis cognoscere, & pronunciare poterit exequutor, Ratio est, quia iste secundus, primi iudicis loco succedit, ideo omnes exceptiones ipsam exequutionem concernentes admittere debet, vt DD. & maxime Bar. in d. §. si super rebus: at si iniustitię, vel nullitatis exceptio opponatur, dato etiā, quod de iniustitia constaret per rationes supradictas non debet illam retardare, sed quando exequutor mixtus de concernentibus sentētiam, seu exceptionem cognoscit, vel super ipsis iudicat, eaque admitti, quæ merus exequutor potest, vt dicit Feli. in cap. pastoralis, num. 15. & seq. de off. deleg. & in cap. cum in iure, a nu. 6. eod. tit. ac non solum tenetur rescriptum suæ delegationis
63 partē ostendere, se si voluerit etiam sibi de illo copiam, dare. Præterea, dico clausulam amoto

amoto quolibet illicito detentore, subreptionis vitium non tollere, Paris. cons. 120.
64 num.18.vol.4.& ante ipsum Lap. late alleg. 15. sed bene clausula pfata operatur rescripti validitatem, non facta mentione coloratę possessionis alterius, quod alias non valeret, cap. proposuit in fi. cap. cum nostris de concess. præb. & solet talis clausula apponi in literis exequutorijs, sed in illis gratiæ non, sec. Fel. in cap. in nostra correlar. 36. nume. 32. de rescrip. quamuis contrarium sentiat, Cal-
65 der. in cons. 25. p tot. de pręben. Et ideo ad inuentā præfatam clausulam puto, ac illam vocatis vocandis, de qua modo dicam, ne ius partis in dubium refricetur, ne ve ipsa in audita priuetur possessione sua, vnde merito, & causæ cognitionem, & citationem secum trahunt, ad hoc, vt narrata legitime verificentur, ac ille, qui contradicere potest, audiatur, nam alias exequtioni minime locus esset ante liquidationem in rescripto contentorum, Bal. in l. 2. nu. 12. C. de exeq. rei iud. Iccirco iure statutū postea fuit, ne appellans vltra præmissa ab exequente gratiam Papæ, audiatur, Gemin. cons. 94. Corn. cons. 71. num. 21. cum seq. vol. 1. Fel. in cap. quo ad consultationem num. 14. de re Iud. Ruin. cons. 78. num. 8. vol. 1. Achil. decis. fin.
66 de sent. & re Iud. ea nempe ratione, quia gratia Principis non debet esse frustratoria, sed mansura, cap. decet de reg. iur. in 6. Clau-
67 sula autem præfata amoto quolibet illicito detentore vti intruso, habet locum tantū, quando Breue est simpliciter concessum, cum illa clausula: at quando adsunt alię clausulę, idest sine vitio spolij, & attentatorum, non intrat, neque operatur, quia tunc merus dicitur exequtor, nudum habens ministerium ad capiendam possessionem, & nullam exercere potest iurisdictionem, ob id non requiritur aliqua citatio, & sic contra eum, qui taliter est possessionem adeptus vigore Breuis, & dictæ clausulæ, non potest agi spolio, Veral. decis. 180. par. 3. & quamuis breue cum dicta clausula id operetur (vt dixi) tamen non dat authoritatem illam capiendi sine vitio attētatorum, adeo, quod, si illam, quis haberet, vti attentata veniret in primis, & ante omnia reuocanda, Veral. decis. 151. par. 1. cap. ex parte de app. cap. non solum eod. tit. in 6. Put. decis. 51.
68 lib. 3. In talibus autem exequtoribus locum habet cap. statutum de rescrip. in 6. in tantum, vt dixit decis. 32. de rescrip. in no. quod si procedant extra locum deputatum, vel vltra vnam dietam partes trahant, ab eis gesta non tenent, nisi accesserit partium consensus, & id propter decretum appositum in d. c. statutum in §. in nullo quoque in fi.
69 Ratio super qua ibi se Rota fundauit, est, quia non sunt Iudices meri, sed veri, & cum causæ cognitione, ac partium audientia dati, quare seruato Iudiciario ordine procedere tenentur, & sic extra locum deputatum, neque citare, neque extrahere valent, nisi secundum formam d. §. in nullo. vt ibi Rota, Immo quod plus est secundum Felin. in ca. de cetero nume. 2. de præscrip. si datus fue-
70 rit exequtor absque dictis clausulis ad possessionem tradendam, quam alius tenet, nihilominus mixtus diceretur, saltem ad hoc, vt expulsus appellare possit, qn̄ causa nō cognita procederet, quia vbi adest titulus colo-
71 ratus, exequtor efficitur mixtus Quando exempli gratia est per Ordinarium beneficium collatum, & Papa dat breue cum supradictis clausulis, Felin. in d. c. fin. nu. 24. de præsumpt. Euerar. cons. 114. num. 7. Ferret. cons. 39. post numerum 3. & producitur contra pacificum possessorem multorū
72 annorum, non erit Iudex in illo datus censendus merus exequutor, quia talis Papę intentio non præsumitur, quod absque causę cognitione possessor a sua possessione remoueatur, vt ibi Fel. subdens, quod iustus possessor iuris ordine non seruato, non venit remouendus, Innoc. in cap. 1. glos. 2. de concess. præb. Calder. cons. 4. de dilat. nam
73 stante longa possessione, inducitur pręsumptio, quod nouus titulus validus superuenerit, Cassad. decis. 3. nu. 3. & 4. de caus. pos. & prop. cap. illud de præs. Fel. in cap. sicut de re Iud. vti è contrario, considerabile ius non habens, non venit audiendus, Bisign. decis. 1. de rescrip. Dec. cons. 418. nume. 10. Fel. in d. cap. auditis col. 14. de præscrip. Circa quod subdam ex mente Decij. in cap. si duobus num. 7. de App. cum adduc. quod citatus ad exibendum suum Priuilegium, quando notorium est iudicem citantem carere in citatum iurisdictione, non tenetur comparere ad illud allegandum: sic pariter clericus citatus a laico, vt de clericatu doceat, non tenetur comparere, etiam si cleri-
74 catus dubius sit, Vtq; Breue paratam exequutionem habeat, omnino illi parēdum est, capitulo si quando, capitulo mādatum, capitulo literis, & capitulo abbatem de rescrip. Mohed. decis. 331. Staph. de mand. & priuil. in 9. forma num. 9. & in tit. qui. mod.
75 spir. lit. ad benef. nume. 7. Sed ad effectum exequendi literas contra intrusum absque citatione, opus est vt notoria sit intrusio, & talis, quod nullum ius possidenti intruso

compe-

competere certum sit, c. licet Episcopus. de præbend. in sexto. Ancher. consi. 274. in fin. Marsil. sing. 195. Rom. consil 499. nu. 6. & 7. Dec. cons 191. nu. 9. Veral. decis. 175. & dec. 345. par. 3 Rot. decis. 2. & 3. de restit. spol. in antiq. Cassad. decis. 1. eo. tit Mohed. decis. 15. de caus. poss. & propr. & ita censuit Rota coram D. Orano in vna Aquilana Canonicatus de mense Aprilis 1587. Benint. deci. 23. nu. 3. ille nanq; intrusus dicitur, qui per hostium nō intrauit, vel qui nec re, nec nomine, neq; communi opinione est Beneficiatus, & tamen, vel possidet, vel quasi, c. relatum de iur. patron. Bald. in cap. nisi col. 1. de renunc. Gomes. in reg. Cancell. de simil. q.
74 Felin. in cap. in nostra de rescrip. & in ca.
76 veniens, de accusat. Neq; sine colorato titulo in beneficialibus restitutio datur, & talis intrusus in beneficio, non tantū ad fructus,
77 verum etiam ad quotidianarum distributionū restitutionē tenetur, maxime quādo dedit impedimentum Breui de capienda possessione nomine Cameræ, etiam si non fuerit protestatum, & ita Rota corā D. Orano censuit, in vna Placentina fructuū, mercurij 5. Martij 1589. Præfata vero clausula, in similibus literis apposita, minime exequtionem retardate facit, imo omne vitium spol. j, & attentatorum tollit. Lancel. de attent. par. 2. capit. 4 in præfat. num. 396.
78 & seq. cum late add. Sed si releuās exceptio adducatur, puta (vt dixi) ordinarij antecedens collatio, qui in sua diocesi præsumitur esse in possessione conferendi, & habet intentionem fundatam, Borgn. Caualc. late decis 28 num. 41. vel similis, impeditur exequtio in possessorio, quia Papę mentem nō præsumitur fuisse, licet cum ordinarijs concurrat, eorum ius tollere velle, Bar. in l. 1. num. 3. C. quor. legat. & in l. fin. nume. 7. C. quor. bonor. Afflic. decis. 4. num. 4 Rip. in l. 1. num. 12. ff. quorum bon. Soc. Iun. cōs. 53. num. 6. vol. 1. Menoc. de adipisc. pos. rem. 1. sub num. 104. vers. secundus est ca-
79 sus. Vnde solet sæpe Signatura, quando causæ in petitorio pendent in Rota, super titulo beneficij auocare causam exequutionis Breuis, vel aliarum literarum Apostolicarum, & illā remittere ad A. C. vel exequutorē deputatum, ac facta diuisione, super titulo, relinquere causam in Rota, & exequtiua coram suo Iudice dato. Id tamen Signatura facit, quando non est consensum in Rotæ iurisditionem, quia tunc non solet à dicto tribunali causas auocare, iuxta distinctionē Rom. in cons. 133. nume. 1. intratque tunc regula, via, quam elegisti, tibi pateat, l. similiter § fin. ff. quod met. caus. Benint. decis. 72. num. 3. Et ideo diuiditur, quia si
80 causa in Rota est introducta, & approbatū tribunal, cessat officium exequutorum literarum apostolicarum, etiam in ipsis datorum, vnde postea pertinet exequutio ad rotam, decis. 10. vt lit. pend. in nou. Bellam. decis. 666. Vital in Clem. auditor de rescrip. in fin. & ita coram S. D. N. tunc Rotæ Auditore 25. Octobris 1574. resolutum fuit in vna Legionensis Canonicatus: vnde si postea ad exequutionē procedatur, omnia vti attentata potest Audit. reuocare, Bellam. d. decis. 666. Via nanque exequutiua sibi fauorabili procedi permittendo via ordinaria, potuit renunciare, Quare bene Signatura diuidit, & rescribit cum clausula, firma remanente exequutione literarum apostolicarum coram A. C. vel alio exequutore da-
81 to. Et licet præpositam messem egrediar, vnum dicere non ommittam, quod vacantia beneficia sibi conferre, neque vicarium, vt sibi conferat deputare Episcopus vel aliū collatorem potest, Bertac. in trac. de Episc. lib. 4 sec. Par. q. 24. & in cap. 2. de consuet. in 6. Ratio est, quia tales deputati sunt cum Episcopo vna, & eadem persona, eiusque nomine & conferūt, & excommunicāt, vt
82 in d. cap. 2. vnde Vicarij dignitas, potius est Episcopi, cuius vices gerit, ca. 1. de offic. Vic. in 6. Bolog. in addit. ad Io. de Anan. cōs. 141. quod non procederet in Vicario à Papa dato, Glo. & DD. in cap. cum accessissent de constit. Clem. si Principalis de rescrip. &c.

SVMMARIVM.

1 *Commissio appellationis latis censuris in Rom. curia, datur cum clausula parito Iudicato, vel breui, Fallit num. 4.*

2 *Clausula parito breui, non afficit tertios, quoad restitutionem fructuum, si non habuerunt.*

3 *Clausulę rescriptorum solum ipsos comprehensos capiunt.*

5 *Clausula parito breui, quid operetur.*

6 *Clausula parito breui, quomodo tertios ad causam venientes afficiat.*

7 *Exequutio, quando in Rota dicatur cœpta.*

8 *Appellatio à decreto de exequendo, non denegaẽ.*

9 *Clausula parito breui fructibus non liquidatis, quo modo practicetur in Signatura.*

10 *Clausula sine retardatione exequutionis literarum Apostolicarum, si adest in literis, vitium non datur.*

11 *Clausula sine præiudicio exequutionis literarum Apostolicarum, facit, vt illarum exequutio indici à quo remaneat.*

12 Exe-

68 Bisesti-

Capit. I I.

1 QVando vigore litterarum Apostolicarum ad declaratoriam proceditur, non solet commissio Appellationis, maxime si censurę in Romana Curia late fuerint fulminatę, dari, nisi cum clausula Parito breui, tum quia ad effectum suspẽsiuum à declaratoria lata vigore processus exequutiui, nisi cum dicta clausula nõ rescribitur, Cassad. decis. 10. de rescri. Staphyl. de lit. Iust. capit. prædicta num. 13. Put. decis. 41. par. 1. Tum quia ab exequutore non datur appellatio, DD. in capit. nouit ibi illo. And. & Imol. in princ. Card. num. 3. Franc. num. 1. de Appel. Felin. in cap. quoad consultationem nu. 4. de re Iud.
2 Quæ clausula parito Breui, non afficit tertios quoad fructuum restitutionẽ, qui illos non perceperunt, neque ab illo, qui percepit causam habẽtes. Nam sunt mere tertij, & pro eorum interesse, & iure ad causam veniunt, Ratio est, quia clausula pręfata solum in occupantis odium est apposita, ideo extendi ad alios nequit, cap. non debet, de reg. iur. in 6. vt videmus in simili de spolio, Rot. Decis. 3. de caus. pos. & propr. in no. Felin. in cap. cum super, nu. 7. vers. scias etiã, de re Iud. Abb. in cap. fi. 2. not. de ord. cognit. Cappel. Tholos. decis. 494. ac pariter de attentatis, vt per Lancel. de attento Priuil. 30. num. 158.
3 Nam clausulæ in rescriptis appositæ, solum comprehensos capiũt, & non tertium ad causam venientem, sicut pariter videmus de clausula Appellatione remota, capit. super eodem de offic. deleg. Felin. in cap. veniens, el 2. nu. 1. in 1. concl. de Test. Couar. Prac. qq. cap. 15. num. 5. Sed fructus petens, illorum perceptionem probare tenetur, Achil. decis. 26. in fi. & decis. 62. num. 1. de restit. spol. vbi declarat, quomodo intelligantur illa verba, & qui percipi poterunt, vnde qui illos non percepit restituere non tenetur. Rot. Decis. 1. de renũc. in nou. Et quod sit talis perceptio probanda, concludenter dixit Bal. in l. 1. ante fi. vers. quia qualiter probentur fructus. C. de fruc. & lit. exp. & ad talem perceptionem probandam de ęquitate canonica Rota cogit exhibere; Rot. decis. 5. de preb. in nou. Veral. decis. 18. & 186. lib. 5. in manuscrip. parte 1. Rot. decis. 5. de præb. in nou.
4 At quando in promptu affertur nullitas, veniat exequutio suspendenda, ponit Bal. in l. fi. nu. 5. vers. vnum scias. C. de ord. cogn. Barb. in Clem. vt Calumnijs num. 13. de re iud. decis. Pedem. 25. num. 22. cum congestis per Contar. in l. vnica limit. 7. num. 30. & 31. C. si de mom. pos. ideo apponitur in Commissione clausula parito breui, ne vlterius differatur ipsius exequutio.
5 Et operatur dicta clausula, vt sicut respectu possessionis non admittitur appellatio, ita neque respectu fructuum, quia

quia eodem modo in dicto breui procedi mandatur, tam respectu possessionis, quam fructuum. Et regulatur talis clausula, perinde ac, si esset rescriptum cum clausula parito iudicato, de qua infra dicam, q̃ eodẽ modo in beneficialibus dimissionem possessionis, fructuum restitutionem, & expensarũ refectionem importat, Lancel. de attentat. pend. recusa. c. 18. nu. 128. Et clausula parito breui, operatur, vt illa in oĩbus nõ adimpleta, qui parere tenetur, audiri, non possit, & ita Rota cẽsuit coram Illustrissimo Arrigonio in vna Toletana parochialis, veneris 4. Martij, 1594. Ac etiam quoad fructus perceptos, intelligi dicunt, Alex. consil. 218. nu. 1. vol. 2. Paris. cons. 45. nu. 6. vol. 4. merito plene prius de paritione in Commissione, vel rescripto posita apparere, opus est, Tiraq. de contr. conuent. glos. 2. nu. 4. Illaque clausula in vna Commissione apposita, censetur in omnibus aliis subsequentibus repetita, Bellam. decis. 4. & decis. 104. & deci. 176. Cassad.
6 decis. 8. nu. 4. & 5. de rescr. Talisq; clausula parito breui, afficit etiam tertium venientem ad causam pro suo interesse, qui debet admitti in statu, & terminis præfatis, c. fi. vt lit. pend. in sexto. Feli. in cap. cum super, nu. 15. de senten. & re iudic. Rota in vna Compostellana parochialis, Lunæ 8. Septembris 1596. coram D. Orano, eoque maxime datur dicta clausula, quando exequutio cepta, vel petita fuerit, Ces. de Graf. decis. 1. nu. 14. de restitutio. in integr. Put. decis. 285. par. 2. Sed talem sententiam declarantem literis apostolicis locum esse, intelligi de valida, nõ de nulla, dixere Ias. in l. 4. §. condemnatum, nu. 2. & 3. ff. de re iudic. & Vant. in tractat. de nul. quot. & intra quot. temp. num. 4. Tiraq. in l. boues, § hoc sermone, num. 9. limit. 1. ff. de verbor signific. At si contingat dubitari,
7 quando cœpta in Rota dicatur exequutio, dic quod per exequutorialium relaxationẽ, sicque 16. Nouembris 1597. coram D. Marcello Bubalo Rota tenuit in vna Cataniensi. canonicatus, & 9. Februarij 1593. coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto in vna Salamantina iurisdictionis, & prius, reprobando Staph. sententiã in contrarium declinantem. Veral. decis. 256. par. 1. & tanto magis cepta dicitur, si censuræ fulminatæ sint, Put. decis. 285. parte 2. & quamuis (vt dixi) ab exequtore appellatio denegetur, ta-
8 men a sententia siue decreto de exequendo appellari potest, Alex. cons. 113. num. 10. vol. 1. Bar. & Salic. in d. l. ab exequutore C. quor. ap. non recip. & ita seruari de stilo in d. cons.
9 Alex. asserit. Sed aduerte, quod si datur clausula parito breui, & fructus non sint liquidati, recurritur ad Signaturam, petiturque vt data cautione bancharia, vel in forma depositi de illis liquidatis soluendis, in petitorio ad vlteriora procedatur, iuxta dec. Mohed 315. incip. Cruciferorum, Tiraq. de vtroque retrac. lib. 1. glos. 19. num. 2. l. statu liberis ff. de stat. lib. Rebuf. de lit. oblig. glos. 1. actu 1. num. 12. Rot. Lucens. in decis. Magon. 3. num. 4. Pontan. de spol. lib. 4. cap. 2. sub num. 31. Dec. in l. edita num. 4. C. de eden. Quod non procedit, quando fructus sunt liquidati, quia tunc fieret talis obiectio ad differendum obedire mandatis Apostolicis, & cauillose, cum facta liquidatione solum soluere superfit, & clausula sine retardatione petita absque alia clausula, quando
10 de vitio in ventre, vel de non iure petentis cõstat, denegatur, Sarnen. in comp vtr. sign. num. 84. Cassad. decis. 10. de rescrip. Achil. decis. 1. de pens. & 3. de rescrip. Rot. diuers. par. 1. decis. 348. licet regulariter suspendat, vel limitet iurisdictionem, vt ibi Rota nu. 1. Clausula vero sine præiudicio legitime exequutionis vel exequutionis literarum Apo-
11 stolicarum important, quod Iudex ad quẽ impedire exequutionem non valeat, Vant. de nul. tit. qui & quot. mod. de nul. num. 3. Contar. in l. vnic. 7. limit. ratione nullitatis num. 52. C. si de mom. pos. & in exequutione literarũ Apostolicarum prænarrato modo intelligitur, vt Iudex appellationis in possessorio procedere nequeat, quia ex præambula Iudicis exequutione, ritè tamen facta, pars succumbens adeo amisit possessionẽ, quod in possessorio amplius audiri non valet, Abb. in cap. conquerente nu. 6. de rest. spol. Ias. in l. iuste possidet, num. 3. ff. de acq. pos. Menoc. de recup. pos. rem. 8. num. 30.
12 Parti nempe patienti exequutionem à iure tollitur vtraque possessio, & ciuilis, & naturalis, quod neque ratione ciuilis in possessorio possit actorem molestare, Ang. in d. l. Iuste possidet § qui ad nundinas sub nu. 2. Grau. cons. 5. num. 2. Compost. in cap. trãsmissa, col. pen. de elect. Abb. in cap. 2. nu.
13 20. de consuet. Vnum autem in hoc te non lateat, quod si censurarum metu, vel mãdati exequutiui quis soluat, non constituit recipientem in quasi possessione, præcipue si protestatio fiat, addita clausula, quod per talem solutionem in quasi possessione illũ constituere non intendit, Rom. cons. 36. nu. 4. Put. decis. 281. par. 2. Gig. de pens. q. 36. Padilla in l. interpositus num. 25. C. de transac. Io. Gutierez de contrac. iurat. cap. 57. num. 27. & in terminis Guid. Pap. Decis. 31.

Alias. 1. de App. Solet aliquando rationabili
aliqua gustata causa rescribere Signatura
Rotę, cum clausula parito Breui arbitrio Ro
tæ, quæ verba arbitrio relaxant, & aliquali-
ter temperant rigorem præfatorum verbo-
rũ parito breui, suspendẽdo, vel modifican-
do eius exequutionem, pro vt iustitia nego-
tij, & subiecta materia patitur, & ita cen-
suit Rota coram Illustrissimo Arrigonio, in
vna Viterbiensis bonorum, 17. Maij 1596. &
corã D. Litta, in vna Leodiensis Parochia-
lis, & in alia Astoricensis Parrochialis, Lu-
14 næ 9. Septemb. 1596. Aliquid modo de alia
frequentissima clausula vocatis vocandis,
breuiter subnectendum censeo, pariter in
literis Apostolicis inseri solita, quæ si om-
mittatur, vt de alijs similibus, an pro apposi-
tis sint habendæ, vide Imol. in capit. causam
quę num. 7. & seq. de rescrip. quæue indif-
ferenter mixtum facit exequutorẽ, & opera
tur, quod si talis iudex executor, legitimã ex
ceptionẽ, siue exceptiones non admitit, seu
aliter respectiuè partes grauando procedit,
detur appellatio, cap. dilecto, & capitulo vt
15 debitus, de App. c. accepimus de ætat. qual.
& dif. Ratio est, quia cum non sit merus,
sed mixtus executor, partes iudicis assume-
re tenetur, ac iudicij formã seruare. Ex quo
corrolariè infertur, quod per omnia de ta-
lis executoris sententia iudicandum sit,
quod de alterius ordinarij iudicis. Ideo quẽ
admodum Iudex ordinarius lata sententia,
& termino ad appellandum pendente, nil
nouare potest: ita pariter neque executor
datus cum tali clausula, qui iuxta dispositi-
onem iuris, ad instar ordinarij appella-
tioni deferre tenetur: & pariter, si in com-
missione executori directa inferatur, facit
executorẽ de mero mixtum. Vnde pp istã
mutationẽ, (vt dixi,) Iudicis partes assume-
re suum erit, cap. exhibita, iuncta Glos. & ibi
Feli. nu. 4. de re iudi. Card. cons. 94. incip. No
biles viri Rot. de offic. deleg. in no. Decis. 12.
Veral. decis. 284. nu. 4. par. 2. Ic circo, si legiti-
mus cõtradictor appareat, aut legitima fue-
rit exceptio opposita, siue antequam con-
ferat, siue post collationis iudicium, non po
terit procedere, nisi delegati iudicis partes
assumat, quia si de causa cognoscere debet,
requirit iudiciariam disceptationem, & in
consequens, si rationabilis fuerit appellatio,
deferre illi tenetur, quãuis eo casu proprie
non dicatur appellatio, sed potius quidam
recursus, quia fit a non iudice, vt late Bal. in
cons. 428. num. 1. vol. 2. Card. cons. 63. vers.
ex hoc præsupposito, Felin. in cap. de cete-
ro num. 10. de re iud. Et quod cum causæ co
gnitione procedere debeat, Idem Felin. in
cap. dudum num. 24. vbi DD. de præscrip.
& ita in vna Neapolitana Sancti Andreæ, cõ
ram D. Finetto de mense Februarij 1569. di-
xit Rota, præsertim, si dicat vocato Titio,
cap. licet vbi Glos. de Præb. in 6. Rot. decis.
130. de rescrip. in no. Felin. in d. cap. dudum
num. 23. Quare si ad vlteriora talis execu-
tor procedat, attentat; adeo, quod post om-
nia vti attentata veniunt reuocanda, ca. non
solum de App. in 6. clem. 2. vt lit. pen. & ita
16 tenuit Rota coram D. Pamphilio Lunę 4.
Maij 1593. Neque extra locum eis deputatũ
præfati executores citare, vel partes trahe-
re valent, decis. 32. de rescrip. in antiq. Felin.
in d. c. de cetero num. 10. de re Iud. Card.
in cõs. 64. incip. Dominus Noster Papa, Fran.
in cap. dudum de presumpt. Spec. in tit. de
disput. & alleg. §. post hoc vers. & not. vbi
Bald. in add. in verbo de clausula, Card. in
Clem. 1. de offic. deleg. Butr. post Abb. in
cap. pastoralis §. quia vero col. 2. vers. Glos.
in verbo, & si sciat, de offic. deleg. Batb. in
cap. exhibita de Iud. & in cap. conquerente,
17 de rest. spol. Hoc autem non prætermitto,
quod iudex datus specialiter in literis Papę,
nec per Signaturã Iustitiæ, nec per Legatũ
Papæ, aut quemuis alium, sine Papę autho-
ritate potest mutari, vel quouis modo im-
pediri, aut alius se in causa intromittere,
donec, & quousque executor non pronun
ciauerit, & tunc erit ad delegantem recur-
rendum, cap. studuisti de offic. deleg. & be-
ne Felin. in cap. fi. num. 9. de præsump. nam
iudex dinumeratiue primo loco datus, aliũ
excludit, l. 1. vbi Glo. in verbo manumissio-
nem, ff. de off. cons. & ita Bal. in Aut. Habi-
ta num. 32. C. ne fil. pro pat. ibi declarans
subtiliter, vt sui moris est, quando iudex di-
catur discretiue, quando dinumeratiue, quã
do aggregatiue, & quando distributiue da-
18 tus, & in l. 1. ff. de offic. cons. Probationes
informes sufficere, ad suspẽdendum breuis
executionem, quia ex illis ad talem effectũ
fumus resultat, dixit Rota coram D. Litta in
vna Astoricensis Pẽsionis 9. Decemb. 1595.
& quia hoc non infert magnum præiudiciũ
in Iudicio plenario, plena probatio faciẽda
nõ venit, vel poterit cõtingere, ꝙ retractẽt
oẽs effectus iudicij possessorij, vnde donec
cognoscãtur, tales ꝓbatiões sufficiẽtes erũt,
& rigor cessabit, Bar. in l. 1. nu. 5. ff. quor. bon.
Dec. cõs. 56. nu. 1. cũ add. Alex. cõs. 203 nu. 31
vol. 3. & ita tenuit Rota coram D. Horatio
Lancellotto, in vna Auriensis Parochialis
vigesimaseptima Aprilis 1598. idque proce-
dit generaliter ĩ oĩbus literis Apostolicis, li-

cet habeant paratam exequutionem, tamen cessat, quando incontinenti ostenditur defectus tituli, vel nullitas literarum, quia tūc suspenditur illarum exequutio, Abb. in capitulo constitutus. el secundo numero 15. Imol. num. 14. de app. Felin. in capitulo accedens 3. not. de accus. Dec. cons. 220 nu. 2. Ferret. consilio tertio numero 24. Menoch. de adipisc. pos. rem. 6. nume. 48. maximè quando ex earum ventre suprad. cta sumuntur, Sarn. in comp. vtr. sign. num. 85. Cassad. decis. 2. de rescrip. Achil. decis. 4. eod. tit. Rot. diuers. decis. 349. num. 7. par. 1. Boss. in prac. cum crim. de app. nu. decimosexto Lancel. de attent. par. 2. capitulo 28. nu. 64. Vnde qui de plano procedere debet, non
19 procedat de facto capitu. sæpe, de verb. sig. exequuta vero citatione contra quem exequitur collitigans factus erit, & pro tali habendus decis. diuers. 42. numero 12. par. 2. Huiusmodi vero breuia secundum Rot. de-
20 cisio 188. num. 4. par. 3. diuers. nisi registrata supplicatione non expediuntur. Et quando de conferendo canonicatu agitur, & Canonicatus, & præbenda insimul conferri debent, alias non sufficeret, quia de vno absque alio prouidere, non esset satis Felin. In capit. postulasti nume. 4. in princ. & in fi.
21 vers. Tertia conclusio, de rescrip. Multoties, quando pro breuis exequutione citationes dantur, illarum exequutio, aut ante impeditur, aut post interceptis literis citatorijs, vt in partibus Hispaniarum, & alibi quando contra tenorem Apostolicarum prohibitionum, similia impedimenta per consilij Regij ministros, sub colore ne vis inferatur, tolli curant, Tamen quod pro exequuta haberi, quando de ipsa reum notitiam habuisse probaretur, iuxta clem. causam in fi. de
22 elect. dixit Rota diuers. decis. 86. nume. 3. par. 2. Apponitur ceu semper in talib. literis Apostolicis in forma breuis decretum irritans, circa quod te non lateat, quod si vltra decretum aderit in literis clausula vocatis vocandis, vel amoto quolibet illicito detentore, non habebit locum præfatum decretum, nisi condictione adimpleta tantum, Veral. decis. 251. par. 1. per tot. quia vt dixit Bellam. decis. 76. & idem Veral. decis. 271. num. 3. par. 1. In gratiosis narrata sunt pars
23 gratię. Et licet in Breui detur clausula etiam capiendi possessionem nomine Cameræ sine vitio spolij, non tamen dat facultatē capiendi possessionem lite pendente sine vitio attentatorum, Veral. decis. 151. nume. 2.
24 par. 3. subdens decis. 180. ead. 3. par. Quod spoliatus agere spolio non potest contra eū, qui vigore dicti breuis cum clausula sine vitio spolij, est possessionem adeptus, & isto casu clausula amoto, non intrat, quia habet locum, quando breue est simpliciter concessum cum illa clausula amoto, sed quādo breue se declarat, quod etiam sine vitio spolij possessio capiatur, clausula præfata non
25 intrat, vt ibi asserit Rota. At si aderit clausula, dummodo nō fuerit alteri Ius quęsitum, dicendum erit Papam intelligere voluisse de iure perpetuo duraturo, non autem de temporali, vel condictionali existente in pēdenti, quod declara, vt per Cassad. decis. 24.
26 num 2. & seq. super reg. Cancel. Istęc autem Breuia de capienda possessione nomine Cameræ, expirant morte illius, qui illud obtinuit, & si in eo adest clausula absq;
27 vitio attentatorum, non requiritur partis citatio, sec. Guid. Bon. decis. 95. & quamuis
28 Papa in dicto breui fore beneficium reseruatum asserat, tamen non ob id probatur reseruatio concludenter, Veral. dec. 37. par.
29 1. neque exequutor, qui illius vigore possessionem cepit, Potest alteri postea beneficij possessionem tradere, nisi illi, in cuius fauorem prouisio emanauit: Beneficiū de
30 iure patronatus laicorum nō cadit sub Regula reseruatoria Cancellarię, deci. Put. 309. par. 1. & decis. 404. par. 2. & decis. 308. par.
31 3. Mohed. decis. sexta & 9. de iure patron. Et primum beneficium incompatibile, per adeptam pacificam secundi possessionem, vacat, cap. de multa de præb. vti etiam per cōtractum matrimonij cap. 1. de cler. coniug. quod tamen intellige, de possessione pacificę administrationis secundi beneficij, Henric. Boij. in d. cap. de multa, in secunda dist. cap. nulla de concess. præben. Auditorē Ca-
32 meræ non habere iurisdictionem in appellationibus causarum beneficialium, dixit Rota decis. 42. de app. in nou. & Achil. dec. 24 eod. tit. quod saltem procedit, vbi nō agitur de exequtione litterarum Apostolicarū, Lancel. in præfatio. de attentatis lit. penden.
33 nume. 223. Eo ipso quod vnitum reperitur beneficium, desinit beneficiū esse, nam fit Grancia, & prædium beneficij illius, cui vnitur, cap. super eo vbi DD. de præb. in 6. decis. 11. de reb. ecc. nō alien. in ant. Oldr. cōs. 253. numero 15. ad fin. vsque ad numerum 18 Cassad. dec. 13. super reg. canc. Ferret. cōs. 69. n. 3. Vnde amplius nō vacat, deci. 1. de cōcess. pręb. in ant. Ferret. cons. 242. nume. 8. & cons. 255. num. 7. & ita Rota coram D. Gipsio ī vna Aretina, seu Mōuspolitiani iuris visitādi tenuit de mēse Decemb. 1593. & sic, eo nō vacāte, nō pōt impetrari c. 1. d. cōcess.

cef. præb. Bellam. decif. 69. circa fi. Ferret. conf. 101. fub num. 3. & conf. 125. fub. nu. 1. talis nempe vnio eft in impetratione exprimenda, alias impetratio redditur nulla, & fubreptitia Moder. de refign. q. 9. num. 14. lib. 1. Vnde in exequutione Cōcilij Tridentini auctoritate Apoftolica factæ vniones cenfentur, Moder. de refign. q. 9. num. 18.
34 lib. 2. Collectorum, vel fubcollectorum beneficia per folam deputationem referuata dicuntur, Rot. decil. 15. de præben. in antiq. Caffad. decif. vnic. num. 3. de verb. fign. Aeneas de Falc. de referu. q. 3. pricipali. n. 16. Veral. decif. 140. & 141. par. 3. Moder. ad regul. 4. referuat, difputando ad partes q. 4. & ex iftis pofterioribus decifionibus, volūt tolli aliæ contrariæ, nempe Put. 311. lib. 1. & Crefc. 17. de præb. quia pofteriores prioribus derogant, & funt attendendæ, licet adfit decif. 12. de prçben. in no. & Caffad. d. decif. vnica, de verb. fign. Simonet. de referu. q. 33. verf. quinto procedit num. 8. & feq. qui ante acceptationē fore referuata afferunt, & in deci. Chaffanen. 22. dicit, fat erit fuiffe prçparatum ad exequutionem dicti officij cafu eueniente, vt bene per Rip. in c. cum Ecclefia, de cauf. pof. & prop. Vnde talium collectorum, vel fub collectorum beneficia femel referuata, femper licet defierint effe tales, remanent referuata decif. 10. de præb. in nou. & bene Felin. in cap. per tuas num. 5. de maior. & obed. qui dicit, quod Cappellani, Diaconi, & Acoliti Papæ, non gaudent Priuilegijs, & prærogatiuis conceffis per regulas cancellariæ, neque alijs fpecialibus gratijs, nifi obfequialiter in Papæ feruitio fe exerceant, ficque literas familiaritatis Cardinalis habentes, priuilegijs conceffis cæteris familiaribus, nifi vere familia-
35 res fint, non potiuntur. Officium autem talis literarum Apoftolicarum exequutoris, & maxime in tradenda beneficij poffeffione, ftante negligentia per annum expirare dixit, Gomef. in reg. Cancel. in reg. de Trien. q. 28. num. 17. Quare Aud. Cam. vti fubrogatus virtute fuorum Priuilegiorū, exequi dicto termino lapfo, dictas literas valebit. Quamuis alij afferant, fi in literis aderit claufula immiffum manutenens, vel fimilis, durare etiam poft annum, Tamen Zabar. in clem. fi plures num. 2. de preb. & di-
36 gn. illud expirare tenet. Vlterius claufula nō obftantibus indultis, Cardinales non comprehendet, Put. dec. 93. par. 3. nifi de illis fpecialis mentio fiat, quia tunc derogatum intelligeretur, & illis, & aliis eorū prorogatiuis, Put. decif. 190. num. 1. par. 3. & dec. 500.
37 parte 2. Achil. decif. 7. de priuil. Vnam e pluribus caufis narratis verificare, fat erit quod non fufficit in gratiofis. Cel. de Graf decif. 12. numero tertio de probat. Put. dec. 350. & decif. 397. par. 1. Coramb. decif. 6. Maxime fi copulatiuè fint narratç, Veral. decifio 248. parte fecunda: at fi plura contineantur, illud verificare fufficit, quod tendit ad gratiæ confequutionem, Put. decif. 193. par. 1. Felin. in capitulo fecundo nu. 23. de refcrip. Contar. in l. vnic. num. 7. q. 2. & nu. 8. C. fi de mom. pof. vt in fimili videmus de remiffione propter peftem, quod vnum
38 verificare fat eft, Fel. vbi fup. Burfat. conf. 81. num. 20. vol. 1. Et narratiuæ Papæ quando credatur, vide Ancher. in Clem. literis numero primo de App. Claufula pofita in breui, vt prouifus teneatur infra fex menfes expedire literas, intelligitur habita poffeffione, vel fi illam capere valet, alias fi effet impeditus, tempus non curreret, Sarmien. fe lect. fent. lib. 1. cap. 12. num. 9. Vbi in hoc particulari fi occurrat, vide, vel folutis
39 Cameræ oneribus, Clericatus, quando talis actus de per fe, & ex fui natura nemini præiudicat, aut parum, puta extra Iudicium, probari poteft per vnum teftem, Fel. in cap. licet vniuerfis in fi. de teft. Guid. Pap. dec. 474. Iaf. in Rep. l. admonendi num. 198. ff. de iur. iur. & conf. 120. vol. 3. in princ. verf. ftatutum Ciuitatis Veronç, Secus autem in Iudicio, & quando ligat, feu agitur de aliquo beneficio, vel penfione, quia tunc legitimè veniret probandus, fiue per duos idoneos teftes, aut per alias probationes, vel literas
40 capitulo in omni de teftib. Mihi in fuo repert. in verbo probatio cappellanatus. Di-
41 citur cappella vti laicos capiēs, vel populum fiue laudo, Ancher. in capitulo concedimus, de cōnfecr. Et Beneficium Ecclefiafticum, quod fec. Rip. in rubr. de refcrip. numero vigefimo fexto, tribus modis capitur, & late pro omni commodo, quod ex introitibus Ecclefiæ percipitur, ftrictè, pro præbenda, & ftrictius pro beneficio. De quibus pariter alia funt maiora, vt Epifcopatus, alia media, vt Abbatiæ, & ceteri perfonatus, alia minora, vt probandæ Abb. in capitulo maioribus numero primo, de preb. & Rip. in capitulo ad aures, el fecundo de refcrip. maiora, & minora beneficia fecundum fubiectam materiā dici fubdens, ea ratione, qa refpectu Epifcopi oīa alia, licet fint dignitates, etiā fi Archidiaconatus, q̄uis propriè minora dici afferat illa, q̄ nō excedūt annuos introitus feptē florenorū auri de Camera, & quot modis pariter dicāt ponit latè

Rebuf. super concord. Franc. de Pacif. poss. nu. 286. & seq. Et an Hospitalia fundata authoritate Episcopi, Piæ domus priuilegia habeant: Et an Episcopus institutione, vel destitutione careat, vide Ancher. in cle. per literas num. 9. de præben. Affectum autem
42 beneficium censetur, per manus Papæ appositionem, Put. decis. 180. libro tertio, sicuti si esset expresse Sāctitati suæ reseruatū, cap. si sede, vbi Gemin. col. 2. de reseruat. ex quo fit, quod semper beneficium affectū, postea remaneat affectum, licet Papa cum quolibet Ordinario cōcurrat, ac omnia beneficia conferat, eo quia totus mundus est Papæ diœcesis, vt late Corn. cons. 348. num. 18. vol. tertio & cons. 90. numero 9. vol. 4.
43 Quamuis per collationem nullam non dicatur ordinarium præuenire, quo ad hoc, vt ordinarij collatio irritetur, obstante collatione per Papam facta, quę nullo modo potest obstare, Rebuf. sup. concord. Franc. in §. declaramus, in Rub. mandati Apostolici vers. item per collationem: & deuoluitur ad Papam, sicut ad legatum, idem Put.
44 decis. 66. parte secunda. At si contingat beneficium vacare in curia, solus Papa illud confert, capitulo secundo de preb. in sexto, nisi specialiter collatio alicui sit concessa, & ideo sibi Papa eā reseruat, vt benemeritis Sāctit. suę & S. Sedis Apostolicæ, illa concedat, Rebuf. super conc. Franc. in verbo forma Mandati Apostolici vers. extra Romanam Curiam in Glos. Et dicitur vacare apud se-
45 dem, etiam si per duas dietas vicinas moriatur, siue ibi occasione curiæ Papa moretur, vel aliter causa esset apud sedem præfatam, capitulo præsenti, de præbend. in sexto, & isto casu dictio apud, pro prope accipitur, Alex. & Ias. in l. j. ff. de acquir. poss. Rebuf. super conc. Franc. in rubr. de reg. ad præl. nomina in verbo apud sedem, asserens in rubrica de collationibus. §. præfatiq; ordinarij. Ibi nota tamen, quod si pluribus modis va-
46 care beneficium proponatur, & impetretur, vnum sat erit verificare, quia tunc copulatiua exponitur pro disiunctiua: Vnde si
47 contingat causa interpretationis literarum Apostolicarum in medium afferri, per solū Papam erit cognoscenda, vel à Sanct. sua Deputatos, seu Potestatem habentes, capit. cū venisset, vbi glos. in verbo iudicari, Butr. num. 2. Henric. Boijc numero tertio, Innoc. Card. Barb. & alij, de Iudic. Gabr. cons. 182. nu. 24. parte secunda. Quod, vt ibi per Gabri dicitur, procedit, siue agatur de interpretatione priuilegij, siue alterius cuius vis gratię, vel mandati Apostolici: & tales causæ quādo iuris disceptione opus habent, vel dubia sunt, aut si tractetur de illarum potestate, & sufficientia, Rotæ demandantur ca. si vero de offic. ord. in 6. cap. cum venissent vbi D D. de priuil. Gab. loco citato numero 14. præcipue quando literæ Apostolicę veniūt principaliter, nō accessoriè negotio, de quo tractatur: & an factum de quo agitur comprehendant, Felin. in d. c. nouit num. 63 Sed non colore omnium priuilegiorum, aut literarum Apostolicarum, quia esset viam aperire, vt omnes causas, vbi sunt literæ Apostolicæ expeditæ, asserendo agi de illarum interpretatione, comprehenderēt, & sic nulla instātia videretur in partibus: Intellige itaque de illis priuilegijs, & constitutionibus, quæ emanarunt ex Papæ Motu, ac mera voluntate, quæ habent vim legis, nam tunc intrat regula, quod eius sit interpretare, cuius condere: Et tales constitutiones, breuia,
48 & literę Apostolicæ vti statuta loquētia sub numero plurali, habent etiam locū in vno, sicut in pluribus, vel in singulari, vt e contra l. ait prætor §. negotia ff. de neg. gest. l. 1. §. item hoc edictum, & per Ias. in l. gallus §. item si is in prima lect. ff. de lib. & post. Fel. in cap. omnes leges, in prima dist. & in cap. accepta, de Appel. Si fuerit beneficium im-
49 petratum litigiosum, quod tunc dicitur litigiosum censendum, quando super eius dominio lis mouetur inter petitorem, & possidētem, vt habetur in Aut. de litig. in princ. & tradit Felin. in cap. dilecte in Christo nu. 8. de excep. & agatur de exequutione literarum, si sufficienter litis mentio facta non sit, eo casu nec impetratio, neque collatio tenebunt. Felin. in ca. cęterum col. 1. & in cap. in nostra correl. 15. de rescr. Et pariter, quando lite pendente vnus ex litigantibus, permutando, siue alio modo ius in alium transferat, etiam si moriatur, reuocabitur per viam attentati contra illum, cui datum fuit collitigante non vocato, Innoc. in cap. cum accessissent, nu. 9. de const. & in c. cum teneamur de App. quia, vt dixit Rot. decis. 8. de rer. perm. in ant. cōperit illi interdictū
50 vnde vi, Dec. 3. vt lit. pend. in no. Pariter, si fuit impetratum beneficium per mortem Petri, & vacauit per obitum Ioannis, non debetur impetranti, quia posset dari casus, quod Ioannes curialis esset, seu beneficium redderetur affectum, aut Papæ reseruatum, quod non erat per mortem Petri: ob id, ne hac via indirecta fraus fiat, ac malitia impetrantiū approbet, cū nō sit Papę mens ex alia psona vacātia dare, q̄ expressā, neque valida collatio erit, neq; ipetranti adiumēto. Clam

vel

vel quouis alio modo vacauerit, quia refertur ad illam personam expressam, decis. 8. de elect. incip. Nota quod vbi Papa, & decis. 15. num. 2. incip. not. Quod in nou. non procedere dixit Rota, quando in literis adest etiam clausula, vel ex alterius cuiuscunque persona, loco, vel tempore &c. nam tunc venit etiam vacatio per aliã personam, Milis. in rep. in verbo gratia §. 2. Rot. decis. 1. nu. 3. fuit dubitatum & decis. 2. de seq. possess. in nou. Sententiam in materia beneficiali in iudicatum non transire, dixit, Glos. in cap. 1. de conces. præb. licet sententia lata contra mortuum mittatur exequutioni pro subrogato ad illud beneficium, Bal. in l. vnic. §. in primo C. de cad. toll. & sicut diuersis personis Ecclesiasticis, & prophanis huiusmodi breuia, & literæ Apostolicæ diriguntur, ita pariter secundum gradus, & dignitates fiunt inscriptiones, iuxta Rom. Curię stilum inueteratum: ideo vbi stilus, & consuetudo pręfatæ fundentur, breuiter ponendum censui. Quando itaque Papa Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, seu Episcopis literas dirigit, hac vtitur inscriptione Venerabili fratri nostro Episcopo &c. cap. quam graue de crim. fals. merito itaque fratres præfati nuncupantur, ex eiusdem sacramẽti participatione in Episcopali dignitate, sunt autem cum Papa in ea parte, in qua prępositi sunt, vti leuitici generis sacerdotes, in sacerdotalis officij exequutione socij, & fratres, cap. per venerabilem, qui fil. sint leg. cap. fratres de pęnit. Dist. 51. & talibus verbis, postquam fuerunt consecrati vtitur rescribendo Papa, Sed si prius illis rescribere contingat, vt differentia inter illos, & consecratos appareat, filios vocat. At si electus, & confirmatus sit, non tamen adhuc consecratus, nihilominus fratrem dicit, Pręp. in cap. lator num. 2. 2. q. 7. Et quando collegio, in quo Episcopi adsint, rescriptum dirigat, omnes fratres nominat, quod fallit, si vnus Episcopus esset in Studio, quia collegio scolarium rescribendo, omnes filios nominaret, vt per Dec. in cap. cum venerabilis num. 1. de excep. olim illos Patres vocabat, sed hodie (vt dixi) si Episcopi sint, fratres, Glos. in cap. 1. in verbo frater de off. deleg. in 6. Si vero Papa de integro Cardinaliũ collegio loquatur, fratres nominat omnes, etiam si inter ipsos non sint Episcopi, & id ratione maioris dignitatis, de qua alij participant in hoc, Prępos. in cap. arguta numero quarto secunda q. sexta capit. quoties 1. q. 5. cap. ad Apostolicæ de re Iud. in 6. & cap. 1. de scism. eod. lib. subnectendo posteà locum, vbi præsunt, nec dicit præfatis discretioni vestræ, vti alijs inferioris gradus, sed fraternitati vestræ, & similiter Patriarchis, vt habetur in cap. accedens de conuers. coniug. & in cap. accedentibus de Priuil. in ver-
56 bo fraternitati in cap. sane de regul. & in c. in his de priuil. At si Cardinali non Episcopo rescribi contingat, circumspectioni tuę, tam in mandatis, quam alijs rescriptis, di-
57 cit. At si alicuius discretioni aliquid demandetur, intelligitur arbitrio boni viri, quia iudicium, & discretio idem sunt. Si vero Regibus literæ Apostolicæ dirigantur, hisce vtitur verbis, Christianissimo i Christo filio Henrico IIII. Francię, & Nauarræ Regi Carissimo, capitulo carissimus de conu. cõiug. Clem. vnica de Iur. iur. clem. pastoralis, de re iud. & pariter Regi Hispanię eum Regem Catholicum nominando, qui talis est opere, & sermone, ac semper fuerunt, continue contra Sanctæ Fidei Catholicæ, & Apostolicæ Hostes dimicando, eamque tuendo, ac in remotissimis Indiarum partibus
58 augendo. At si Imperatori rescribatur non coronato per Papã, vt par est, DD. in Proæ. instit. quamuis authoritate talis sit, nihilominus electo Imperatori dicit, ac coronato a Sanctitate sua tollitur illud verbum electo, Vtiturq; clausulis hortatiuis secundum subiectam materiam, tam Imperatori, quam Regibus, & alijs Principibus, quæ propter iniunctam reuerentiam, uim præcepti habent, Ancher. in Clem. cum Iudici, numero decimonono, de testib. Abb. in capitulo primo de constit. Ceteris vero su-
59 prascriptis carentibus dignitatibus, etiam si fuerint Cardinales, dummodo non Episcopi, filios appellat, capitulo primo de sup. neg. præl. capitu. primo de offic. deleg. in sexto Barb. in capitulo in præsentia, columna quarta, de prob. late Felin. in capitulo ve-
60 nerabilis, numero primo, de excep. Et quando Abbatissę rescribat, addit. in Christo filiæ, capitulo filia de rescrip. capitulo dilectæ de excep. capitulo cum dilecta, de conf. vtil. vel inutil. & ita seruari testatur in prax. Specul. in §. ratione formæ vers. & nota, quod in salutationem, de rescrip. pręs. Imoli in proh. decret. Gregorij in sexta oppositione. Et quando mortuis rescribere, vel nominare contingat, tunc dicit, quondam Imperatore siue Rege &c. Barbat. in capitulo inhęrentes, numero vigesimo octauo, de iur. cal. Iure medio alios filios no-
61 minat, quia cum vti generalis Christi Vicarius, Pater sit omniũ, bene filios, nõ per generationẽ, vel per adoptionẽ illos vocat, sed

cura,& honore,sicut oīum Pater,& Pastor, d.c.quā graui,de cri.fal.Bonif.ī proh.Clem.
62 col. 2. not.4. Si vero aliquando excommunicatis id fieret,nec filios, nec fratres eos dicit,sed loco verborum salutem, & Apostolicam benedictionem , quia omittuntur, cū in ecclesia pro mortuis habeantur,subnectit spiritū consilij sanioris,vt Spec.loco cit. vers. nota quod Papa : In rescribendo,præterea semet epm appellat, dicens Clemens Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dec. in c. licet euitanda num.11.de post. prælat. Intus
63 autem incipit, salutem, & Apostolicam benedictionem, idque in Signum Charitatis, Pietatis, Largitatis, Fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis, fęcunditatis, ac neçessitatis, vt habetur in clem. si summus de sent. excom. Glos. in cap.cum Adrianus 63. dist. & in proh. decret. Greg.in 6. Istęc autem salutatio in longum, & extēsa scribitur in vna linea,vt ibi Specul. vers. circa dictiones. Archid. in sum.25. q. 2. Et in talibus literis no-
64 men ipsius Papæ regnantis est apponendū, licet ab antecessore gratia facta sit Rebuf.super concord.Franc. in rub. de mand. Apost. §. primus vers. quęro an gratia, Papæ si scribatur, &c. Et prima litera gratiæ Apostoli-
65 cæ debet esse magna, ac vti capitanea extensa scribi,& ita solet fieri, vnde si solitum omittatur, ac stilo non seruato scribitur, non facit fidē. Tales autem literæ Apostolicæ debent atramento, vel plumbo lineatæ esse, alias de falso sunt suspectę, & (vt dixi) prima nominis Papæ litera debet esse
66 magna, vel plena,extra aliarū ordinē. Scribit autem Papa sub nomine Papæ, quia si secus sub nomine proprio faceret, non intitulando se Papam, illæ literæ non facerent fidem,vt per Fel.in cap. 2. nu. 17. de rescrip. Subscribitq, se sub nomine Baptismi, quia vtrumque retinet, vnde si alias, quam sub narrato stilo literæ impetrarentur, non valerent d. cap. quam gratiæ de cri. fals. ac præterquam pauca verba,extensè in literis Apo
67 stolicis scribenda sunt, ideo multa de stilo abbreuiatè scribuntur, Episcopus, seru. seru. Dei, diocess. salut. Apostolicam benedictionem, Nomina ciuitatis, vel Prouinciæ, puta Tusculan Anconitan. Perusin. item nomina mensium Septemb. Octobr. Ianuar. & similia. Hodie autem in supradictis literis non scribuntur diphtongi, licet in antiquis aliquibus reperiantur, nam maioris id
68 venustatis, & elegantiæ, ita extensè scribere. At si contingat poni & dictionem abbreuiatè, comprehendere apta erit omnia, quæ sunt de natura subiectæ materiæ, Imol in cap. significante V.nu.3. de rescrip. Si de anno Bisextili scribi accidat, primum dies bisexti ponitur, sic primo Kal. Februarij,& secundum sic, sexto Kalendas Februa
69 rij, l. cū bisextus vbi late Rebuff. ff.de verb. sign. Ante coronationem non solet Papa gratias signando concedere iuxta solitum, vt refert Felin. in cap. eam te nume. 6. vers. secundo restringuntur, de rescrip. Præpos. in cap. in nomine Domini dist.23. num. 19. subdens, quod ante coronationem vtitur Papa Bulla plumbata pro dimidia tantum parte sculpta, videlicet cum capitibus Apostolorum,& ab alio latere est plana sine nomine,quamuis statim illud accipiat post electionem, vt ibi Pręposs. & ideo amborum Apostolorum Petri,& Pauli imago in Bulla requiritur, non vnius tantum, quia pro vno reputantur, vt dixit Felin. in cap. ex parte num.18.de rescrip. Bonif. in Clem.vnica §. porro nu.17.de Iur.iur. At post corona-
70 tionem,Bulla plumbea tota integra,vt ibi Bonif. Gratia vero facta per Papam ante literarum expeditionem,dicitur informis,vt per Bellam. decis.100. & (vt dixi) Imperator, & Reges nisi in præfatis literis nominentur, non comprehenduntur: ratio est, quia neminem præter Deum timent, vel superiorem cognoscunt, quod secus erit in Ducibus,& alijs Principibus, vt late Specul. in tit. de rescrip. præsent. §. ratione autem
71 causæ. Bullę Impressę copia ex Rom. Curię obseruantia probat, & eam pręsentare sufficit, vt per Bar. in extrau. tit. qui sint rebel. in vltima glosa. Aym. de antiq. temp. §. videmus numero 37. parte prima. Achil. decisione secunda de Offic. delegat. Put. decis. 256. libro tertio, maxime hodie, quia in
72 illis expresse cauetur, quod tali copiæ impressæ, munitæ sigillo alicuius in Ecclesiastica dignitate constituti, in Iudicio,& extra fidem faciant, vnde si quis ad probandum, vult talem copiam impressam extra curiam transmittere, existentis in Ro. cur. in dignitate Ecclesiastica sigillo, modo,& forma vti
73 in eis continetur, muniri curet. Quæ autem differentia sit inter literas monitorias,& pręceptorias, ponit Feder. de sen. consilio 290. numero tertio, Lancel. de attent. lit. pend.
74 in præfa. numero 203. & 323. Quamuis loco verbi Bullæ, latine diplomata dicendæ, forent, sed cum familiarius relicto verbo diploma Bullæ dicantur, à bullo, quo insigniuntur, sec. Grauat. in add. ad Vestr. libro primo suæ praxis capitulo quarto, de Vicecancellario, nu.13. Ideo nominum questio pertinacibus erit relinquēda, sola possessio in

5 in beneficialibus est considerabilis, quando in collatione Apostolica adest clausula con stito, &c. Et id, ne contra possidentem ipso inaudito exequutio fiat, latè Fel. in cap. fin. num. 24. de præsumpt. quod locum habet, non solum si possidens non doceat de titulo, sed etiam si titulum infectum ostendat,
6 sec. Ferret. cons. 29. post num. 3. vers. Sed in quæstione nostra exequutore mero grauante, &c. Litteræ autem exequutoriales ideo inuentę sunt, vt impensæ itineris eundi ad Papam euitentur, merito ille, cui pręsentan-
7 tur, datur exequutor. Ordinarius collator, non dicitur, quando mandat ille, qui ordinariam auctoritatem conferendi non habet, at quando id mandat habẽti ordinariam facultatem, non efficitur delegatus, quia quando Papa per suas litteras alicui pręcipit, vt faciat id, quod ordinario iure facere potest, non efficitur delegatus, nisi dicat, auctoritate nostra, vel Apostolica conferas, vel aliquid communi formulæ addatur, cap. cum aliquibus de rescript. in 6. cap. licet de offic. ord. vbi Abb. Felin. in cap. cum ex officij, colum. 14. vers. Tertius est casus, de pręscrip. At delegati, tunc quis iure fungitur, quando alteratur iurisdictio ordinaria, secus autem si tantum remouetur obstaculum, Ancher. cons. 215. Subdens ibi, quod data dubietate iurisdictionis, ac varietate sententiarum latarum ab ordinario, & delegato, ad Papam tunc erit prouocãdum, eo magis, si dubia erit sententia, Felin. in cap. fin. col. 2. n 4. declar. de re iud. quod limitat Ias. in l. ius autem Ciuile, num. 2. ff. de iustit. & iur. Volens intelligi præfata verba auctoritate nostra cognoscas, & tunc facere iudicem delegatum, quando apponuntur in dispositione principali, secus si in exequutione, vel confirmatione, Imol. in cap. quoniã nu. 18. & 38. de offic. deleg. Dec. cons. 500. nu. 11. debet autem prius, quam conferat, litteras accipere, dicto cap. si clericus: &, an non acceptis litteris sua facultate vti possit exequutor, latè ponit Gabr. de exequut. rei iud. conclusione tertia, lib. com. opin. cap. recepisti mandatum, de preb. in 6. Sed q̃n rescribitur alteri, cessat officium, & iurisdictio ordinarij, notificata tamen facultate, cap. ti quis, de rescript. in 6. & cap. si capitulo de concess. præb. eod. lib. Quando vero sunt alternatiuè plures exequutores electi, ille est præferendus, cui primo sint litteræ præsentatæ, cap. si duobus de rescript. in 6. & id ne fraus fiat quo ad variationem exequutorũ Aufr. ad decis. 25. Cap. Tholos. Licet Rota decis. 5. de conces. præben. in nou. teneat cõtrarium, Quod declara, vt per Rebuf. super concord. Franc. in forma mand. Apost. in verbo præsentatę fuerunt. Vnde iure medio postea statutũ fuit, ne ab huiusmodi decreto de exequẽdo gratiã Papę detur appellatio, vt per Corn cons. 71. num. 20 vol. 1. Felin. in cap. quo ad consultationem, num. 14. de re iud. Ruin. cons. 75. num. 8. volumine primo. Achil. decis. vlt. de sent. & re iud.
81 Appellatio a sententia exequutionis litterarum Apostolicarum, non admittitur per Signaturam, nisi de notorio grauamine, vel excessu constiterit euidenter, cap. de cetero & cap. quo ad consultationẽ de re iud. Gig.
82 de pens. quæst. 100 nu. 3. Altaria Ecclesiæ, seu Cappellaniæ non spiritualizzate, sub Ecclesię nomine non comprehenduntur, Silu. Nupt. in tract. de benefic. 3. p. q. 57. clement. 2. de iud. Rebuf. super concor. Franc. par. 2. in tract. nominat, quæst. 5. nu. 17. vbi quæ veniant Ecclesiarum appellatione, latè
83 tradit. Ius patronatus probatur per vltimũ instrumentum præsentationis, & per testes, & dato, quod aliquo modo nulliter examinati dicantur, tamen facit in breuis exequutione supersedere, quia etiam probationes informes ad hunc effectum sufficiunt, vt in vna Assisien. Parochialis 27. Aprilis 1598. Rota coram D. Horatio Lãcellotto tenuit, & idem prius resoluit coram D. Litta, in alia Astricen. 9. Decembris 1596. ex deductis per Dec. cons. 56. num. 1. & per Alex. cons.
84 103. nu. 7. vol. 7. Clausula dummodo tpe data præsentium non fuerit alteri ius quæsitum, non facit conditionem, sed solum reseruat, nam quando verba respiciunt iustitiam, nunquam sunt conditionalia, Bal. in cap. fi. sub num. 2. vers. Sed tunc quæro, de præsumpt. vnde bene coram D. Seraphyno dixit Rota in vna Portuen. de columna, de mense Octobris 1577. quod gratia, licet posset in suspenso respectu effectus stare durante iure tertij, tamen in substantia dicitur pũra, & valida, ex relatis per Ruin. cons. 93. sub num. 7. & seq. volum. 3. Socin. cons. 41. sub num. 3. vers. Tertio, & scio, num. 4. vers. propterea, vol. 3. Dec. cons. 258. sub num. 10. vers
85 sic. Nec obstat, & nu. 11. & seq. Confertur beneficium per Papam, & datur breue de capiẽda possessione nomine Cameræ Apostolicæ. cum clausula, faciendo eidem prouiso de prædicto beneficio, vel Canonicatus, ac annexis eorum fructibus, redditibus, & prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuersis, etiã, a die obitus N. decursis, integrè responderi, euenit casus, quod erant tempore obitus affictus iam maturati, sed a præmortuo

mortuo, non exacti, eius hæredes, vel testamẽti exequutor, illos exegit, Prouisus Apostolicus egit coram A. C. & obtinuit in forma pro exequutione, & possessione beneficij litteras, renitenteque hærede restituere perceptos fructus, fuit declaratus, & excommunicatus, qui appellauit, porrectaque Commissione appellationis, causam simpliciter Rotæ committi in Signatura Iustitiæ, petebat; tamen Domini 29. Aprilis 1599. In vna Gerunden. fructuum R. P. D. Dominico Marino, Nobili Genuen. modo Ciuitatis Firmanę, eiusque districtus, pro Illustriss. & Reuerẽdissimo Cardinali Aldobrandino Vice Gubernatore proponẽte cũ clausula parito iudicato rescriben. Domini dixerũt, eo quia bis in Rota, primo coram Illustrissimo, & Reuerendissimo D. Cardinali Blanchetto, in vna Rom. siue nullius pecuniaria, Veneris 4. Iunij 1593. & postea in eadem causa R. P. D. Seraphyno Decano lunæ 20. Iunij 1594. decisum fuit, quis in iure articulus difficultate non careret, ex cons. Ancher. 193. nihilominus successori debere, Rota declarauit, vigore constitutionis fel. mem. Iulij III. quæ primo in prooemio differentiam constituit, inter fructus beneficiorũ iam perceptos & incorporatos cum alijs bonis ipsorum beneficiatorum, ac inter fructus realiter non exactos, neque illorum bonis commixtos, ac incorporatos: & primos vti fructus mere laicales, & istos vti mere Ecclesiasticos esse Rota declarauit. Secundo, vt in dispositiua expresse dicitur, quod fructus inexacti, ẽt si pro tempore decurso debeantur, ante obitum beneficiati, ac dissolutionẽ prouenientes cessernt etiam adhibitis ab ipso diligentijs pro illorum exactione, successoribus nihilominus debeantur, eique fore adiudicandos. Nec facit, quod stante locatione dicantur percepti mediante persona cõductoris, ab ipso M. qa Bulla Iulij requirit commixtionem, & incorporationem; quæ commixtio dicitur facta, quando discerni non potest, vnde prouenıant, l. si alteri, ff. de solut. & incorporati, quando sunt discerpti, inter res proprias beneficiati, l. quando vbi Bart. C. de Bon. Vacan. lib. 10. Pecunias vero ita inexactas esse fructus pendentes, Domini, in secunda decisione pręfata corã Domino Seraphyno dixerunt, ac dictam Bullam etiam illas comprehendere; maximè ex verbis ibi, ac pecunias, & res alias occasione Ecclesiarum, &c. Vnde quando fructus non sunt commixti, nec incorporati cũ alijs bonis ipsius beneficiati defuncti, sunt fructus Ecclesiastici consendi, & cõsequenter ad successorẽ in beneficio pertineri, vt latius in supracitatis decisionib. quas ob maximam illarum, tãtive primarij orbis tribunalis auctoritate, sequutã fuit Signatura, & sequitur cum dicta clausũla rescribendo. Bullæ in Concistorialibus

86. sunt semper expediendæ, Gomes. in reg. Cancell. de non iud. iux. for. sup. in princ. vers. Nec reperitur, Cassad. dec. 5. num. 8. de restit. spol. alias nihil prouiso acquiritur, neque respectu regiminis, neque administrationis, neque fructuum, vnde in dicta Eccle

87. sia nullum ius habet. Quidam Canonicus Ecclesię Capuanæ habitum fratrum Seruentium Hierosolomitanæ religionis consequutus fuit, ac videns non posse obtinere a S. D. N. dispensationem pro retinẽdo Canonicatu prædicto, ante annum professionis habitum dimisit: isto medio tempore alter canonicatum certo modo impetrauit, præsentatisq; litteris Apostolicis Vicario illius Episcopi, possessionem habuit: appellauit alter, & eo prætextu, quod milites Hierosolomitani in materia professionis in Concilio Tridentino comprehensi essent, Sess. 24. cap. 15. præcipuè stante declaratione congregationis Illustrissimorum Dominorum Cardinalium; & quamuis exaduerso multa repugnando allegarentur, tamen S. D. N. placuit stante dubij difficultate, Rotæ appellationis causam demandare. Quan

88. do obstat regula de litteris non expeditis, & fiat reformatio, si detur super hoc commissio, erit ponenda clausula parte legitimè citata, quia sumus in præiudicialibus. Si præ

89. uia cõmissione petantur remitti litterę Apostolicæ corrigendæ ad Cancellariam, dari solet commissio, sed cũ clausula arbitrio Rotæ, vel iudicis, maximè, quando pensio est assignata absque consensu possidentis beneficium, & non adest possessio, vel quasi exigendi, ac in reductione pensionis, ex regula generali, quod discordantibus litteris a supplicatione remittuntur ad eandem Cancellariã, a qua emanarunt corrigendæ, Butr. cons. 2. num. 3. quia aliter litteræ sumptæ fuerunt, quam in gratia Papæ, vt latè Mandos. sup. reg. Cancell. in regula de non iud. iux.

90. for. sup. quæst. 15. per tot. & num. 5. Controuertitur inter nostri iuris interpetres, an stante præsentatione facta in beneficio iuris patronatus, a sententia institutionis detur appellatio, & Lamber. de iur. patr. artic. 4. par. 5. princip. 1. par. lib. 2. num. 1. negatiuè respondet, verum Rota distinctè loquendo, præmissa in appellatione extraiudiciali ab institutione procedere dicit, sed non in appellatione

latione interposita ab institutione facta in contradictorio, quia si illa non obstante aliquid fiat, vti attentatum reuocandum erit, Lancell. De attent. appel. pend. in præf. nu. 79. Rot. dec. 30. de appellat. in nou. Achil. decis. 26. eodem tit. & ibidem Lancel. c. 26. num. 15. & 19. Rota nuperrimè coram Domina Pernia in vna Auriensis Parochialis, prima Iulij 1596. Subrogatus in ius collitigantis non admittitur ad litis prosequutio-
91 nem, nisi litteris subrogationis legitimè intimatis, seu parte legitimè citata, quia multa cōtra subrogationem opponere poterit, eodem modo, petente subrogato admitti ad prosequutionem exequutorialium in eo statu, quo erat defunctus, in cuius iure subrogatus fuit, datur commissio cum clausula, litteris legitimè intimatis, & iuxta illorum
92 tenorem. Clausula apponi solet in litteris Apostolicis creberrimè, & si secus fieri contingat, omne, & totum irritetis, & in pristinum reducatis, & quid significent, ac cuius sint dicta verba importantiæ, vide Zabar. in clement. ne Romani, num. 3. de elect. & elect. pot.

Commissionum formulæ.

Com. *Toletana.*

BEatissime Pater lite, & causa vertentib. coram R. P. D. Locumtenente in ciuilibus A. C. inter deuotum S. V. oratorē G. ex vna, & N. partibus ex alia super beneficio Sancti M. &c. Et alias prout in actis, idem Locumtenens non minus nulliter, q̄ iniquè, & iniustè contra oratorem ad aduersarij fauorem, suam diffinitiuam sententiā, vel decretum vim illius habens protulit, in qua aduersario beneficij præfati possessionem adiudicauit, & quia causæ beneficiales de sui natura sunt Rotales, & pro parte oratoris valde grauari ad S. V. Sanctamque Sedem Apostolicam infra legitima tempora appellatum fuit: ideo dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum, &c. vt supra in commissione beneficiali ponitur, inserātur aliæ clausulæ.

QVia A. C. reputatur in causis beneficialibus vti iudex laicus, & caret iurisdictione modis, & forma, vt sup. retuli: ideo supracitata cōmissio, nisi cauillosè petatur, q̄ posteà, vt sequitur venit reformanda, expediri non solet, sicque concipitur reformatio prima obtenta inserta.

BEatiss. Pater si aduersarius in pinserta p oratore se gerēs. S. V. narrasset, put nō sine dolo, & fraude tacuit, p parte oratoris prouisi Apostolici fuisse actum coram A. C. vel eius R. P. D. in ciuilibus Locūtenente, vigore breuis de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, seu pro exequutione litterarum Apostolicarum, ac probatis probandis, & verificatis verificandis, seruatisve seruādis, aduersario ad saturitatem audito ad fauorem litterarum pronunciatum fuisse, ac ipsum aduersarium declaratum incurrisse censuras, & pœnas in litteris contentas, seu comminatas, ob illarum non paritionem, seu ob non dimissionem possessionis dicti Beneficij Sancti M.

VEL quia ad earum debitam exequutionem subterfugiendam, vt se in intrusione, &c. confoueat, &c. secundum facti qualitatem, &c. Vtique præinsertam subreptitiè, & obreptitiè non obtinuisset, & quia falsus præcator impetratis carere, & litteræ Apostolicæ paratam habere debent exequutionem, & a censuris latis in Romana Curia non datur appellatio suspensiua: ideo dignetur S. V. eidē Domini Rotæ Auditori, cui præinserta dirigitur committere, & mādare, vt in causa, & causis procedat, perinde, ac si præinserta signata esset cum clausula parito breui, vel sine retardatione exequutionis litterarum Apostolicarum, Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. Ponatur istæc clausula præinserta, & inhibitione, illius vigore emanata, vel in posterum emananda cæterisque in contrarium facientibus minimè obstantibus, quorum tenores.

Com. *Perusina.*

BEatissime Pater, existente S. V. deuoto oratore A. in possessione beneficij Sancti B. quidam C. assertus Clericus Perusinus coram Episcopo Perusino, siue eius in spiritualibus generali, Vicario, vel coram A. C. siue eius R. P. D. in ciuilibus Locumtenente præsentato quodam asserto Breui de capienda possessione nomine Cameræ Apostolicæ, alias non verificatis verificādis, neque probatis probandis, vel non purificatis clausulis, seu condictionibus in eo contentis, ipso oratore pacifico possessore annorum.... Vel legitimè ab ordinario prouiso inaudito, vel indefenso, non minus nulliter, quam iniustè, & iniquè attentando, & innouando

innouando, ac oratorem de facto sua possessione spoliando, & priuando per suã diffinitiuam sententiam, vel decretum uim illius habens processit, non minus nulliter, quam iniquè, & iniustè, a quibus omnibus sentiens Orator se grauatum, magisve in futurum grauari timens, ad S. V. eiusque Sanctam Sedem Apostolicam infra legitima tẽpora appellauit, ac de nullitate dixit, Dignetur igitur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, spolij, nullitatis, & nullitatum attentatorum, & innouatorum, nec non quam, & quas idem orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit cõtra d. aduersariũ omnesq; alios. Ponantur clausulç, vt in alia cõmissione posui, &c. Seruata forma Concilij Tridentini attentata, & innouata quacumque in primis, & ante omnia, prout iuris fuerit reuocandi, ac ipsum oratorem, quatenus spoliatus existat in primis, & ante omnia ad suam pristinã possessionem, & statum restituendi, ac plenarie reintegrandi, ac pariter mandata insuper quæcumque necessaria, & opportuna relaxandi, exequendi, ac exequi mandandi, ceteraque oĩa, & singula, alia faciendi, &c.

Com. *Hispalensis.*

Beatissime Pater lite, & causa pendente, coram R. P. D. Auditore Cameræ, vel eius in ciuilibus R. P. D. Locumtenente inter S. V. oratorem E. ex vna & D. super Ecclesia Sancti N. de loco dicto N. Hispalẽsis, dioecesis partibus ex altera super exequutione litterarum in forma breuis idem A. C. non probatis probandis, nec verificatis verificandis oratore inaudito non minus nulliter, quam iniustè, & iniquè in exequutionẽ pdicti breuis litteras declaratorias, nisi infra 15. a die intimationis paruerit declarauit, ac mãdatum de immittẽdo aduersariũ in possessionem dicti beneficij decreuit, & relaxauit, a quibus omnibus infra legitima tempora ad S. V. appellatum, & de nullitate dictũ fuit: dignetur igitur causam appellationis, & appellationum, &c.

Com. *Fanensis.*

Beatissime Pater licet N. Sanctitatis vestræ, orator sit in pacifica, & quieta possessione Canonicatus, &c. mediante collatione sibi per ordinarium legitimè facta siue Ecclesiæ Sancti Ioannis, quæ est de iure patronatus, præuia præsentatione iuridice à patronis facta, ac institutione ab ordinario subsequuta, & ob id non debuisset præmissorum occasione à quoquã molestari, vel inquietari, tamen quidam F. nescitur quo iure suffultus, animo oratorẽ forsan annalẽ, seu triennalẽ possessorem indebite inquietandi, vel molestandi, prçmissis tacitis, dictũ beneficium, vti vacans per obitum B. impetrauit, ac a S. V. breue assertum vti dicitur de capienda possessione nomine Cameræ, licet subreptitiè, & obreptitiè extorsit, & quia si præfata S. V. cuius mens neminem suo iure priuare, nec ad tertij damnum rescribere fuit, & est, expressisset, prout nõ sine dolo, & fraude tacuit, vtiq; assertum breue minimè obtinuisset, & qa impetratis falsus præcator carere debet, & oratoris valde interest se a præmissis via iuris quanto citius eximi, & liberari: ideo dignetur S. V. causam, & causas præfatas, nec non quam, & quas aduersarius super dicto beneficio occasione dictæ prætensæ collationis habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intẽdit contra aduersarium, omnesque alios, sua quolibet diuisim, vel coniunctim interesse putantes, & in exequutiõne præsentium nominan. & cognominan. cum agatur de causa beneficiali; ac beneficio annuorum redditum, &c. alicui Rote Auditori audiẽdas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, cum annexis connexis, dependentibus, & emergentibus, ac toto negocio principali summariè, prout in beneficialibus committere, & mandare. Cum potestate citandi, & inhibẽdi in curia, & extra eã. Etiã sub censuris, ac pçnis Ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicãdis, moderandis, contradictores, & rebelles poenas præfatas incurrisse declarandi, grauandi, regrauandi, & interdicendi, seruata forma Concilij Tridentini, ac oratorem in sua possessione, prout iuris fuerit manutenendi, ac mandata quæcumque necessaria, & opportuna decernendi, & relaxandi, & exequi faciendo, & mandando. Cæteraquè omnia, & singula alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea, quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna, constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & Curiæ, cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus minimè obstantibus, quorum tenores pro expressis haberi placeat, &c.

SVMMARIVM.

Possidere

De Commiſſ. appellationis, in cauſis penſionum.

Vcceſſiuè, poſtquam de litterarum exequutione verba fecimus, Eccleſiaſticarum rerum, & litium telam ſectando, de appellationib. quæ in cauſis Penſionum interponuntur, ad quas vt plurimum vigore litterarum Apoſtolicarum agitur, hoc loco tractare cenſui: & licet talis cõmiſſio, vti quotidiana, & vſu recepta, longiori digna foret ſermone, tamen ex eius amplo agro, a varijs noſtri iuris ſcribentibus multum culto, breuiter ea, quæ potui, ac præſenti com-
1 miſſioni magis aptari cenſui, breuiter in vnum perſtringenda duxi: Imponuntur autem huiuſmodi penſiones per Papam, qui in beneficijs pleniſsimam habet auctoritatem, cap. 2. de præb. in ſexto, cap. ad audientiam, el ſecondo, de reſcript. clem. 1. vt lit.
2 pend. Et an a Legato, Archiepiſcopo, vel Epõ imponi poſſint, qũo, & qñ, latè tradit Rebuf. in tract. de Pacific. poſſeſs. num. 103. quod non proſequor, cum extra propoſitã materiam vagare non intendam: Igitur aliqui ad illam ſoluendam condemnati, appellant, porrectaque commiſſione, cauſam appellationis, & nullitatis præfatæ penſionis, vel in Rota, ſeu exrra eam, ſecundum cauſæ qualitatem, demandari petunt. Circa qđ præſupponas, primo haſce cauſas, ſolum coram Eccleſiaſticis iudicib. fore tractandas,
3 laicis excluſis. Ratio vrget, quia cũ ex Papæ auctoritate, vel Eccleſiaſtici conſtituta reperiatur, ac litteræ ſub plumbo per Cancellariam expeditæ, quando in illarum exequutione contra non ſoluentem cenſuræ fulminantur, vel ad regreſſum, priuationem, ſiue ad interdicta aliquandò agi cõtingat, laicus iudex talis iuriſdictionis reperitur incapax, cuius munus non eſt os in Apoſtolicã auctoritatem concernentibus ponere, litteraſque interpetrari: & licet cauſa priuationis beneficij ſit prophana, ſec. Gig. de penſ. quæſt. 99. num. 13. Gomeſ. ſup. reg. Cancell. de trien. poſ. non moleſt. quæſt. 50. verſ. Cir-
4 ca tertium; Tamen ſolum ad Eccleſiaſticũ pertinet. Et quo ad appellationem videbatur dicendũ permiſſam, cum non ſit expreſsè a iure iſto caſu prohibita, & per conſequens paſſim porrecta commiſſio concedẽda, Fel. in rubr. de appel. in vlt. verb. Dec. cõſil. 34 num. 2. Nihilominus ſecus eſt in facto iſto, & licet regula præfata ſit generalis, tamen non ita de plano procedit in materia, & cauſis penſionum, quia vt plurimũ litteræ Apoſtolicæ Bullæ dictæ, ſub plumbo expediuntur, quarum virtute in tribunali A. C. iudicis ſpecialiter deputati, vti in alijs litteris Apoſtolicis exequendis, ſicut ꝑ eius ampliſſima priuilegia eſt videre, ac coram alijs iudicibus, in illis datis, exequutiuè proceditur, quia litteræ Cancellariæ dicuntur ſententia Papæ, merito illis ſtantibus, appellatio ſuſpenſiua denegatur. Neque datur per Signaturam ordinariè commiſ-
5 ſio, niſi cum clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, vel ſine præiudicio exequutionis litterarum Apoſtolicarum, poſita in corpore commiſſionis, vel in Signatura Illuſtriſſimi Pręfecti, Placet Domino Noſtro Papę, ſine retardatione ſolutionis penſionis, vel ſine præiudicio exequutionis litterarum Apoſtolicarum, vt per Caſſad. deciſione decima, de reſcript. in princip. Staphyl. de lit. iuſtit. in capitulo ad prædicta, numero decimotertio, Gig. de penſio. quæſt.

quæst.85.Gomeſ. in comp. vtriuſque Sign. prop. ſi. verſ.confirmatur iſta opinio, Veſtr. in ſua prax lib.3.cap.vlt.num.3. vbi ita in Curia Romana ſeruari, ſtilumque fore, teſtatur, & Gig. vbi ſupra,quæſt.62. numero ſecundo, & quæſt.95. Immo ſecundum Gomeſ. ibidem, clauſula ſine retardatione ſolutionis pēſionis,ex vi ablatiui abſoluti,in ſe conditionem recipere aſſerit,l.a teſtatore, ff. de condit.& dem. adeo, & taliter, quod niſi ſoluatur penſio, & conditioni pareatur, non poterit iudex procedere,Quod tamen declarat, dummodo ex ventre litterarum,vel ex Bullæ inſpectione,exceptio nōn reſultet, per quam iuſtè, ac clarè poſſet ſolutio denegari, vel retardari: nam tali caſu non facta ſolutione, procedere iudex poterit, quia exceptionem orientem, vel reſultantem ex litteris ipſiſmet, ēt ſi adeſſt dicta clauſula, opponere prohibitum non erit, ſicut, neque exceptionem ex agentis perſona, vt puta, ſi non foret Clericus, vel ſimilis, vt infra ſubnectam,Bart.in l.1.§.& parui refert,numero tertio, ff. quod vi aut clam, vt ibidem Rota, & Gomeſ. teſtantur. Habet autem in ſe commiſſio tacitam conditionem, conſtito de bono iure, at ſi de tali exceptione ſignaturæ appareret,non concederet clauſulā, vel clauſulas præfatas exequutiuas,quæ illo caſu nullius eſſent momēti, vt ibi Gomeſ.nu.84.& ſeq.Put.dec.35.nu.2.lib.1. & alias Rota cēſuit, in vna Iſpalenſis Penſionis coram D. Cæſare de Graſſis 27. Ianuarij 1576. & in alia Rom. penſionis coram Illuſtriſſimo Blanchetto,vt in dec.344. in fine, & 306. numero ſecundo, parte ſecunda, Diuerſ.15. Et quāuis in præfato tribunali Aud. Cam. dirigatur commiſſio cū vna ex prænarratis clauſulis, tamē niſi prius de reſeruatione præcedentis penſionis conſtet, nullius momenti commiſſio erit, itaque bene Aud. Cam. agit, ſi ante omnia pēſionis reſeruationem guſtare vult, etiam ſi certo tempore penſionarium illam percepent ſciat,quia ſi de reſeruatione, in qua iudicium fundatur non conſtat, audientia erit deneganda: Immo ſi agentis intentio optimè nō ꝓbatur,ceſſat manutētio. Achil. dec.4.de reſcript. Requiritur autē, vt A. C. ſicut exequutor litterarum Apoſtolicarum generalis procedere poſſit,quod in illis non ſit aliter exequutor datus, ſed quando ordinarius loci, vel alius in dictis litteris eſt vocatus exequutor ſpecialis, & non Aud. Cameræ, ceſſat eius poteſtas, & ita intelligitur dictum Gig. de Penſ. quæſtio.96. per totum.

12 Aliud præterea vltra narrata requiritur in A. C. vt exequutiue procedere valeat vigore talium litterarum, quod illis vtens,eas verificet, & iuſtificet, Dec.conſ.142. numero ſexto, Ripa,in capitulo ſecundo, numero vigeſimonono, de reſcript. Socin. conſ.264. numero ſexto, volumine ſecundo, Quia Papæ, & Principum reſcripta omnia, habēt in ſe tacitam conditionem, quatenus preces veritati nitantur, l. fin. in princip. C. de

13 diuerſ. reſcrip. Præcipuè parte opponente, ac verificare verificanda inſtante, & ratio eſt,quia quādo verſamur in gratioſis,quælibet expreſſio in omnibus gratiam vitiat, & ita per multas alias, ante factas deciſiones, tenuit Rota in deciſ.12. Cæſ. de Graſ. per totum, & in ſpecie,numero quarto, de probat. Bellam. deciſ. 84. ex doctrina Felin. hanc communem ſententiam aſſerentis,in cap. ad audientiam, el ſecondo, numero vigeſimoſecundo, de reſcript. Habentq; in ſe ſemper clauſulam, ſi ita eſt, Mohed. deciſione 304. alias 230. & in terminis de Aud. Cameræ, tenuit Rota, in vna Salamantina penſionis coram Domino Bubalo, deciſ.221. parte prima, diuerſ. Subdens ibi, non iuſtifi-

14 cari cenſuras fulminatas vigore dictarum litterarum nouiter deductarum, quia ex illis nullitas, & iniuſtitia, quæ ex eiſdem actis, in quibus fuit iudicium fundatum, & non ex nouiter deductis, iuſtificari debent, vt ibi numero quinto, Innoc. in cap. prudentiam, numero ſexto, de offic. deleg. Corn. conſ.11. numero ſecundo, verſ. Et propterea, volumine quarto: Quod ampliæ procedere, ſiue modum, ſiue conditionem contineant, & ita Rota coram D. Seraphyno, in vna Paduana Penſionis 28. Iunij 1581. dixit Felin. in cap. conſtitutionibus, vbi Doct. de reſcrip. Ob id aliud te non lateat, quod ad effectum iuſtificationis penſionis, non eſt attendenda ſupplicatio, ſed formula litterarum, cum litteræ ipſæ ſint canonizandæ, vt perficiatur gratia per expeditionem illarum, Bald. in l. contractus, C. de fide inſtrument. maximè ſtante regula Cancellariæ, de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, ſed litterarum expeditarum: Supplicatio autem, vt matri tegitur ad effectum euitandæ ſubreptionis. Et quod litteræ ſint iuſtificandæ, non ſupplicatio, licet clauſulæ ſupplicationis aliud continerent, eſt deciſ. Cæſ. de Graſ. prima, de probat. & ita poſtea tenuit Rota, coram Domino Litta, in vna Maleuitana pēſionis 28. Nouēb. 1598. Sed vt ibi corā D. Litta dixit Rota, ſi eſſet manifeſta diſcordia inter ſupplicationē, & litteras tūc ad Cancel-

M lariam

corrigendæ remitti deberent, Veral. deciſ.
15 217. p. 1. At ſi agat de verificatione valoris
beneficij, diſtinguendũ venit, aut penſiona-
rius exegit, & tunc onus probandi titularis
erit, quia allegando exceſſum, ſuum erit do-
cere, Gig. de Penſ. q. 9. num. 19. Veral. deciſ.
299. par. 2. & deciſ. 329. par. 3. & ita coram Il-
luſtriſ. Blãchetto, tenuit Rota, in vna Rom.
penſionis 29. Nouembris 1574. Aut petit
Penſionarius penſionem, quam nunquam
exegit, tuncque ipſe valorem beneficij ex-
preſſum verificare tenetur, ex allegatis et
ita dixit Rota in alia Aſculana penſionis, co-
ram D. Orano, 28. Iunij 1593. Quod tamen
fallit in pẽſione ex cauſa reſignationis reſer-
uata, quia reſignanti imponi non poteſt,
qđ ius ceſſum verificet. Put. deciſ. 342. nu. 4.
p. 2. Fallit pariter in eo, qui penſioni conſen
ſit, ratio eſt, quia imputare ſibi debet, ſi ante
ius ceſſum introitum beneficij cõtinuis nõ
ſit expertus, Mohed. dec. 166. nã contra con
ſentientẽ reſeruationi pẽſionis, nil verificã
dũ venit, de in illius reſeruatione narratis,
Guid. Bon. dec. 4. de penſ. Rota corã D. Gip-
ſio in vna Salamantina penſionis 26. Maij
1593. Sed fructus beneficij, deductis expen-
ſis dicuntur, l. 1. C. de fruc. & lit. expen. c. ad
noſtram de iureiur. & ita dicuntur emolu-
menta, quamuis redditiuũ appellatione om
nes fructus contineantur, ac prouentus, cũ
ſit nomen magis generale, ſub ſe compre-
hẽdens fructus, & redditus tam ex mulctis,
quam iuriſdictione vel obuentionibus, ac
vndecunq; prouenientibus, latè Rebuf. ſu
16 per concord. Franc. in rubr. de collator. §.
volumus, in verbo fructus, redditus, vel p-
uentus. Pariter, ſi coram A. C. ex litteris
Apoſtolicis ad penſionem, exequutiuè, vel
vigore quaſi poſſeſſionis, ſeu Cameralis o-
bligationis agatur, & pendente iudicio, pen
ſionem ſoluẽs cauſam nullitatis in Rota cõ
mitti petat, prçuia auocatione ab A. C. non
erit commiſſio, vt iacet, concedenda, quia ſi
agitur exequutiuè coram eo ſolo iudice, et
priuatiuè, quo ad alios, cauſa ſuper nullita-
te petita Rotę demandatur, ſed cum clauſu
la, firma remanente cauſa exequutionis lit
terarum Apoſtolicarum coram Aud. Cam.
vel ſine prçiudicio exequutionis litterarum
Apoſtolicarum, vel ſine retardatione ſolu-
17 tionis penſionis, adeo quod per Rotalem
inhibitionem poſtea A. C. (vt dicam) ne-
queat impedire in cauſæ executiuæ cogni-
tione. Multis modis verbum penſio ac-
cipitur, relatis, per Rebuf. de pacifico poſ-
ſeſſ. quæſtione decimaſeptima, verſic. vlti-
ma concluſio. Pendet autem penſio a be-
neficio, ſuper quo eſt impoſita, & cum ex
illius fructibus detrahatur, fructuum pars
dicitur, ſicut pendet vſusfructus a proprie-
tate, & illa, quæ legitimè impoſita eſt, de-
bita vocatur, at illa, cui ius reſiſtit, illicita
18 nuncupanda venit, capitulo primo, de
ſupp. negl. prælat. cap. prohibemus, de cen-
19 ſibus. Poteſt pariter dici penſio a penſita-
tione, vel a penſitare, quod eſt frequenter
ſoluere, vel a penſare, quando illam ſolue-
re debens cogitat inuenire pecunias, &
ponderat in mente, an ſit iuſtè impoſita, &
quomodo diffugire valeat eius ſolutionẽ;
eſt autem penſio aliqua portio, ex aliqua
20 menſa, vel beneficio, ex cauſa, ad tempus,
vel perpetuo ſeparata, taliſque diffinitio pẽ
ſionem capit reſpectu commodi tempo-
ralis tantum, ſed non quo ad titulum bene-
ficij, Zabar. in Clem. quia regulares, §. ea-
demq; numero quarto, de ſupp. negl. præ-
21 lat. Poteſt pariter penſio illi concedi, qui
beneficij non eſt capax, vt Gig. loco citato,
quæſtione tertia, & quæſt. quinta, & an
beneficij appellatione veniat penſio, vide
22 Rebuf. loco citato, numero 114. & 116.
ac vſque ad quam ſummam conſtitui va-
leat, ibidem, numero 123. aſſerens, exceſſi-
uam penſionem reduci poſſe ad iuſtã quan
titatem, vt clericus alatur ex ea, ſubdens eo
dem loco, quod conferens beneficium, il-
23 lam ſibi, vti neque aliud beneficium reſer-
uare poteſt, numero 117. cap. fin. de con-
24 ſtit. cap. per veſtras de iure patr. & tenet ita
Bertach. in tract. de epiſc. libro quarto, par-
te ſecunda, quæſt. 24. neque Vicariũ, qui ſi-
bi conferat, creare, quia vnum cum eodem
epiſcopo eſt conſiſtorium, cap. 2. de con-
25 ſuetudine. Debetur autem huiuſmodi pen-
ſio ſtatim conſtituta, etiam ſi per duos, vel
tres annos litteræ præſentatæ non fuerint,
Caſſad. ſuper reg. Cancell. deciſ. 2. rubr. de
penſ. quia agitur vigore obligationis, &
non litterarum, & quia poſſidens recepit
fructus beneficij, vnde abſque litterarum
expeditione, qui penſioni conſenſit, non
ſoluẽdo, cẽſuras incurrit, vt ibi Rebuf. de pa
cif. poſ. nu. 126. & 137. licet in regulis Cãcel.
apponi tempus ad illas expediendas ſoleat,
vel in ſupplicatione clauſula, quod ad hu-
iuſmodi penſionem, niſi litteris expeditis,
26 agi ſub pœna nullitatis nequeat. Eſt au-
tem penſio, quid merè temporale, cap. præ
terea primo, & ſecundo, vbi glo. & Doct.
de tranſact. Vnde laico etiam aſſignatur, &
multoties extinguitur ex ſolutione annata-
rum, in quibus ſunt concordes, Papa tamen
approbante, non alias, ac morte, tam ciuili,
quam

quam naturali, puta religionem ingrediendo finitur, quia religiosi tria illæ regulæ substantialia profitentur, & ita mortuis in causis a iure expressis æquiparantur, quatenus regula pensionis incapaces illos faciat, vel a Papa non sint habilitati, glo. in cap. susceptum, de rescript. in sexto. Nam si quid proprium habere possent, mendicitati reputaretur contrarium, & ita extinguitur per contractum matrimonium, nisi ex priuilegio aliquid sibi sit impertitum: Sed in uiuente religioso, Monasterio illū alenti debeatur, disputat Paris. consilio quinquagesimo, numero 149. & sequent. volumine quarto, de quibus omnibus latè per Rebuf. loco citato, quem in multis alijs subtiliter circa materiam pensionis videre poteris. Obligatio de soluendo pensionem, semper ad litterarum tenorem refertur, ac reduci ad illum debet, nam cum ignoranter a tali recessum sit forma, error præsumitur, quia iuxta formam præambulæ supplicationis, & litterarum, quem se voluisse obligare, ac contrahere, præsumitur, aliasque obligatio earū dispositione arctior esse nequit, neque aliter procuratorem suum principalem voluisse obligare: & quia ad litteras, vel supplicationem refertur obligatio, nihil vltra relatū obligat, & ita tenuit Rota coram D. Pamphilio 7. Febr. 1586. Sarmien. select. sent. lib. 1. c. 11. num. secundo, & iterum Rota coram Domino Seraphyno, in vna Cōpostellana pensionis 20 Maij 1583. Ob id, si A. C. pronunciat super litterarū inualiditate, exequutioni locus esse nequit, nisi illa snīa reuocata, vel iniusta reperta, Rota coram D. Mellino, in vna Firmana pensionis 14. Nouēb. 1592. Ideo Papæ concessionem egrediendo, sine labe Simoniæ contrahere nequeunt, & sic, qñ in contrarium stipulatur, nihil agitur, vt latè Sarmien. d. c. 11. nu. 2. & seq. & ita dixit Rota coram D. Pamphilio, in allegata supra decis. Asculana Pensionis. Contigit sæpè atque plurimum in Hispanis pēsioni per Papam impositæ consentientibus, illamq; soluere super beneficio eis collatio promittentib. habita vel nō habita possessione beneficij illi⁹, super quo imponitur, & oī meliori modo, &c. Ordinariè, si possessionem beneficij adipisci nequit, ad eā ppetuo soluendā astrictus nō erit, quamuis diuersimodè Rota in hoc se gesserit, quādo ad duos, seu tres annos, vbi subest causa, & ita tenuit Rota coram D. Oradino, in vna Pensionis della cor della Iunij 1565. & diuers. pat. 1. decis. 128. nu. 1. quia talem clausulam validā beneficij collationem præsupponere debet, & si nulla, seu inualida sit, in dicta clausula suam fundare Pensionarius intentionem nequit, qa solutio ista præsupponit grauatum ad soluēdum de beneficio litigioso, super quo est imposita prouisum, & qui vnum dicit, omnia prædicta ad illud habilia presupponit, l. qui testamento, ff. de testam. l. furiosum, ff. qui test. fac. pos. Paris. cōs. 30. in princ. vol. 4 Quare, cū pensio debeatur, quæ fructuum beneficij pars est, si illos non percepit, absurdum videtur, vt perpetuo eam soluat, quia talis clausula adinuenta fuit ad obuiandum malitiæ illorum, qui differunt possessionem beneficij assequi, animo pensionarium eludēdendi, at vbi fraus cessat, & constat, per titularem non stetisse, tunc dicta clausula, non debet operare vltra intentionem illam constituentis, Rot. d. decis. 158. p. 1. diuers. & deci. 699. n. 2. Nec quicquā iuramentū facit, quia regulatur secūdum naturam principalis obligationis, l. fi. C. de non num. pec. cap. quemadmodum, & c. peruenit de iur. iur. Paris. cons. 42. nu. 41. p. 1. Rota corā D. Seraphyno, in vna Placentina pensionis 19. Nouembris 1569. Primò igitur corā S. D. N. Clemēte VIII. tunc Rotę Aud. Mercurij 10. Maij 1581. nil amplius clausulā vltra bienniū extēdi Rota cēsuit, ex dec. Ant. Aug. 305. lib. 3. Secundò in alia Placentina pēsionis coram D. Seraphyno, Veneris 19. Decēb. 1569. vltra duos, vel tres annos nullius esse roboris Rota tenuit. Tertiò vltra tres annos non extendi solutionē cum tali clausula resolutū fuit, in Rot. corā D. Cæs. de Gras. dec. 12. nu. 3. de præb. At dieb. elapsis, relatis per Dominos meos, istis decisionib. q̄ intra se quodammodo contrariæ videntur, dumq; de hoc dubio in Signatura discutiebatur. R. P. D. Hieronymus Pamphilius Rom. Rotæ Decanus. Tunc vti presens in Signatura Rotæ Auditor, quia in qualibet Signatura semper vnus Auditor assistere debet, & solet, dixit, quādo adest diligentia in consequenda possessione beneficij, & apparet clarè de ipsa, & quod non potuit eam consequi, biennium sufficere, Sin vero secus Triennium, sed illo instanti, quando proponebatur per

33 R. P. D. Iacobum Caualeriū Nob. Rom. vna Elborensis pensionis, in qua obtento breui de capiēda possessione nomine Reu. Cam. Apostolicæ, & in partibus iam pro breuis exequutione pronunciatum fuerat, & intrusus appellans, bis repulsus, quia prouisus Apostolicus, nil aliud facere postea curauit, constabatque de eius optimo iure, quia p vlteriori exequutione, vel paritione breuis

breuis ad cenſuras Eccleſiaſticas, vel ad Aud. Cam. recurrere poterat, generalem, & ordinarium (vt dixi) litterarum Apoſtolicarũ exequutorem, & nõ fecit, ſed quia ſiluit, ac etiam de facili inter ipſas partes præſumi poterat colluſio, licet eſſet lapſum trienniũ, & finita cedulę banchαria, & ageret ꝑ renouatione ipſius cedulæ, ac adeſſet ſupradicta clauſula habita, vel nõ habita, & pro tali renouatione A. C. mãdatũ relaxaſſet, poſtquã fuerat expedita cõmiſſio appellationis, placuit ex præmiſſis rationibus reformando commiſſionem Dominis meis conuotantibus, cum clauſula in reformata cõmiſſione

34 appellationis pręfata, ſine præiudicio legitimè exequutionis reſcribere. Clauſula vero omni meliori modo, vt ſupra, ac in multis alijs inſtrumentis apponi ſolita, vel actibus iudiciarijs, quando habet dictionem, vel ſeu copulam, tunc alios modos diuerſos ab expreſſis implicat. At quando copula, ſeu dictio præfata deficit, tunc tantum ad expreſſa reſtringitur, vt per Achil. dec. vnic. de verb. ſignific. quod hic ponere duxi, eo quia de tali verbo facta ſupra mentio fuit.

35 Lite pendente ſuper nullitate penſionis, ſeu illius reductione, eius ſolutio retardanda ex pluribus interim non venit, & ideo quando dicatur penſio male impoſita, ſolet condemnari ad illam ſoluendã per modũ prouiſionis, donec probetur, & ita reſcribendo cum clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis practicari vidiſſe in Romana Curia, teſtatur Rebuf. de pacificat. poſſeſs. numero 137. Tunc vero actoribus aſſerentibus eſſe exceſſiuam, non creditur, vti loquentibus in cauſa propria ad ſe exonerandum a debita ſolutione: vnde allegatam exceſſiuitatem tenetur probare in ea ſe fundans Verall. deciſione 299. parte ſecunda. Sed 14. Iulij 1592. Per R. P. D. Ioannem Antonium Caracciolum Nobilem Neapolitanum propoſita fuit coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente Octauo in Signatura gratię commiſſio in vna Spoletana, vbi exiſtente pluribus penſionibus beneficio grauato, abſque clauſulis exequutiuis reſcribi ſupplicabatur. Tandem ſua Sanctitas annuentibus omnibus Dominis reſcripſit, ſublata vltima penſione impoſita; quamuis cum clauſula ſine retardatione ordinariè eſſet reſcribendum, Caſſad. deciſione decima, numero ſeptimò, de reſcript. Gig. loco citat. quæſtione 35. numero quarto, & quæſt. 85. in princip. qđ in illa regula fundatum eſt, ne lite pendente, quis ſua poſſeſſione priuetur, cap. 1. vt lite pend. Rot. deciſione vigeſima quarta, de dol. & cont. in nou. Guid. Papa, deciſ. 366. Ruin. conſ. 75. numero ſecundo, volumine ſecundo, vel (vt dicam) ob reuerentiam litterarum Apoſtolicarum, quamuis ſit diuerſum caput ab iſto, Lancell. de attent. lit. pend. capitulo quarto, numero primo, & ſequent. quæ clauſula operatur ſolutionem penſionis etiam nullę, deciſione 88. numero primo, parte tertia, diuerſ.

36 & ideo datur clauſula. Primò propter litterarum Apoſtolicarum reuerentiam, quæ Bullæ ſub plumbo, vel breuia, ſub annulo piſcatoris nuncupantur, vnde cum illis Papa ſolui penſionem mandet, obedientia carere non debent, & merito, Primo ob id habent paratam exequutionem, c. ſi quando vbi Felin. de reſcript. Mohed. deciſione 331. Sarnen. in compend. vtriuſque Signatura, numero octuageſimoquarto, & ſeq. cap. litteris, de reſcript. latè Bero. conſilio decimoquarto, libro primo: Et multis modis litterarum Apoſtolicarum exequutio datur, vt per Feder. de Sen. conſilio ducenteſimoſexageſimo, numero primo, & melius, conſilio ducenteſimononageſimo.

37 Secundo, ideo habent paratam exequutionem, vt obuietur malitijs recuſantium illas legitimè impoſita ſoluere, quibus vllo pacto, nec indulgendum, nec fauendum eſt. Nam omnes de facili ad euitandam talem ſolutionem lites immortales confouere, ac ſuſcitare quærerent. Caſſad. deciſione decima, de reſcript. numero octauo, Gig. vbi ſupra, quæſtione trigeſima quinta, numero nono, Staphyl. de lit. iuſt. capitulo ad prædicta, numero tertio, cum reorum munus ſit fugere ſemper, l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iudic. Licet multum inuigilandum ſit circa penſiones,

38 quæ in partibus Hiſpaniarum aſſignantur, in quibus cautiſſime procedendum eſt, ac ſcripturę compilandæ propter ſupplantationes, quas ſolent facere Hiſpani ſubtiliſſimi, vt formalib. verbis vtar, relatis per Veral. in

39 deciſ. 247. numero primo, parte prima. Sed ſi daretur commiſſio ad rectoris beneficij inſtantiam cum dicta clauſula, non impediretur exequutio, quare lite pendente, per iudicem, a quo rector ad illius ſolutionem compellendus erit, quia ſtante dicta clauſula, ſine retardatione, non videtur eius facultas, ad id ſublata, Gig. vbi ſupra, quæſtione ſexageſimaſexta, numero quinto, & ſi ob non ſolutionem penſionis, quis excommunicaretur, denegabitur ſibi audientia, niſi ſoluat, deciſione 262. num. 3. diuerſ. par. 3.

ac

ac pariter absolutio ad effectum agendi nō dabitur nisi soluat, decis. 788. numero primo ead. par. tertia diuers. Immo quod plus
40 erit, si lis pendeat super pensionis nullitate, testes in causa examinari non valebunt, nisi pensione prius exbursata decis. 183. num. 3. par. 3. diuers. At si super reductione pensionis commissio porrigatur, supradictis clausulis alia addenda erit, videlicet, pro ut de iu
41 re; Staphil. de lit. iust. in cap. est notādum num. 1. & 8. quem ad hoc videns Translatario si est primus, dari pariter dictę clausulæ debent. Ant. Aug. in suo repert. titulo de translat. §. tertio, Subrogat autem tunc Papa translatarium in primum pensionarij locum, volens, vt ei titularis soluere teneatur, per inde, ac si expressè ad sui fauorem, sub poenis in litteris contentis esset pensio reseruata. At si quis translata pensione capit primam tonsuram, reddit eam nullam, qa tanquam inhabili non clerico collata extitit, Rota diuers. decis. 108. parte tertia, sed non datur clausula exequutiua, quando erit secundus translatarius, Sarnen. vbi supra numero octuagesimoseptimo, Gig. loco citato, quęstione octuagesimaquinta, numero octauo, Anton. Aug. in epit. in tit. de
42 transl. pens. §. 3. Occurrere poterit etiā alter casus, quod beneficiū sit puta annui redditus 50. ducatorum, & 24. reperiatur pensione grauatum, cum solita clausula, dummod tertiam partem non excedat, tuncque si petatur commissio super nullitate, non poterit denegari, sed cum dicta clausula, sine retardatione solutionis pensionis, ea ratione, quia pensio non est nulla, sed reducibilis, quia pro tertia parte, pro qua fuit restricta, & declarata tenet, vnde agens, nisi soluat, non erit audiendus, vt bene Put. decisione trigesimaquarta, per totum, parte prima, quia aut titularis pensioni consensit, se ad illam astringendo, & tenetur, aut prædecessor, neque pariter Pensionarius venit sua possessione priuan-
43 dus, & in consequens legitima exequutio non retardanda. Clausula in assignatione talium Pensionum, aliquando apponi pariter solet, dummodo remaneant centum pro rectore, & similiter isto casu, si reductio petatur, vltra clausulam, sine retardatione, debet addi alia, prout de iure, ex cuius appositione errari, nunquam potest, neque partes grauantur, aut damnificantur, quia iuris obseruantia ad alicuius damnum non est, cap. non nulli de rescript. neq; de illa in commissione conqueri impetrans po-
44 test, Calder. consilio septimo, numero secundo, licet talis clausula, sine retardatione solutionis pensionis non sit exequenda, quando exceptio oritur ex ventre litterarum, puta in facto proposito, dummodo remaneant 100. pro rectore, donec pensionarius id probet, vel titularis, vt cū distinctione subnectam Sarnen. in compendio vtriusq. Signat. numero octuagesimo quinto, & octuagesimosexto, Rot. diuers.
45 decis. 303. nu. 3. parte prima. Dicunt pariter qđ clausula dummodo pensio fructuū medietatem non excedat, facit conditionem, & talis conditio dat formam substantialem, Rot. decisione 1161. numero secundo, tertia parte diuuers. & operatur, vt pensio sic reseruata non sustineatur, nisi verificata conditione, quam tenetur pensionem petens iustificare, Cassad. decisione decima, numero octauo, versic. Secus si a principio, de rescript. Gig. de pens. quæstione octuagesimaquinta, & ita tenuit Rota in vna Salamantina Pensionis coram Domino Gipsio 26. Marcij 1595. & coram Illustrissimo Mantica in alia Senensis prætensæ pensionis 12. Ianuarij 1596. & nuper coram Domina Litta in alia Meleuitana Pēsionis 28. Iunij 1600. & coram Domino Melino, in vna Aretiua Pensionis, in qua resignans Parochialem sibi reseruari voluit annuam pensionem 100. ducatorum, cū clausula, non alias aliter nec alio modo, & in fine supplicationis aderat restrictiua, dummodo remaneant 100. ꝓ rectore, Rota censuit fore supersedendum, non obstante regula, quod contra consentientem pensioni procedatur exequutiuè, & sine iustificatione litterarum, ad decis. Mohed. 33. Guid. Bon. decisione 141. eo magis, stante camerali obligatoine, quia intellgitur, quando gratia est pura, secus quando est conditionalis, vel continet modum, & non liberat ab onere iustificandi, nam eo casu stante illa clausula, dummodo remaneant 100. pro rectore libere, sic quę debet agens ad pensionem iustificare, & ita coram Domino Seraphyno, in vna Sarzanensis pensionis 15. Febr. 1593. & in Relata decisione Salamantina, coram Domino Gipsio, quod procedit, etiam si cō fiteatur Parochialem non excedere valorem 250. scutorum, quia videt expressionē factam per modum negatiuum, vt ibidem Rota, asserens, non ob id concludi, quod rectori remaneant 100, vt pariter resolutū fuit in alia Oppidensis Pensionis, coram Domino Pamphilio 3. Iulij 1585. & iuxta iuris communis dispositionem, ac stilum medietatem excedere nō debet, Rot. decis.

 1160.

1160. nu. 1. par. 3. diuer. Petitur ob penſionis
46 nō ſolutionem ſuper beneficij priuatione cauſa aliqñ committi, ſi reſcribi contingat, in Curia demandãda erit, dato etiam, quod
47 in partib. ſolutio ſit deſtinata. Secus qñ petitur cõtra ſucceſſorẽ, nã ſi contra illum agatur ad priuationẽ: beneficij, dicta de cauſa, quia ipſę non cõſenſit penſioni, litterarum intimatio neceſſaria prius erit, Caſſad. deciſ. 11. num. 2. latè, de reſcript. & ſicut in excõ-
48 municatione infligenda requiritur intimatio, ſic in iſto particulari. Sed quando de penſionis ſolutione in partibus facienda tractari contingat, tum ratione loci, vbi ſitum eſt beneficium, tum deſtinatę ſolutionis remittenda cauſa erit. At ſi pẽſio notabilis foret, puta mille ſcutorum, & vltra, arbitrio Signaturæ, vbi cauſa tractanda ſit, terminabitur, quia & annalis, & perpetua eſt ſolutio, quo ad exigentẽ, quare ſtãte importantia cauſæ,
49 aliqñ in Curia demandabitur. Sed cõmiſſio cauſæ, ſolutionis penſionis, & priuationis beneficij, ob non ſolutionem penſionis, cũ inter ſe contraria præfata ſint, ſimul non datur, quia qñ quis penſionẽ vult, recedit a priuatione prætenſa, & e cõtra, vnde ſimul
50 cumulatiuè non datur cõmiſſio. Clauſula, quæ ordinariè apponi ſolet in litteris pẽſionum meritorum tuorũ, &c. cũ ſequentib. verbis, ſunt adeo de per ſe ſufficiẽtes, quod aliam excludunt probationem impetrantis, vel eius, ad cuius fauorẽ penſio fuit conſtituta, vel litteræ expedite ſunt, quia qñ penſio, vel etiam donatio imponitur, vel fit reſpectiuè ab illo, qui nullis præcedentibus meritus, donare, vel penſionem conſtituere põt, alia verba, quæ in exordijs gratiarum cauſa impulſiua dicuntur, non finalis, quibus ceſſantibus non ceſſat gratia, non ſunt verificãda, ſed ſi verba enunciatiuè proferantur, pro
51 bationem requirunt. At quando ab illo, q non poteſt donare, nec penſionem conſtituere, eo caſu verificationem inducunt, & idem ſi ſonarent in conditionem: Rebuf. ſuper concordatis Franciæ latè, in forma mandati Apoſt. in verbo meritorum tuo-
52 rum. Imponitur ſæpè penſio ſuper diſtributionibus quotidianis alicuius canonicatus, aut beneficij, forſan alios fructus non habentis, præter illas diſtributiones, quæ accreſcunt inſeruientibus, ſoluturus, non inſeruit Eccleſiæ, vel impeditus, vel quia id facere non curat, decurſis terminis penſionis, vel illo maturato, penſionarius agit contra alios Canonicos, vel quos perceperũt diſtributiones, quibus accreuit non inſeruientis portio, & qui iam forſan inter ſe illam diuiſerunt, vti etiam vacante beneficio, ſuper quo penſio impoſita eſt collatum, fructus pariter diuiſi fuerunt, non teneri di-
53 cebant. Eo quia quotidianæ diſtributiones vere inſeruientibus, & ſine fraude horis Canonicis intereſſentibus accreſcunt, cap. licet de præb. cap. nonnulla de præb. in extrau. comm. Dec. conſ. 280. col. 1. de quib. vide aliqua relata per Cæſar. de Graſ. deciſione 5. de præb. & dignit. clem. vt hi qui in verb. pars dimidio. de ætat. & qualit. inter quas anniuerſaria etiam connumerantur. Lap. alleg. 43. nam illis æquiparantur, cum eadem rationis adſit identitas, cap. vno in fin. de cleric. non reſid. in ſexto, cap. ſi poſtquam, §. 1. de elect. in ſexto. Fuerunt nanque tales quotidianę diſtributiones, in fauorem, ac diuini cultus augumentum adinuentæ, vt facilius diuinis beneficiati intereſſent, & ad ea conuenirent, clement. vnic. de reliq. & vener. Sanct. Pariſ. conſilio trigeſimotertio, numero primo, & ſecundo, volumine quarto. Vnde cum ex cauſa iam ſint diuiſæ, ac forſan conſumptæ, neque illas reſtituere, neque penſionem amplius ſoluere tenentur, capitulo primo, de cleric. nõ reſid. in ſexto, maximè, quia bona fide ſunt cõſumpti, & quia iſtos fructus habẽt per ius accreſcendi, & non decreſcendi, iuxta glo. in clem. cum hi, qui in verbo par-
55 te dimidia de ætate, & qualit. Tamen præmiſſis, & alijs pro illorum parte adductis, minimè attentis, contrarium reſolutum fuit, eo quia dictæ quotidianæ diſtributiones, quæ in maſſa groſſa conſiſtunt, & forſan quotidie non diſtribuuntur, aliqua
56 conſideratione dignæ ſunt. Nam quando non ſunt alij fructus, pro fructibus computantur, maximè quando rediguntur in communi maſſa, & poſtea diſtribuuntur, abſque eo, quod adſit alia præbenda. Et quam-
57 uis nil tunc in Rota foret reſolutum, ea ratione, quia ſi dantur quotidie reſidentibus, ac reſpectu cuiuſuis horæ diuinæ, augentur, & minuũtur reſpectiuè, quotidianę ſunt diſtributiones dicendę, Put. deciſione 375. a numero quarto, ad fi. parte ſecunda, immo ſi per longum tempus poſtea diſtribuantur, nihilominus quotidianę erunt dicendę, quia quotidie inſeruiendo acquiruntur, & vtrumque verbum verificatur, tam in ſoluendo, quam permittendo. Sed ſumus in præſenti facto circa penſionem conſtitutam, ſuper beneficio, in quo non adſunt alij fructus præter dictas diſtributiones quotidianas, quas fructuum appellatione venire magis de conſuetudine, quam

de

de æquitate tenuerunt, ea enim ratione, quia nil intereſt an per modum quotæ, aut per modum quantitatis penſio reſeruetur, dummodo medietatem non excedat, Achil. deciſione octaua, per totum de penſio. & clarius diſtributiones quotidianę non dicuntur fructus beneficiorum, ſed potius ſtipendium cuiuſdam laboris Rot. in antiq. de præben. deciſione trigeſima nona, & eodem titulo, deciſione octaua, & vigeſimaquinta, in nou. nec Canonicis dantur, ſed intereſſentibus ratione miniſterij perſonalis, Oldr. conſilio centeſimo decimooctauo, numero ſecundo, Cæſ. de Graſ. deciſione quarta, numero quarto, de præbend. quia non ſunt de corpore beneficij: ideo ex cauſa iuſta ſunt abſenti ſoluendæ, glo. in cap. vnic. de cleric. non reſid. in ſexto, Abb. in capitulo olim, in glo. ſecunda, de verborum ſignificatione, Cald. in conſilio vigeſimoprimo, de præbend. latè Pariſ. conſilio trigeſimo ſecundo, per totum, & maximè numero decimoſexto, & ſequent. volumine quarto,

58 Cauſa iuſta certe, vt penſio ſoluatur, eſt, quia non datur propter ſeruitutem, ſed ex Papæ gratia Domini in beneficialibus, ac ſupremam poteſtatem habentis, capitulo ſecundo, de præbend. in ſexto, Cald.

59 conſilio duodecimo, de reſcript. Et cum penſio ſit onus reale, cap. querelam, vbi Abb. Tertio not. de elect. Gig. vbi ſupra, quæſtione nonageſimaſeptima, numero ſecundo, non dicitur principaliter titularis grauatus, quia non ipſe, ſed præfatæ diſtributiones ad pēſionis onus grauantur, ideo fit, vt perſona beneficiati, & ſeruitium, nullius ſunt conſiderationis, ſed ſolum, quod per Papam principaliter actum fuit, quando penſionem ſuper illis reſeruauit. Creſc. deciſione decimaquarta, de renunc. Quare ſicut per beneficiati mortem non eſt penſio extincta, pariter, neque ex hoc capite, quaſi ſimili, quia pro mortuo abſens habetur, & iſti, qui inter ſe portionem abſentis diſtribuerunt, ad ſucceſſoris inſtar tenentur etiam perſona-

60 liter. Acceptando etenim abſentis portionem, quaſi contraxerunt, ſtante impedimento, morte, aut negligentia, Veral. deciſione decimatertia, numero primo, & ſequent. parte prima. Ob id ex facto beneficiati mortui, ſeu non ſeruientis, damnum Penſionarius pati non debet, capitulo non debet, de reg. iur. in ſexto. Et quāuis pręſentibus clericis quotidie diſtribuantur, non ſequitur, quin ſuper illis Papa penſionem imponere nequeat, etiam ſi diuinis præſens minimè ſit, quia de eius poteſtate, neque agendum, nec dubitandum venit, ſicut in dubio reuocanda non eſt conceſſio. Quare non ex titularis perſona, ſed ex facto Papæ pēſio debetur, ideo fruſtrāda gratia non venit, & ſicut in conſequens, ſi ipſe titularis, vel beneficiatus effectualiter Eccleſię inſeruiſſet, penſionis portionem ſibi acquirere nō poſſet, ſed ſolū id, quod penſione detracta ſupereſſet: ita ēt reſpectu illius reſidui acquiſitum fuiſſe inſeruientibus, cum vno, & eodem tempore duo inſolidum Domini eſſe nequeant Bal. in rep. l. ſi finita §. Iulianus nu. 1. ff. de damn. infect. & in aliū plus iuris, quam quis habet trāsferre nō poteſt. Regula aūt eſt, vt quod ratione ſeruitii titulari acquiritur, propter non ſeruitium acquiratur inſeruientibus Bald. in l. certi condict. num. 13. ff. ſi cert. pet. Socin. ſen. conſ. 93. circa fin. vol. 3. Sed penſio iam data per Papam inſeruienti etiam titulari non acquiritur, ergo nec aliis inſeruiētibus, & ita in vna Rom. penſionis Veneris 4. Iunii 1593. Rota coram D. Litta cenſuit, licet antea coram D. Pamphilio in vna Burgen. Canonicatus 28. Nouembris 1591. idē tenuiſſet, & ſucceſſorem, qui triēnio Canonicatus poſſeſſionē adipiſci fuerat impeditus, ac alij Canonici inter ſe diſtributiones interim diuiſerant, in quibus redditus Canonicatus conſiſtebant, non teneri ad penſionis ſolutionem, ſed bene Capitulū Rota dixit, quia incommodum ſoluendi penſionem, ad illum, qui ex fructibus perceptis commodum habuerat, tranſire debet, quia pro illa quantitate penſioni obnoxij reperiebantur, ac pro terminis maturatis ſoluendis Gemin. in cap. fin. §. porro num. 4. de offic. ord. in 6. Gig. de penſ. q. 39. num. 7. Vnde ſtatim pro rata obligati remanſerunt, cum penſionis onus fructibus appoſitū ſit, ac quemcunque poſſeſſorem ſequatur, Felin. in cap. ad audientiam, el ſecundo nu. 6. de reſcrip. Rom. conſ. 388. per tot. Veral. deciſ. 302. per tot. parte ſecunda. Caccialup. in trac. de pēſ. quęſtione nona verſ. aut quærimus vtrū dicat Gig. vbi ſupra dicta quæſtio. 51. Nam in

63 reſeruatione fit mentio de diſtributionibus quotidianis, quod hipothecam importat. Natt. conſ. 341. nume. 6. Gig. & Caccialu. locis proxime citat. licet ex iure accreſcēdi ſingulis horis inſeruiendo, Capitulum illas habeat, Tamen intelligitur detractis penſionibus, & ęre alieno, pro quibus fructus erāt obligati, antequam inſeruientibus accreſcerent, Dec. conſ. 156. per tot. quęlibet autem

64 res

res cum fuis qualitatibus accrefcit.l.vnica §. pro fecundo ff. de caduc.tollen.Iaf.in l.fi mihi,& Titio num.11. ff. de verb.oblig. Ac cũ tali onere,ad quemcunque poffefforem trã fit,l. refcripto §.fciẽdum ff. de mun.& hon. Clem. prima de Cenfib. Grauett. conf. 213. num. 5. Et pręfentes,fi in ius, & locum abfentis fuccedunt, plus iuris habere non debent illo, à quo caufam habuerunt,cap. 1. de Cleric.non refid. in 6 Feder.de fen. conf. 81. num 4. Gemin. conf. 3. Salicet. in l.fructus fub num 3. verf. & hoc probo alia ra-
65 tione ff. de act. empt.Mohed.decif.216. Nã ad omnia tenetur vfufructuari°, modo quo eius auctor fuper dictis Fructibus, & fic ita Capitulum ad penfionẽ. Dec. conf. 156. nu. 4. Crefcen.decif.3. de folut. Immo. ibi fubdit Dec.nu. 2. quod non poffunt Canonici, & Capitulum aliquid lucrari, nifi penfionis onere fublato,Sicque illis accrefcit ea detra-
66 cta, & foluta, quia portio præfata ex iure accrefcendi, & non ex iure decrefcendi illis prouenit, cum fingulis horis intereffentibus diftributiones affignatæ fint, vnde ceffante reali conuentione,ceffat etiam ius nõ decrefcendi, quod per ius accrefcendi portio deficientis acquiratur, Clem. vt eques de ętat. & qualit.ord.Imol.ibi num. 33.verf. dicit Antonius Card. num.25. quæftione 11. Ancher. nu.10. Couar.variar. ref. lib. 3. cap. 13. num. 7. verf. opinio tamen Glofæ. Sunt autem ifto cafu ficut hæredes,qui ad defuncti, & Hęreditaria onera tenentur, ærəque alieno detracto,hęreditas dicitur. Nã Pẽfio
67 alimentorũ naturam fapit, Achil. decif. 26. num.3. de appell.Quare caufa huiufmodi in Signatura difcuffa, pro appellatione Capitulo committenda fimpliciter inftante, licet vnus folus ex Dominis meis conuotantibus effet in cõtraria fententia,reliquis omnibus Dominis annuentibus, fuit cum duabus claufulis folitis, fine retardatione folutionis pẽfionis, & fine præiudicio,refcriptũ.
68 Sed quando penfio imponitur fuper fructibus Beneficij, nil habentis præter quotidianas diftributiones,non facta de illis mentione, nulla erit, quia fructuum appellatione, in hoc particulari non veniunt quotidianę diftributiones, Put.decif. 34. num. 3.par.1. ideo ad penfionis validitatem imponuntur, facta ipfarum mentione cum claufula fuper fructibus, & quotidianis diftributionibus.
69 Tranflata vigore priuilegiorum Conclauiftis conceffor ũ in duos penfio fuerat,at fucceffor in beneficio, qui etiam penfioni confenferat,de nullitate dabat,ex doctrina Gig. loco citato,quæftione 85. nume.8. & 10. af-
ferentis claufulam fine retardatione folutionis penfionis non dari, quando ftante nullitate trãslationis ipfius penfionis caufa nullitatis committi petitur; Nihilominus in Signatura Iuftitiæ dictum præfatum Gig.ex
70 decif.10. Caffad.de refcrip.declaratum fuit, mandante Papa penfionis tranflatæ intimationem fieri, procedere, & tunc, quia tempore elapfo minime conditionalis modus feruatus extitit, dato nullitatis fumo, abfq; dicta claufula refcribendum foret,quia modo non feruato, intrat decretum irri-
71 tans, cap. virum de cond. appof. At quando abfque alia conditione, vel modo data eft transferendi facultas, eo cafu licet fuper nullitate, vel extinctione agatur, cum pro inftrumento translationis fit præfumptio, donec contra penfionem pronũcietur,claufula præfata concedenda erit, quia non venit interim eius folutio retardãda,vt ibi Caffad.nu. 8. ca. ad audientiam de refc rip. l. cũ præcibus C. de probat. l.optimam C.de cõtrah. ftip. Rom. conf.38.n.1.Parif.conf.107. numero 9. vol. 3. Bero. conf. 187. num. 79.
72 vol. 1.& fimiliter, Si transferens fuit in quafi poffeffione exigendi, claufula fine retardatione folutionis penfionis pariter datur translatarijs,quamuis nõ egerint, Ant. Aug. in trac.de penf. in titulo de transl. penf. verf. claufula fine retardatione, Nec facit, quod fit trãslata noua penfio, quia intelligitur facta cum fuis qualitatibus, ideo translatarij debent vti eodem iure, & priuilegio, nec in plus transferente grauari, & ita Rota cen fuit coram D. Mellino, in vna Bononienfis penfionis Lunę fexta Maij 1593. Pariter quando verfamur in translatione vallida, licet clare facta per illum, cui a Papa datur transferendi facultas, perinde ac cenferi debet, fi met.Papa tranftuliffet.vt ibi Gig.nu-
73 12.Put.decif.14.parte tertia.Caffatur autem in fimilibus antiqua penfio, & noua per inferiorem a Papa authoritatem habente,imponitur, vt ibi Gig. Et quamuis translatio
74 fit valde odiofa, Veral. decif. 183.nume.10. parte tertia.quę in fimplici difpofitione nũquam ex vniuerfali fauore Ecclefiæ cõprehenditur, & in dubio, vt minus Ecclefiam grauet eft interpretanda Rota decif. 400. num.12.& nu.14. parte prima Diuerf. licet numero primo afferat in alium exequi poffe abfque aliqua folemnitate, ac abfque alia fcientia penfionarij. Nihilominus in vna Biffinianenfis penfionis R.P.D.Monte aluõ proponente fuit à Dominis cõcorditer data claufula fine retardatione folutionis penfionis, vt infra in feptima limit.dicam. Alias

præterea

præterea proponente R. P. D. Anselmo Dãdino. nob. Cesenatensi, euenit casus in vna
75 Lucana pensionis, vbi quidam Eques Lauretanus, vigore priuilegiorũ p fel. rec. Sixtũ V. indultorum, in mortis articulo annuam 200. ducatorum pensionem in sui Nepotis fauorem transtulerat, & talis translatio Rectori Ecclesiæ, super cuius fructibus reseruata erat, intimata fuit, nihilominus simpliciter porrecta (vt dixi) Commissione, Rotæ nullitatis causa demandari petebatur, & ex alia parte, pro executione coram A. C. pensionarius instabat. tandem longe, subtiliterque, vt tanti Tribunalis moris est, causa discussa, data fuit Rotæ Commissio super nullitate prętensa, firma corã A. C. remanente causa executionis literarũ Apostolicarum, & id ex multis emergentibus difficultatibus in causa, & quamuis adhuc literæ super dictorum equitum priuilegijs expeditę non essent, nihilominus Domini moti fuerunt, eo quia, si inferior ex Papæ authoritate antiquam (vt dixi) cassando pensionem, nouam reseruat, Gig. d. q.
76 85. nume. 12. quemadmodum Papa super beneficio de iure patronatus, absque patronorum licentia, vel assensu pensionẽ imponere potest. Gig. vbi sup. q. 23. num. 8.
77 ac pariter vacantem pensionem, absque beneficiati voluntate alteri concedere, Gig. ibid. q. 12. num. 3. ita & facultatem transferendi tribuere, quare stantibus amplissimis clausulis in dictis priuilegijs insertis, cum decreto irritanti, ac eorum vsu, & quod versabatur in pensione valida, vt prę-missum est, rescriptum ita fuit, & rescribendum fore colligitur, ex decis. 10. Cassad. nu. 10. vers. quæ quasi pro regula &c. de rescri. Sarnen. in comp. vtriusq. sign. num. 80. vers. sed a Papa Staphyl. de lit. iust. cap. in primis nu. 84. Gig. de pens. quæst. 25. num. 9. Rebuf. de pacif. poss. numero 137. vers. & in Romana Curia.

SVMMARIVM.

1 *Pensio pro rata temporis an Translatario debeatur, vel transferenti.*

2 *Pensionem an hęredes mortui, uel successor teneatur soluere vel pro rata.*

3 *Commissio appellationis simpliciter datur, quando agitur inter hæredes prædecessoris, & successoris, super solutione pensionis.*

4 *Pensio non soluta ordinario Iudicio, ab hęredibus defuncti, an debeatur, à successore.*

5 *Heredes quando ad pensionem viuente titulari, cuius sunt he redes decursam, teneantur.*

6 *Patronus beneficij in eius fundatione pensionem reseruare sibi potest, & aliud onus imponere, dummodo clerico victui necessaria supersint.*

7 *Patronus pauper, actionem contra Ecclesiam de iure patronatus, vt ipsum alat, habet.*

8 *Episcopus, an suo nepoti pensionẽ assignare possit.*

9 *Episcopi, quo ad nepotes in collatione beneficiorum, cæci sunt.*

10 *Pensionarius, an creditores clerici sint præferendi.*

11 *Pensionis debitor capituli odoardus, & capituli peruenit auxilio, est indignus.*

12 *Literæ Apostolicæ super pensione expeditæ, quando sint nullæ.*

13 *Auditor Rotæ, & alij Iudices, licet literæ Apostolicæ male sint expeditæ, instante parte secundum illas iudicant.*

14 *Pensionem extinctam allegans, probare debet.*

15 *Pensio ex fructibus beneficij sequestratis, etiam pẽdente causa attentatorum soluenda est.*

16 *Pensionem metu censurarum soluens, non constituit exigentem in quasi possessione.*

17 *Appellatio suspensiua in causis pensionum, quare ordinariè non detur, & quando absque clausulis.*

18 *Clausula sine retardatione solutionis pensionis, aut exequutionis literarum, quid importet.*

19 *Clausula sine retardatione solutionis pensionis, aut alia exequutiua, an danda sit ex literis Apostolicis exceptio, aut releuans nullitas oriatur.*

20 *Clausula parito iudicato, quid in beneficialibus operetur.*

21 *Clausula ad legitimam exequutionem literarum Apostolicarum quid importet.*

22 *Clausula sine retardatione solutionis pensionis arbitrio Rotæ, vel alia similis, quid importet.*

23 *Clausulæ liberantes pensionem ab omni onere, ac illam immunem facientes, an reddat eam liberam à solutione decimarum, & aliorum onerum.*

24 *Regulæ Cancellarię de non iudicando iuxta formam supplicationis, intellectus.*

25 *Pensio ex resignatione, in quo differat à pensione per Papam concessa.*

26 *Spolio quando agatur, contra renitentem soluere pensionem.*

27 *Clausula sine retardatione solutionis pensionis, literis non intimatis, quando detur contra successorem.*

28 *Literarum intimatio successori est necessaria, quando agitur ad priuationem beneficij.*

29 *verbum vt asseris an sit conditionale.*

30 *Vicarius Episcopi, an literas dimissoriales ad sacros ordines suscipiendos dare possit.*

31 *Pensio an sit nulla, quando datur clerico ordinato cum literis dimissorijs Vicarij.*

32 *Pensio an literis non expeditis sit soluenda.*

33 *Sumptum autenticum ex registro Apostolico, an extra curiam probet reseruationem pensionis.*

34 *Clausula*

Capit. I I.

1 Occurrere in ſimilibus etiam poterit, quod in feſto Natiuitatis terminus pēſionis debeatur, & antequam dies ſolutionis cedat, transferatur penſio, moriaturue transferens, quare poſtea dubitandum venit,

nit, an pro rata temporis, inter transferentis hæredes, & ipsum translatarium pensio sit diuidenda, & pro negatiua Domini de Rota tenuerunt contra hæredes, quia cum dies adhuc tempore translationis non cessisset, actio orta non erat, quare si pro præfata temporis rata sibi ius transferens non reseruauit, donasse in totum illud censetur, extinguit autem tunc actionem, & alteri non reseruat in alium, quod apparet ex literarum forma, dum primum terminum, qui est, de quo tractauimus, translatario deberi voluit, vt legitur ex clara decis. Put. 14. par. 3. Pariter moritur Beneficiatus medio tempore debitæ pensionis, beneficiumve confertur alteri, agit adueniente tempore pensionarius ad pensionem, Vertitur lis, inter prouisum ex vna, & hæredes prædecessoris defuncti ex altera, quis nam eorum solutioni pensionis sit astrictus: fertur sententia inter istos: appellat succumbens, porrectaq; commissione appellationis simpliciter signari, ac causam demandari petit: Circa quod ita re-
3 scribendum, annuendo petitis credo, quia, si agitur inter istos hæredes, & possessorem beneficii pro terminis decursis, non intrat via executiua, sed ordinaria. Vnde cessante impedimento, quod appellationi non officit, non venit deneganda, vt per Gig. vbi supra q. 95. num. 6. vers. quando est, licet pensionarius habeat, quo ad se electionem, contra quem agat ad pensiones decursas, an cōtra possessorem beneficij, vel contra prædecessorem, seu illius hæredes, quamuis potius contra possessorem beneficij agere debere dicat Gig. vbi supra q. 39. nu. 11. & 12. eo, quia contra talem possessorem, cui literæ reseruationis pensionis intimatæ fuerūt, executiuè agi potest, si non soluit, ad instar inquilini, inhabitantis domum, qui adueniente die solutionis ad illam tenetur, Sed si
4 pensionarius vellet agere pro decursis, iam pensionibus, & non solutis contra hæredes defuncti, tunc ordo iuris seruandus esset, Quamuis Cassad. decis. 4. de locat. in dubiū referat, vtrum successor in beneficio teneatur ad decursas pensiones tp̄e antecessoris, & decis. 3. eod. titulo, adhuc sub iudice in
5 Rota litem esse asserat. Sed Rota coram Illustris. Blanchetto in vna Ispalensis pensionis 16. Decembris 1577. dixit, successorem ad pensiones decursas tempore antecessoris non teneri, nisi facta cum prædecessore, vel eius hæredibus diligētia de illa consequenda, vnde nostris diebus lis tempore Cassad. asserta indecisa, per Rotam expedita fuit. Imò quod successor teneatur, si ante aduentum solutionis pensionis diem obtinens beneficium moriatur, dixere Gamb. de offic. & pot. leg. in tit. de pens. lib. 6. nu. 601. Gig. de pens. quęstione 93. & Rebuf. de pacif. poss. num. 219. licet a successore non illius, qui pensioni consensit, peti minime valeat, dicat Achil. decis. prima & sexta de pens.
6 Patronū in Beneficii fundatione, sibi reseruare posse pensionem, vti aliud etiā onus imponere, quod præsentandus de familia sit, vel sacerdos, dicunt tex. in cap. cum dilectus vbi Abb. in quinto not. de consuetu accedente tamen Papæ, vel Episcopi, aut alterius superioris, ad id potestatem habentis assensu, alias id facere nequit, cap. 1. & cap. quanto, vbi Abb. de censib. cap. nobis de iur. patron. Roch. de Curt. in trac. de iure patron. in verb. proiecto quod, quęstione 12. & sequen. Dummodo fructus sint pro Clerico abundantes, alias secus, vt per Abb. in
7 d. cap. 1. numero 1. de censib. Immo patronus inops habet actionem cōtra Ecclesiam de iure patronatus, vt ipsum alat. Io. And. in cap. nobis in vltimo not. de iur. patron. Roch. de Curt. dicto tract. in verb. vtile nu.
8 1. Gig. de pens. quæstione 23. num. 2. Suo nanque nepoti Episcopus reseruare pensionem minime potest, vnde nisi de causa constet, per fraudem apparere impositam dixere Dec. cons. 141. nume. 3. late. Rebuf. de
9 pacif. poss. num. 113. licet quo ad Nepotes esse cęcos in collatione beneficiorum, ita vt armum dexterum, id est vt pinguia beneficia habeant, ex Leuit. ca. 7. dicat Rebuf. in concord. Franc. in rubr. de Collatoribus ibi beneficia, quæ in quarto mense vacare contigerit, & ibi, hodie autem Episcopi, per Glos. in cap. peruenit in verb. grauius 1. q. 3.
10 Reperitur ęre alieno cleric⁹ creberrime grauatus, beneficium pensione onustum obtinens, qui ex priuilegio cap. peruenit de fideius. vel ca. Odoardus de solut. sibi subueniri instans, pro creditorum satisfactione, vt latius dixi in cōmis. admis. ad dd. ca. Omnes beneficiorū fructus cedit, seu assignat, insurgit pensionarius, ac illos pro pensione sibi obnoxios asserens, cum pensio eorum sit pars, & ab ipsis pendeat, formaliterque extrahatur ex dicti beneficij, super quo pensio imposita reperitur fructibus, Gig. de pēs. quęstione prima, nume. 8. cum add. & pro quantitate concurrentia sibi obligatos, & hypothecatos cōsignari petit, eo quia ad illos, nisi soluta pensione creditores ius non habere prætendit. Quæro, an prius pensio detrahi, & de residuo creditoribus satisfieri, vel concurrere cum creditoribus pensionarius

rius debeat: & refolutiue loquendo, primū pro penfione fore fructus obligatos, dico, quia fi penfio erat antiqua, beneficium cū tali onere trāfiuit, fi vero nouiter impofita, puta quando clerico fuit collatum beneficium, tunc fi creditores erant anteriores, nō poffunt ius prætendere in fructibus, nifi eo modo, quo confettur; & peruenerunt ad manus debitoris dempta penfione, quia illam referuata authoritate Apoftolica foluere tenetur, nam fi ex fructibus beneficij folui non poffet, fruftra penfionarius contra Clerici perfonam intentaret actionem: Aut Creditores funt pofteriores, & eo cafu, neque præiudicium anteriori penfioni afferre poffunt, ideo bene contra ratam fructuum pro penfione obligatorum, exclufis alijs creditoribus, penfionarius agit, accedenti præcipue Camerali obligatione de ipfa foluenda, vel literis expeditis, aut quafi poffeffione exigendi, quia vno ex dictis tribus modis fat eft, vt ad pēfionem executiue agatur, ex priuilegio, quod penfio alimentorum loco fuccedit, vnde, fi vt fe aleret Penfionario illam Papa affignauit, ac eam ratam fructuum penfioni obligauit, non poffunt inuito penfionario in extinctionem debitorum Clerici conuerti, quod folum facere pēfione detracta valet de refiduis fructibus, & hanc fententiam vti in iure veriorem, per multas anthoritates, & rationes amplectitur Gig. vbi fupra quæftio. 51. per tot. cuius
11 dicta non refero, fed vt dicit Gomef. in fin. comp. vtriuf. fign. verf. & vt datur dicta claufula fine retardatione debitori penfionis, nec dicti capituli. Peruenit, neque c. Odoardus priuilegium conceditur: Literæ pen-
12 fionis expeditæ ftante reuocatione procurantis ad confentiendum illius impofitioni conftituti, qui reuocatus confenferat, funt nullę Cæfar. de Graf. deci. 3. de fent. excom. quia mandatum procurę poteft in beneficialibus reuocari, quamuis fuerit pro vnius parte adimpletum, Boer. decif. 207. num. 1. & feq. verf. & ideo, ex eo quia, fi ante Papæ affenfum nulli ius acquiritur, locus pęniten
13 tiæ patet, vt ibi Cęf. de Graff. nume. 7. & 8. Auditor Rotæ, vel alius Iudex, quando vigore literarum Apoftolicarum agitur, fi eas male expeditas videt; quamuis in actis fint præfentatę, licet id per partes opponatur, nihilominus fecūdum illas iudicare tenetur, ratio eft, quia nō Auditor, fed officiales Cancellariæ illas, fiue expeditores corrigere de-
14 bent, Verall. decif. 174. num. 1. par. fecūda, quamuis fæpe, maxime adita Signatura, & docto de tali errore, corrigendæ ad Cancellariam remittantur. Dum quis allegat penfionis extinctionem, aut nullitatem, debet illa probare. Bellam. decif. 135. Dec. conf. 11. num. 8. Grau. conf. 165. num. 1. Rot. di-
15 uerf. par. 1. decif. 400. num. 4. Ita etiam pendente caufa attentatorum, penfio ex fructibus beneficij, fuper quo impofita reperitur, licet fructus fint fequeftrati, folui debet, nam iudicio attentatorum talis folutio non contradicit. Put. decif. 46. nu. 2. & 5.
16 par. 3. Soluens metu Cēfurarum penfionē, non conftituit exigentem in quafi poffeffio
17 ne, Achil. decif. 1. de penf. Refcribitur, vt plurimum, aut cum claufula fine retardatione folutionis penfionis, aut cum claufula fine præiudicio executionis literarum Apoftolicarum, vel interdum cum ambabus Claufulis, & fine pīudicio executionis literarum Apoftolicarum, & fine retardatione folutionis penfionis, & ideo raro prætermittuntur dictæ Claufulæ, aut vna ipfarum, quia appellatio fufpenfiua a fententia executionis literarum Apoftolicarum non datur, per Signaturam, nifi conftet de notario grauamine, vel euidenter, & clare de exceffu, cap. de cetero; & capitulo quo ad confultationem de re Iud. Gig. de penf. q. 110. nu. 21. & quid importent dictæ claufulæ, hic ommitto, quia late de illis dixi in commif. præcedenti num. 9. & feq. vbi, ne bis idem re-
18 petam, te remitto. Habent autem illa verba paratam executionem, adeo, quod propter eorum reuerentiam, nemo, nifi in petitorio auditur, Mohed. decif. 3. in fin. vt lit. pend. Et vltra, quod dictæ claufulæ fine retardatione folutionis pēfionis faciunt, quod corā Iudice appellationis remaneat executio: operātur pręterea, quod nifi penfione foluta, iudex, ad quem procedere non valeat,
19 decif. diuerf. 182. num. 3. par. 3. Et an tales claufulæ, aut vna ipfarum debeat apponi, quando ex met. literis conftat de nullitate penfionis releuāte, vel extinctione, late Caffad. decif. 10. de refcrip. in princ. decif. 12. eod. tit. ponēs quando literarum penfionis expeditio fit neceffaria, nec ne, numero fe-
20 cūdo. Claufula parito iudicato in beneficialibus facit, quod reus dimittat poffeffionē, fructus, & expenfus reddat. Lancell. de attent. pend. recur. capitulo 18. numero 128.
21 Multoties apponitur etiam claufula ad legitimam executionem literarum Apoftolicarum, quæ operatur tacitam renunciationem executionis, nifi conftet quod fit legitima. Lancell. de attent. lit. pend. par.
22 fecunda limit. 15. capitulo quarto, numero 13. Sæpe etiam additur claufulæ fine retardatione

datione solutionis pensionis, vel sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum Arbitrio Rotæ, quæ intelligitur, prout de iure, & ita in talibus commissionibus stilus Rotæ seruat, decisione quingentesima quadragesimaprima, numero primo, parte tertia diuers. Sed diebus elapsis euenit, Quidam resignauerat beneficium, & resignanti fuit reseruata pensio libera, & immunis cum amplissimis clausulis, sub his verbis inter cætera, Adeo, & taliter, quod omne onus dictam pensionem tangens, N. resignatarius, suosque omnes in dicto beneficio successores, semper in se suscipere teneatur, resignantemque immunem, ac indemnem conseruare, & si quid fuerit solutum omne, & totum censeatur donatum donatione, etiam irreuocabili inter viuos &c. cum aliis amplissimis clausulis, & cum clausula, resignat valide infrascriptis sibi reseruatis, non alias, aliter, nec alio modo. Dum quietè exigebatur pensio, S. D. N. imposuit decimas, in specie etiam pensiones grauando ad illas. Titularis agebat vigore literarum ad fauorem decimarum, ad retentionem ratæ pensionis tangentis contrapensionarium, sub prætextu, Quod tales literæ posteriores: etiam maxime, quia ceu omnes pensiones exigentes illis acquieuerunt, quia, vt asserebat, derogabāt immunitati dictæ pensionis: Sed respondebatur pro parte pēsionarij, quod bulla decimarum non derogabat regulæ de iure quæsito non tollendo, vti expresse requirebatur. Put. decisione ducentesima, sexagesima quinta, numero secundo, & tertio, libro secundo: Quare stante resignatione reseruatis sibi valide infrascriptis, nō alias, aliter, nec alio modo, expressaque mentione immunitatis pensionis, etiam à decimis contra Turcas, de partium consensu, Apostolica autoritate confirmata, adeo talis immunitas in contractum transiuit, quod per posteriores literas sublata non censebatur, But. in capitulo primo, numero 66. de const. in sexto, late Rom. cons. 352. numero 14. ex eo quia, clausula non alias, aliter, nec alio modo, eam facit conditionem, quæ verificanda venit, Alex. cons. 119. numero primo, volumine primo. Ideo recusante pensionario libere soluere, datur regressus ad beneficium vel Canonicatum, Ias. in terminis cons. 84. numero decimo sexto, volumine quarto, Rebuf. sup. concord. Franc. in rub. de reg. ad Prælat. in verbo etiam per cōcessionem, vers. an resignans possit habere regressum: & rationem affert Baldus in capitulo primo §. denique numero quinto, versiculo pone pater, quæ fuit prima cau. feud. amit. quia vberiores dimisit fructus, neque fuit, nisi præfato modo resignandi animus, & cum verba non alias, &c. Sint geminata, & actum ex certa scientia ostendūt, magisque contrahentium, fine comparentium enixam voluntatem, Grauet. consilio quinquagesimo sexagesimo quarto, columna secunda l. cum pater ff. de lega. secundo. Cum iam decimę pendente causa soluantur, nihil Cameræ Apostolicæ interest, an à beneficiato, vel pensionario præstentur, quare dum, ad quem tale onus pertinebat, iudicium erat, rescribendum uidebatur cū clausula sine retardatione solutionis pensionis, neque facultate, vel quasi possessione illam libere exigendi, priuandus. Immo manutenendus pensionarius, concurrente pacifica multarum annorum possessione exigendi ex antecessoris quoque solutione, etiam in vltima paga, stātibus similibus decimis alias impositis Felin. in capitulo cum Bertoldus numero vigesimoquinto, versiculo perceptio fructuum, de restitutione spoli. Dec. in capitulo bonę. el primo, numero vigesimo secundo, versiculo contra ipsum soluentem de appell. Quo fit, vt ita successore soluere recusante, Agens, qui tempore motæ litis est in possessione, vel quasi, integre exigendi, veniat manutenendus, alias daretur spolium Abb. in capitulo inter quatuor, numero quarto de maioritate, & obedientia, & in capitulo accepta, numero sexto, de restitutione spoliatorum, Mohed. decisio. centesima quinquagesima septima, & bene decisio. Put. centesima quinquagesima prima, lib. tertio, Cæs. de Gras. decis. vndecima, numero tertio, de restitutione spol. Præterea, si ex alia clausula, & pacto, quæ pariter in contractum transierunt, beneficiatus tenetur indemnem pensionarium conseruare, ac omne onus in se suscipere, frustra petit, quod restituturus est l. loci corpus ff. si cert. pet. l. prima. C. de execut. rei iud. & licet literę non essent expeditæ, tamen id concernit petitorium, & pro Commissione sufficit reseruatio, ac diuturna quasi possessio integre exigendi, maxime in vltimo termino ab antecessore. Et quando titularis, ad lites suscitandas, solutionem effugere quærit, non venit audiendus, nisi soluat, Cassadorus decisione decima, numero octauo, de rescript. & ante eum. Staph. de literis iustitiæ,

24 capitulo ad præfata numero 13. & ad regulam Cancellariæ de non iudicando, iuxta formam ſupplicationis, illam loqui dicebatur in impetratione, & non in mandato de manutenendo, & quia verſabamur in penſione, quæ alimentorum loco ſuccedit, & ſic priuilegiata, non veniebat extēdenda, Gig. de penſ. quæſtione 83. Achil. deciſ. 46. num. 3. de appell. ac rite pariter fuit conſtituta, ſtante clauſula literis pro intimatis &c. Achil. deciſ. 10. de penſ. Et quia A. C. corā quo termini penſionis petebantur, & ſic iudice poſſeſſorij, de perpetuo preiudicio agebatur, iudex quoque petitorij remanere debebat ſuper quæſtione, quæ tractabatur, ca. 1. vbi Abb. numero tertio de cauſ. poſſeſ. & propr. Bellamen. deciſ. 607 & propoſita Commiſſione per R. P. D. Horatium Lancellottum bo. mem. Illuſtriſſimi Cardinalis Lancellotti, Nepot. tunc Referendarium, modo Rotæ Auditorem meritiſſimum, de anno 1596. coram S. D. N. Clemente VIII. fuit reſcriptum A. C. cum clauſula ſine retardatione ſolutionis penſioni, & cum facultate manutenendi in poſſeſſione, exigendi,
25 prout iuris fuerit. Nam fecit Sanctitas ſua differentiam inter penſionem ex gratia Sedis apoſtolicæ conſtitutam, & iſtam ex contractu, & conuentione priuatorum in reſignatione per ſedem Apoſtolicam reſeruatam, & confirmatam, cum (vt dixi) ius ex contractu proueniēs, nec tollere, nec derogare Papa intendat, niſi expreſſis verbis id
26 dicat. Perſępe talis ſolet quæſtio euenire, aliquis eſt in poſſeſſione, vel quaſi penſionem ſibi ſuper fructibus alicuius beneficij reſeruatam exigendi, & tunc, ſi ille, qui ad illius ſolutionem tenetur, conuentus ſoluere recuſet, contra ipſum ſpolio agi, & reintegratio peti poteſt, Abb. in cap. querelam 3. not. de elect. Innoc. in cap. ſuborta ibi decernimus de re iud. Dec. conſ. 136. col. 1. Ang. conſ. 72. Gig. de penſ. q. 47. per tot. Guid. Pap. deciſ. 629. incip. ſuper quæſtione, quæ loquitur in terminis, & approbata fuit per
27 Rotam teſte Put. deciſ. 151. par. 3. Tamen quando ab anteceſſore exegit, & ſucceſſor in beneficio, licet ei literæ non fuerint intimatæ, ſoluere recuſat, datur contra eū clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, & ita reſolutum, & obtentum fuiſſe in Signatura Iuſtitiæ aſſerit Caſſad. in deciſ. 12. nume. 1. de reſcript. Cęſar de Graſſ. deciſ. 12. numero quinto de probat. Ea nempe ratione, quia ſicut ſi contra Titium ex aliquo contractu, vt Caij hęredem obligatum agerem, in quem, & actiuè, & paſſiuè actiones tranſeunt l. 1. ff. vt act. ab hered. & contra hęred non cogeretur ei intimare contractum obligationis, ſed ſufficeret eum citare facere, vti obligatum hęredem ex tali cauſa, & in iudicio poſtea probare, quod Titius erat mihi debitor, & Caius citatus, Sit Titij hæres, aut quod alias pro ipſo teneatur. Ita pariter in facto noſtro, ſatis erit docere Caium Titij beneficium obtinere, illiuſq; fructus percipere, ſuper quibus penſio reſeruata eſt, non obſtante, quod non obligari ſucceſſorem dicatur, niſi literis intimatis, ſtante præſumptione probabilis ignorantiæ geſtorum per anteceſſorem, qui conſenſit penſioni, de qua agitur l. 1. ff. pro ſoc. cap. examinata cum ibi nota de reſcript. ſicque cum agatur pro ſolutione penſionis ex fructibus beneficij, quos percepit, quo ad iuriſdictionem firmandam, obligationis intimatio requiritur, quod in iure cautum nō reperitur. Nam indicare in citatione, quod ex ea agitur, ſatis erit, quia bene monitus, eam in actis notarii cauſæ videre poterit, &
28 ſuper quibus conueniatur, Clem. ſecunda vt lit. pend. Secus autem ſi ageretur ad pænam priuationis beneficii ob non ſolutionē penſionis, nam eo caſu, quia iſte ſucceſſor non conſenſit reſeruationi penſionis, literarum intimatio neceſſaria erit, vt ibi Caſſad. numero ſecundo: Sicut quando excommunicatio fulminatur, quod non repugnante Bar. in l. quod te mihi, numero decimoquinto ff. ſi cert. pet. denunciare alicui vt ſoluat, ſat eſt, quando ex proprio facto eſt debitor, quia cum ex facto tuo veniat te debere, debes intelligere. Sed ſi hęres, & ſucceſſor eſſet ex facto alieno debitor, ad quem in mora conſtituendum nō ſufficeret citatio, quia cum in facto alieno tollerabilis ſit ignorantia, ſi documenta non video, non intelligo me debere, quamuis ſec. Bar. ibi, copiam dare bonum foret. Clauſula vt aſſeris, quæ ceu
29 ſemper in literis penſionū inſeri ſolet, adeo conditionalem gratiam facit, quod venit iuſtificanda, & ita cenſuit Rota in vna Salamantina penſionis coram D. Rubeo, & in vna Paduana penſionis 28. Iunii 1581. vt pariter ante omnia in literis contenta veniant verificanda per agentem, Rota deciſio 221. parte ſecunda diuerſ. Ceſ. de Graſ. deciſio
30 duodecima n. 5. de probat. Penſionē qs petebat, replicabat de nō clericatu, eo qd vigore literarum dimiſſorialium generalis Vicarij Epiſcopi Papienſis talem ordinem adeptus fuerat, quod abſque authoritate factum aſſerebatur

ferebatur, quia tales dare literas non poterat, vnde stante nullitate, ex nō existentiā
31 caracteris clericalis, necessario sequebatur nullitas pensionis, Tamen in eadem causa Rota resoluit contrarium, quia Vicarius deputatus a Papa, poterat omnia, quæ Episcopus, in locum cuius suffectus erat, Cassad. decis. 4. de const. l. 2. C. de offic. cui qui vic. alt. habebat autem ordinariam Iurisdictionem, Alex. in rubr. ff. de offic. eius cui mand. iur. numero 16. vbi DD. Et regula qđ Vicarius generalis absque mandato speciali id facere nequeat: fallit proueniente facultate à Papa, vel quando Episcopus est in remotis partibus, Franc. in cap. cum nullus §. inferiores, numero quarto de temp. ord. in 6. farnen. in reg. Canc. de impetr. Benef. per obit. fam. card. q. 22. Archid. in cap. examinata post med. 63. dist. & sic. data fuit solita clausula sine retardatione, quamuis, si pensionarius post obtentam pensionem, clericatus ordinem assequatur, illam nullam reddat, Rot. decis. 20. lib. 3. diuers. & decis. 139. eod. lib. num. 9. Quod declara procedere, si ipsum non fore clericum pateret, quia alias pro illa, vel beneficio obtinendo sat erit, quod pro tali reputaretur,
32 vt ibi Rot. num. seq. Et an bullis non expeditis sit pēsio soluēda, remitto te ad Rebuff. sup. concord. Franc. in Tit. de pacific. poss.
33 num. 137. Sumptum reseruationis pensionis ex regestro literarum Apostolicarum etiam autenticum, extra Rom. Curiam, nec probat, nec iudicium executū habet, sicut ipsæmet literæ Apostolicæ originales, ideo quando tale sumptum nō probare extra curiam pronunciari eueniat, reseruari solet ius petendi pensionem vigore literarum plumbatarum, licet si rescribi hoc casu cōtingat, vna ex præfatis clausulis ordinariẹ dari soleat in cōmissione appellationis porrecta: Tamen multi sunt casus, in quibus absque
34 illis, vel aliqua Ipsarum Signatura rescribere solet, quorum erit. Primus, quando ab inferiori a Papa imposita reperitur pēsio, quia tunc ad successorem non transit, vt per Gomes. super reg. Cācel. de nō iud. iuxta form. supplicat q. 16. num. 83. & in compend. vtr. signat prop. fin. vers. & est aduertendum, Ratio est, quia nō debet esse æqualis autoritas imponendæ pensionis inter Papam omnium supremissimum, & aliū inferiorem, non valentem, nisi in certis casibus, & caussis regulariter, pensiones ad successores trāseuntes imponere. Et quia sepe dubitari cōtingit, an pensio ab inferiore imposita iustā causam in se habeat, vt late Old. cōs. 226. quidā Episcopus per tot. talis nēpè pensionis
35 constitutio, vt tradit ibi Oldr. num. 13. non tendit, in vtilitatem Ecclesiæ, licet pro benemeritis assignetur, sed vt transeat ad successores in Ecclesiæ illius solutio, indiget Apostolica confirmatione, Ideo optimum erit, vt pensionem obtinens, eam procurret Caccialup. in trac. de pens. q. 5. quod cessat in pensione imposita per Papam, cum sit beneficiorum indistinctè Dominus, Clem. 1. vt lit. pend. propterea eius arbitrio, & sine causa potest sup fructib. beneficii eas imponere, canon in capitulo quæ in Ecclesiarum de constitutionib. quos sequitur Dec. consilio 43. numero decimoquinto & cons. 64. num. 5. sufficitque pro causa sine ratione eius voluntas, Dec. cons. 436. numero decimoquinto cons. 649. numẹ. quinto Abb. in ca. fraternitatis, numero quarto, de schismat. Card. in rep. capit. perpendimus 8. col. de sent. excom. Glos. in cap. si Gratiosæ in verbo ad Romanam, de rescript. in sexto, capitulo secūdo de prębendis, eod. lib. Clem. prima in fin. vt lit. pend. Veral. decis. 316. par. 2. Gig. de pens. q. 6. Semper au-
37 tem præsumitur pro Papa, quod rationabili causa motus fuerit, licet non appareat, Abb. in cap. quanto, vers. si tamen Papa, de Iur. iur. Felin. in d. cap. quæ in Ecclesiarum col. 20. vers. quinta conclusio. Quamuis in Ro. Pontifice non requiratur causa, Felin. & dd. in cap. ad audientiam el. 2. num. 4. de
38 rescrip. rationibus supra relatis. Tamen semper in pręcibus Papæ porrectis aliqua subnectitur causa, vel causæ, ob quam, vel quas assignetur pensio, licet (vt dixi) a tali redditione rationis Papa sit immunis vti lege solutus, sed quia rationabiliter omnia intendit facere, semper eas exprimit, puta in constitutione pensionis, ne nimium dispēdiū ex resignatione patiatur, cessionem iurium, litis extinctionem, ætatis, vel alimentorum rationē, & alias similes causas, vt cōtinue seruare videmus, qđ declara vt p Ro. cons. 369. nu. 37. vbi late tractat, an diminutis Ecclesiæ redditibus, sit minuenda pensionis solutio, & an in anno vberi pensio decursa, & remissa in anno sterili sit soluenda, Felin. in cap. ad audientiā el 2. num. 3. vers. ista procedunt de rescrip. Caccialup. in d. Trac. de pen. q. 95. Gig. late vbi supra q. 6. a nu. 6. vsque ad 14. Vnde si successor in grauato be
39 neficio pensione ab ordinario imposita, nullitatis causam committi petat, absque dicta Clausula commissionem obtinebit, quod fallit in eo ipso, qui præfatæ pensioni consensit ab ordinario reseruatæ, quia fructus

N 2 suos

ſuos potuit obligare. Ideo commiſſione cũ tali clauſula dignus erit. At ſi agatur ſuper nullitate penſionis, ob malam ſeu non veram expreſſionem valoris puta, quia beneficiũ eſſet grauatum penſione 100. ducatorũ, & fructus eſſet expreſſi 120. at ſi diceret, quod annui fructus eſſent 200. tũc fructus non intelliguntur deducta penſione, quia agitur de valore in impetrationibus exprimendo, & licet fructus deductis oneribus dicantur, tamen intelliguntur de perpetuis, non temporalibus, & penſio eſt onus

40 temporale, vt bene per Put. deciſ. 102. par. 3. Limita primo ſupradicta non procedere, quando Epiſcopus, vel inferior auctoritate ſpeciali ſibi à Papa conceſſa penſionem reſeruaret, nã ab ipſomet Papa tunc reſeruata fore videtur cap. multoties in fin. de ſent. excomm. Gig. vbi ſupra q. 85. num. 12. Se-

41 cundo limita ſi ordinarius eam reſeruet ex cã concordiæ, quia tunc ad ſucceſſorem, cui etiam vtilitas concordiæ litis iuuat, tranſit, Gomeſ. in reg. de Annal. q. 2. Hoſtienſ. in cap. cum eſſet de præbend. & in iſtis duobus relatis caſibus videtur dicta clauſula in commiſſione apponenda, vt Gig. in d. q. 85.

42 nu. 11. Secundus principalis erit caſus quando per multos annos anteceſſor ſtetiſſet abſque eo, quod penſionem ſolueret, tunc ſi ſucceſſor aſſerendo beneficium valde grauatum, det de inualiditate penſionis, quia vehemẽs tunc intrat extinctionis præſumptio ex tanti temporis negligentia, in quo exactionem neglexit, quod non fuiſſet, ſi libera foret, quia nemo ſuum iactare præſumitur, & præmiſſa ad fauorem Eccleſiæ liberationis tendunt, reſcribitur abſque pręfata clauſula. Gig. d. q. 85. num. 3. Gomeſ. ſup. reg. Cancel. de non iud. iu. form. ſup. q. 16. num. 86. videtur autem quodammodo pro derelicta illam habuiſſe, Abb. in ca. cum contingat num. 14. de dol. & contum. vnde ſicut per multos annos eam non petijt, ita abſque illa clauſula per multas inſtantias, vt illam conſequatur, ęquitas ſuadet. Tertius ſi penſio impoſita fuerit per arbitros electos a collitigantibus, & ſucceſſor illam de nullitate redarguere velit, committique cauſam petat ſuper inualiditate, pariter non erit ei deneganda Commiſſio abſque dicta clauſula Rom. conſ. 369. num. 24. & 33. Gig. vbi Signatura nume. 5. Et quamuis anteceſſor conſenſerit reſeruationi talis penſionis, nec iura Eccleſiæ minuere, neque ſucceſſori inferre præiudicium valet, vt late ibi Rom. Hoſt. in c. cum veniens, de Iur. iu. in cap. cum veniſſent vbi Butr. de inſt. at obuiando ſumptibus poteſt, quãdo porrecta Sanctiſs. D. N. Pontifici ſupplicatione, narratoque ſtatu litis controuerſiæ, tam præteritæ quã futuræ, ſeu prætenſionibus, laudo, & omnibus geſtis, petatur confirmatio concordiæ, vel ceſ-

44 ſio iuriũ, cum aſsignatione penſionis. Sed aduertatur circa hoc, vt arbitri relegantur illi, qui de iure tale onus in negotijs, & cauſis Eccleſiæ ſubire poſsint, alias non confirmaret Papa laudum funditus inualidũ, ſeu concordia illegitime factam, nam ſucceſſor nihil iuris habens à ſuo prædeceſſore, concordiæ præfatę, ſeu penſioni, aut locationi, ab ipſo factę, ſtare non tenetur, niſi pro Eccleſia vtilitate, ſeu neceſsitate, cap. fi. ne Prælat. vic. ſu. Bald. in l. emptorem nu. 5. & ſeq. C. loca. Alex. in l. ſi filio famil. §. ſi vir quinquennium nu. 22. ff. ſol. matr. ſicut minus anteceſſoris debita, niſi pro neceſsitate Eccleſiæ contracta, ſoluere, tenetur cap. 1. de ſolut. Abb. in cap. 1. not. de ſeq. poſſ. l. 2. C. de repud. hęred. ad inſtar. Filiorũ familias, qui paternũ æs ſoluere non ſunt obligati, niſi eius bona poſsideãt ex eius ſucceſsione, vt late Luc. de pen. in l. 2. col. 3. C. de fund. rei priu. lib. 11. Neque tenetur reſtituere fructus ab anteceſſore perceptos, quia nil iuris ab eo habet, Peruſ. in ca. in præſenti de of-

45 fic. ord. in 6. Tripliciter autem dicitur ſucceſſor, Primus rei, iuris, & cauſę, vt in hęreditatibus temporalibus l. tum ex contractibus ff. de iud. Secundus rei, cauſę, & Iuris, vt puta quando quis ſubrogatur in locũ defuncti, ca. ſi hi qui, vt lit. pend. in ſexto, Decius in cap. cum omnes in 4. not. de conſt. Tertius rei tãtum non iuris, nec cauſæ, vt in beneficijs non litigioſis, in quibus ſucceſſor ſimpliciter prædeceſſori ſuccedit cap. an-

46 teceſſor 11. q. 3. late Luc. de pen. loco alleg. Quartus erit caſus, ſi quis annuæ penſionis reſeruationi ſuper pluribus beneficijs conſenſerit in genere, vt puta 100. ducat. nam mortuo deinde conſentiente, ſi de dictis beneficijs poſtea diuerſi fuerint prouiſi, & penſionarius contra vnum poſsidentem vnicum beneficium ad integram penſionem agat, cum quodlibet beneficiũ pro rata tangente veniat grauandũ, & ſic in conſequens poſsidentes pro rata fructuum ad eius ſolutionem teneantur, dabitur commiſsio ſine clauſula Abb. qui bene notandum aſſerit, in cap. conſtitutus num. 8. de relig. domib. quam doctrinam Gig. & Gomeſ. vbi ſupra approbarunt: æquitas etenim non patitur, quod ex tot beneficiis vnum pro omnibus portet onus, & alia ſint immunia, ſed vnumquodque pondus diei & æſtus ſen-

tire

tire opus est. Quintus erit casus quādo Episcopus pensionem imponit super beneficio de iure patronatus laicorum absque patronorum consensu, volens ad successorem transire talem pensionem soluendam, quia sec. Gig. loco citato, etiam isto casu absque

48 clausula præfata erit relaxanda commissio: Sextus quando Rector Beneficij plures fecit impensas pro reaptatione, vel recuperatione bonorum beneficij, vt ibidem Gig nu. 7. Et idem prætendunt, in retentione charitatiui subsidij, seu Decimæ Papalis. Gig. loco citato q. 38. & q. 59. nam cum teneri pro concurrenti quantitate soluta ad illa onera pensionarius prætendat, & Rector pro rata retentione vti possit, clausula præfata dari non debet, Deci. cons. 156. Caccialup. vbi supra q. 17. Quod tamen limita non procedere, quando pensionario esset libera pensio assignata, & tam a dicta, quam alia quauis solutione exempta, vt per Gig. d. q. 59. numero 9 qui hanc quæstionem

49 pluribus alijs modis limitat, quem vide in quæstione per totum. Et licet forsan non fiat supradictarum decimarum, seminarii, seu aliorum onerum specialis mentio in literis, dato etiam, quod in illarum concessione adsit clausula, quod eis non censeatur derogatū, nisi de ipsis specialis fiat mētio, tamen si vltra dictas amplissimas clausulas in literis impositionis pensionis appositas, aderit clausula non obstantibus quomodolibet in contrarium facientibus, quorum tenores, pro expressis &c. nihilominus, & supradictis derogatum erit, & pensio libera remanebit, quia clausula prædicta non obstantibus, &c. in Papæ rescriptis apposita, operatur potestatis plenitudinem, Rol. a vall. in cons. 67. num. 65. vol. tertio Ias. cons. 11. numero tertio vol. 3. Alex. cons. 187. a nu. 19. ad fin. vol. 5. & cons. 37. vol. 1. ec D. cons. 55. num. 5. & per eam in contrarium facientia

50 tollere Papa cēsetur, maximè si aderit clausula quorum tenores, statum, & merita causæ pro expressis, ac si de verbo, ad verbum exprimerentur, quæ operatur, vt inseri tenor totus possit, Veral. decis. 200. num. 3. par. 1. Et si alia adesset clausula Supplentes omnes, & singulos iuris, & facti defectus, solum deseruiret ad subreptionem tollendam, iuxta cons. Butr. 2. & ita tenuit Rota coram D. Orano, in vna Abulensis iurisdictionis 27. Ianuarij 1588. & late Paris. cons. 15. num. 66. vol. 2. præfataque verba status, & merita causæ, referuntur ad expressa, non autem ad ea quæ conticentur, & ita coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali Blanchetto Rota tenuit, in vna Oriolensis Canonicatus 22. Martij 1578. vt in decis. diuers. par. 1. decis. 278. & secundum Ias. cons. 11. num. 3. vol. 3. idem operatur, & importat, ac si particulariter, vel singulariter requirentibus particularem mentionem, & derogationem, vt præfertur esset cum insertione derogatum, Put. decis. 515. lib. 2. per tot. & decis. 89. par. 1. Roman. cons. 327. numero 7. Bal. cons. 119. quidam vxoratus par. 5. Paris. cons. 15. num. 66. & 67. vol. 2. Corn. in cons. 278. num. 21, & 22. vol. 5. & in terminis Ruin. cons. 127. num. 11. vol 4. Nam si præfatę clausulæ id non operarentur, sequeretur absurdum, quod Papæ, siue Principi, superiorem, præter Deum non recognoscenti, reuocandi facultas esset sublata, vti formaliter dixit Feder. de sen. cons. 47. num. 3. & late Ias. cons. 184. num. 3. vol. 2.

51 Recusante rectore beneficij pensionem soluere, in cuius exigendi possessione reperitur pēsionarius, libere erit manutenendus, non obstante, quod sibi retinere rector pro narratis prætendat, quia sua non debet possessione, vel quasi priuari, quæ per antecedentem solutionem, seu exactionem probatur, Abb. in capit. cum venissent, col. 3.

52 vers. notat. Glos. de rest. spol. Bal. & Felin. in cap. cum Bertoldus num. 25. vers. perceptio pensionis de re Iud. Dec. in cap. Bone el primo vers. & contra ipsum soluentem, de App. quæ possessio, vel quasi operatur, quod eius solutio non sit interim retardan-

53 da, Mohed. decis. 157. Importat etenim de sui natura verbum quasi diminutionē quandam, & ideo existens in quasi possessione, non est similis existenti in possessione, Felin. in cap. Gratum num. 12 de offic. deleg. Sed forsan quęstioni huic distinctio adaptari poterit, quam infra in materia decimarū retuli & supra nu 23. quia eadem militat ra-

54 tio. Septimus Casus, qn̄ in reseruatione pensionis daretur facultas illā trāsferendi, dummodo soluenti pensionē trāslationis denunciatio fiat, & infra præfixū tempus, alias, nō facta denūciatione, eo ipso censet pensio extincta, tūc si nō adimpleta conditione, vel pacto commissio petatur, dabitur absque dicta clausula, vt ibidem Gig. nu. 9. Ratio est, quia an pensio debeatur trāslatario nec ne, ab obseruatione modi, vel conditionis dependet, & ideo, quousque agens non docuerit de obseruatione, & adimplemento præfatorum, ad pensionem agere minime

55 poterit. Hinc videmus, q̄ si coram Iudice, vel executore translatio facta fuerit vigore processus fulminati, in quo literæ

potestatis transferendi pensionem insertę erãt pro illius inualiditate, Domini in Rot. dixerunt, dummodo post factam oppositionem constet de exemplari, Achil. decis. 2. nnmero sexto, & seq. de offic. deleg. quod procedit in quolibet alio pensionario, cui fuerit assignata pensio sub modo, seu conditione aliqua, & ex eo simpliciter appellatio est concedenda, quia dum agens literas producit, eodem contextu ob non adimpletam conditionem deprehenditur nullitas, vel extinctio aperte, siue per lapsum termini, vel non impletam condictionem, eo quia literæ pensionis anima carent, ex non
56 adimplemento præmissorum, quod magis roboratur ex verbo dummodo in eis apponi solito, quod est taxatiuũ, Corn. cons. 20. num. 2. vol. 3. & facit condictionem Franc. ret. in l. si quis ita stipulatus, sit §. seia cauit, num. 5. ff. de verb. obli. quia pro forma est appositum, ideo cõdictione nõ seruata, corruit actus, nam esse dat rei, l. si vnus C. de test. l. an inutiles ff. de accept. l. 1. §. si quisita ibi Bar. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. 1. ff. delibris & postum. Habet autem reus soluere conuentus intentionem fundatam, quia non agitur ex prioribus literis, quæ iã sunt annullatæ, sed ex secundis, seu noua reseruatione. Quare cum non simus in negotio liquido, exceptioni locus est, sicuti dicimus de testamento, ex l. fin. C. de edict. Diui Adria. toll. habente exceptionem clarã, puta quando ex eo resultat vitium visibile, & sic, cum eodem tempore, & petitionem, & exceptionem producat, suo se exhibens
57 percutit ligone, Nihilominus si pensionarius esset in possessione, vel quasi exigendi, omnimodo erit danda clausula sine retardatione solutionis pensionis, & sic erit soluẽs compellendus, quia titulus ad id non requiritur, cap. in literis, & ibi Abb. de rest. spol. In alijs autem causis esset danda commissio simpliciter, & absque dicta clausula, vt late per Cassad. dec. 10. per tot. de rescript. & ita alias etiam in Signatura resolutũ fuit teste Gomes. in comp. vtr. sig. vers. & per dictã doctrinam Bart. Quod etiam amplia; si antecessor soluisset, & ipse successor nunquam, nam contra dictum successorem age re potest, & est manutenen dus. Gig. vbi super q. 27. num. 10. Vestr. in sua prax. lib. 3. capitulo sexto nume. 2. Gomes. vbi supra in fi. comp. Vtr. sig. vers. per prædicta, vbi ita datam fuisse commissionem asserit, licet trãslatio minime intimata foret, addita clausula de partium consensu apposita, præstita cautione in forma depositi de restituendo in euẽtum succumbentię. Nam si partes per dictam clausulam concordes non fuissent, absque ea, & bene rationibus supra allegatis Domini tunc commissionem dedissent, vt ibi Gomes. Licet soluens possit agere via ordinaria ad repetendum, si declaratur nulla pensio, quasi in eadem sententia condemnetur, ad restituendum eam, qui percipit.
58 Octauo denegatur dicta clausula, quando sub modo fuit reseruata pensio, seu etiam translata, puta si Titius consenserit, vel sub alia condictione, tunc ea non purificata, nequaquam titularis cogi ad soluendum poterit, vt per Cassad. dicta decis. 10. de rescrip. Gig. vbi supra num. 10. per regulam, quod debitum sub modo, vel condictione, non dicitur debitum, l. sicut fundus ff. de cond. & dem. At si condictionem purificauerit, seu præmissa adimpleuisse, vel alias mandatum executiuũ obtinuisse docuerit, tunc datur clausula executiua, vt dixi de tertio veniente pro suo interesse ad causam nullitatis committendam, ad effectum retardandæ executionis qui nequit audiri, neque illam impedire, cap. veniens el 2. de testi. cap. insuper de re Iud. Vel si pensionem exigens pauper adeo esset, quod illam restituere succumbendo non valeret, siue ne ad cap. odoardus, vel c. peruenit beneficiũ conuolaret, dubitaretur, eo casu datur clausula in commissione, prestita cautione de restituendo in euentum succumbentiæ, vel alias prouidendum erit, & adeo, quod pensionem soluens pecunias recuperare possit iuxta facti
59 qualitatem. Nono alium addo casum, talem clausulam denegari, si contra pensionem pronunciatum foret, quia cum sit per sententiam vulnerata, & res non integra; quando pensionarius causam Appellationis committi petat, datur commissio appellationis absque dicta, clausula, & ita existente Signaturæ Præfecto bonæ memoriæ Illustrissimo Domino Ascanio Cardinali Sfortia, proponente R. P. D. Canigiano Nobile Florentino tunc Referendario, modo Archiepiscopo Aquensi, in vna Nucerina pensionis, fuit in Signatura resolutũ. Decimo, si ad alicuius fauorem resignatum fuerit beneficium cum hac condictione, vt Caio nepoti suo Clerico reseruetur aliqua pensio annua, puta, scutorum quinquaginta. Si Caium non esse clericum compertum fuerit, sed laicum simplicem, tunc quia vti, & quatenus Clericus pensionem sibi Papa reseruare voluit, cum non adsit causa, ex qua pensio reseruata fuit, & rescriptum vitiatur, & per consequens

pensionis

pensionis assignatio nulla redditur, cap. significante, vbi glo. de rescript. Similiter, si alicui vti Clerico conferatur beneficium, & Clericus non sit, collatio est nulla, Dec. in d. cap. 2. de instit. & c. adeo de rescript. vbi Felin. per tres, col. Archid. in cap. fi. 12. q. 1. cap. ex litteris de transact. Sed an Clericatus per testes probari valeat, dicas, quod aut testes, etiam non interrogati reddunt causam congruentem sui dicti, puta, quia viderunt illum ordinem, vel ordines suscipere, & tunc bene probant, at si dicant vidisse habitum asportare, præsumptiuè probant, Bal. Fel. Imol. & Butr. in cap. cum causam de test. Mascard. de probat. conclus. 1369. num.
60 31. & 32. Laicis autem nõ, sed Clericis pensio assignatur, & Licet Papa in collatione beneficij nominet aliquem Clericum, ob id non probatur Clericatus, neque ipsum Clericum, Abb. in cap. dudum, num. 7. de probat. Quod ampliatur, non solum si motu proprio id fiat, verum etiam si post assignatã pensionem clericatum assumat, quia cum Datæ tempus inspici debeat, nihil operatur habilitas postea superueniens, cap. si eo tempore de rescrip. in sexto. Gig. vbi sup. quæstione 22. a num. 8. ad fi. multa congerens, quē videas, igitur, si pensio ab initio est nulla, si de non clericatu obijceretur, vel daretur fumus, & non constaret de eo, erit, simplex absque aliquo clausula commissio
61 concedenda. Olim autem pensio, quæ nõ consueuit pro beneficio Ecclesiastico computari, laico reseruabatur, quamuis hodie non fiat, sed tunc in litteris reseruationis narrabatur, quod erat laicus, Gig. vbi supra,
62 quæst. 52. num. 3. At si equiti Hierosolymitano foret pensio assignata, qui in litteris pensionis expeditis clericum se faceret nominare, licet non esset, tamen, quia largo modo saltem dicitur Ecclesiastica persona, atque Ecclesiastico subest iudici, qui matrimonio se copulare nequit, non tenebitur verificare clericatum, immo præfata obiectione non obstante, poterit agere ad pensionem: superioribus autem, promittunt obedientiam; quare ab illo statu retrocedere non valent, vnde saltem regulares dicuntur, ac in huiusmodi statu a Papa approbato, religiosi, & personæ Ecclesiasticæ, vt per Cæs. de Gras. decis. prima, num. 18. vers.
63 Et tanto magis, ad fin. de probat. Vndecimo denegatur clausula præfata, quando cõmissio in prima instantia fuerit absque ea signata, quia pariter non dabitur in secunda instantia, quæ non debet esse melioris con
64 ditionis prima. Duodecimo pariter, quando ex litteris Apostolicis contra pensionem resultaret exceptio, Bar. in l fi. §. praui, ff. qđ
65 vi aut clam. Decimotertio, neque apponitur clausula, quando clericus, cui reseruata erat pensio, matrimonium cõtraxerit, Gig. vbi supra, quæst. 54. aut miles fiat. Gig. q. 55. quod non procedit, quando haberet priuilegium, a Sede Apostolica concessum, seu confirmatum, vti multis militibus diuersarum Religionum indultum dicitur, quia ex eo inhabilitas cessaret supradicta: & an, & quando clausula præfata detur in hoc ca
66 su, vide Put. dec. 254. par. 2. Decimoquarto existente super beneficio iam prima pensione imposita, si secũda imponatur, etiam motu proprio Papæ, non facta de prima, & antiqua mentione, secunda pensio erit nulla, Cassad. decis. 3. de pens. super reg. Cancell. Veral. decis. 301. num. 1. par. 2. Gig. de pens. quæst. 29. num. 1. & seq. nec sufficit partem scire aliam adesse pensionem, quia debebat particulariter narrare, vt ibi per Cassad. ideo stante hac efficaci nullitate ex ventre litterarum, cum tot subreptionibus, & obreptionibus resultante, non venit clausula concedenda, erat nanque sufficiens, si narrata foret prima pensio, retrahere animum Papæ a concessione secundæ pensionis, ne tã beneficium grauaretur, quod saniori iudicio repono. Quamuis id non procederet, quando in supplicatione, vel litteris assignationis pensionis secundæ præfatæ, essent apposita verba in genere primã denotantia, exempli gratia, aliæ insuper assignatæ pensiones, & præsens pensio, vel similia, quia istam expressionem generalem tũc Papa sufficere cogitauit, vt latè Veral. decis. 296. par. 2. cum addit. Item si prima pensio esset nulla, & reseruetur secunda, nullaque de prima fiat mentio, non ob id erit secunda nulla, Veral. decis. 301. par. 1. de quo latè Gig. de pens. quæst. 51. nu. 28. & 29. & seq.
67 Decimoquinto causa, refertur per Achil. decis. 1. de pens. in qua simpliciter commissionem asserit dandam, quando quis non est successor iuris, seu Dominus beneficij habens causam anteriorem, cap. si propter de rescript. in 6. Negus. de pign. par. 4. conclus. 7. nu. 20. & ideo in vna Vicenensis pensionis, in qua contra vnum ex Prępositis pẽsionarius agebat ad pensionem, & Præpositi erant ministri Capituli, viuentes de capituli introitibus, qui absque consensu capituli pensioni consenserunt: eam de nullitate Capitulum in Rota redarguebat, coram Illustrissimo Blanchetto, instãdo, vt ad vlteriorem exequutionem procederet, rescriptum

ptum fuit, addita clauſula prout de iure, licet coram eodem Illuſtriſſimo per prius fauore penſionis, ſub die 16. Octobris 1589.
68 pronunciatum fuiſſet. Decimoſexto, clauſulam denegandã cenſeo, ſi ex defectu cauſæ penſio corruit, puta quando reſeruatio eſt nulla, & nihil valet, data reſignationis nullitate Achil. deciſ. 12. de penſ. incip. in vna Tullen. & ita in vna Reatina penſionis tenuit Rota coram R. P. D. Pamphilio 10. Iunij 1585. maximè quando de non iure reſignantis doctum ſit, vt ibi Achil. deciſ. 9. præcipuè ſi ex probationibus factis, ſiue viſione ſcripturæ id pateat, vt per Caſſad.
69 deciſ. 10. de reſcript. Caſus euenit in Signatura propoſitus, penſio erat ſuper canonicatu impoſita; & penſionarius in quaſi poſſeſſione exigendi, deceſſit interim titularis, & confertur alteri canonicatus, & prębendam poſſeſſionemque adeptus eſt, & optat dictæ Eccleſiæ alter canonicus. Interim pẽſionarius, & titulari, & illi, qui optauit ſuas litteras ſuper penſione expeditas intimare facit, probatis clericatu, & alijs requiſitis, reproducto monitorio coram A. C. & cauſa diſcuſſa, vnuſquiſq; eorum pro dimidia pẽſione condemnatur: Commiſſio appellationis porrigitur, in qua penſionarius reſcribi cum ſolita clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis inſtabat, eo quia, vigore litterarum Apoſtolicarum, & quaſi poſſeſſionis, quæ exequutionem paratam habent, agebatur, Gig. de penſ. quæſt. 35. Caſſad. deciſ. 10. de reſcrip. & ſic, cum ſit onus reale; cap. niſi eſſent cum ibi nota de præb. Fel in cap. ad audientiam, el ſecondo, numero primo, de reſcrip. Rota in vna Zamorenſis pẽſionis 6. Maij 1587. coram Domino Orano, & Actio penſionarij poſſidentem reſpiciat, quia beneficium cum ſuo onere tranſit grauando poſſeſſorem, ad ipſum ſpectabat ſolutio, licet titulus antiquus nõ extingueretur: Vlterius dicebant pro hac parte ſufficere, quod mutaretur. Portio, ad deciſ. Bellam. primam. Deducebatur pro alia parte, quod talis præbenda, cum ſit temporalis, nõ poterat penſione grauari, ſed canonicatui annexa remanebat, in eũ, vti; in titulum collatum, tranſibat cum onere ſuo, cum quo acceptare illum ſucceſſor tenebatur; Rot. deciſ. 6. de conſuet. in nou. ante num. 2. verſ. Secundo caſu, Caſſad. deciſ. 17. de præb. Gig. in terminis, de penſ. quęſt. 63. num. 3. verſic. Secundo vero caſu, & ita reſolutum fuiſſe coram D. Pegna in vna Cordubenſis penſionis 2. Maij 1594. apparet: Et quando penſio intelligitur impoſita ſuper fructibus vtriuſque beneficij, aut ſuper fructibus, & diſtributionibus quotidianis canonicatus, & præbẽdæ pro rata, diſſoluta vnione per optionem, penſio venit diſtribuẽda, Sed quando, ex ſtatuto Eccleſiæ, vbi eſt canonicatus, a Sede Apoſtolica confirmato, conſtat non eſſe titulum beneficij, ſed portionem, vt ſunt tituli beneficiales, qui diminuuntur, eo caſu idem canonicatus, & præbenda canonicalis retinentur, pro præbenda temporali ipſius canonicatus, & ſolum temporalis præbenda, ideſt prædium, pro fructum portione canonico aſſignatur, quod eſt temporale, dimittitur, Rot. dec. 6. de conſuet. in no. & ita diſtinguendum declarat, Gig. de penſio. quæſt. 63. nu. 2. & 3. deciſ. autem Put. 158. par. 3. loquitur in primo caſu, quando præbenda eſt realiter diſtincta, & ſeparata, quo caſu vnam præbendam dimittens, & aliam optans, nouum cõſequi canonicatum intelligitur: nã primus canonicatus cum præbenda dimiſſa remanet: Vnde, quia primo caſu penſio eſt onus reale, qui dimiſſam prębendam eſt aſſequutus, penſionem ſoluere tenetur, vt ibi Gig. & ita alias fuiſſe reſolutum coram Illuſtriſſimo Blanchetto 7. Februarij in vna Oſcenſis canonicatus 1594 conſtat, Card. conſ. 26. num. 4. cum ſeq. Quare talem diſcuſſionẽ ſequendo, mandauit Signatura, vt videretur, an in facto illius Capuana canonicatus, propoſito per R. P. D. Berlingherium Gipſium Nobilem Bononienſem, nunc Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Burgheſij Papę Vicarij Vicegerentem, adaptaretur, prima, vel ſecunda deciſio, & ita exeque-
70 retur. Princeps de poteſtatis plenitudine, non poteſt ius ex contractu quæſitum tollere, deciſ. 161. num. 2. par. 2. diuerſ. Dec. conſil. 410. num. 22. Aym. de antiq. temp. par. 1. in princip. num. 33. quia, contractus, & conſenſus ſunt de iure naturali, quod Princeps non tollit. Fallit tamen in materia penſionis, quia Papa poteſt tollere contractus, & obligationes, ac ius ex eis quæſitum, cum omnia pendeant ab ipſius gratia, & ſubſiſtentia penſionis, quam ſi Papa diminuit, contractus, & obligatio non operãtur. Put. deciſ. 53. alias deciſ. 59. par. 1. Mohed. deciſ. 138. d. deciſ. diuerſ. num. 8. Dummodo, vt dixi, derogetur expreſſis verbis reg. Cancel-
71 lariæ de iure quæſito nõ tollẽdo. Cõmiſſio ſecunda, prima non præinſerta, in quã aderat clauſula ſine retardatione ſolutionis pẽſionis, licet de illa fiat mentio, cenſetur ita cauſa nullitatis commiſſa, ſicut cauſa appellationis, ſed non retardata interim ſolutione

ne pensionis, Rot.decis. 183. num. 5. par. 3.
72 diuers. Clausula sine retardatione solutionis pensionis, contra successorem non operatur, nisi vltra litteras, & constet de quasi possessione, Put. decis. 151. lib. 3. Et quomodo ad solutionem pensionis successor teneatur, vide Put. decis. 189 par. 2. Regressus ad
73 beneficium datur, quando facta resignatione cum reseruatione pensionis, & non alias, &c. recusat titularis soluere Abb. in cap. cum quidam, num. 9. de pact. Mohed. dec. 303. & 313. Cresc. decis. 288. Put. decis. 248. lib. 2. & decis. 410. par. 3. Ial. cons. 84 numero 16. vol. 4. Rebuf. sup. concord. Franc. in rub. de reg. ad prael. in verbo etiam per cōcessionem, vers. an resignans possit habere, Nec obstat regula de annali, quia resignanti competit actio spolij, Put. decis. 14 de resti.
74 spol. Simonet. decis. 39. Fab. dec. 37. quamuis Cancellaria non soleat procuratores ad resignandum post annum admittere, Rebuf. in sua prax. in tit. de Procur. ad resign. constit. num. 18 Beneficiorū numerus est exprimendus, cap. 15. cui de praeb. in 6. vt ēt pensio, quando data sit in titulum, alias non DD. in cap. postulasti, & in cap. ad audientiam, el secōdo de rescript. Rebuf. in tract.
75 Nominationis, quaest. 9. num. 36. Clausula ob non solutionem terminorum decursōrum, quae apponitur in sententijs, & declaratorijs, contra non soluentes pensiones quomodo intelligatur, ponit Cael. de Gras. decis. 3. num. 11. de restit. in integr. Exequu
76 tio pro pensionibus, & terminis decursis in vita antecessoris, non potest dari contra successorem, non constito de diligentijs cōtra antecessorem, vel si mortuus fuerit, contra eius haeredes saltem; Cassad. decis. 4. de locat. & coram Illustrissimo Blanchetto, in vna Ispalensis pensionis 16. Decēbris 1577. & 22. Ianuarij tenuit Rota, & in alia Zamorensis pensionis coram Domino Orano 6. Martij. 1587. Fideiussor obligatus in causa
77 pensionis, eodem modo de nullitate ipsius dicere potest, sicuti principalis, quia cum aeque sit obligatus, omnes qualitates in obligatione fideiussoria censentur in illo repetite, l. si cum proponitur, ff. de fideiuss. & eo magis, quia sua interest, se a tali fideiussione liberare, & ita resolutum fuit in Rota, in vna Placentina pensionis, coram D. Penia,
78 8. Martij 1593. Pensio constituitur cū clausula, quod illam, quis nisi litteris expeditis exigere non possit, cū decreto irritanti, exigit pensionarius ante litterarum expeditionem, fuit dubitatum in Rota, an pensio esset nulla, & resolutum, quod sic, quia non seruata forma permissiua, immediate succedit forma destructiua, & cōsequenter actus est ipso iure nullus, cap. 1. de Baptis. vt post Bal. notat etiam Ias. per illum textum, in l. praetor ait, §. siue autem, num. 2. in fin. ff. de oper. nou. nunc. & ita Rota tenuit coram Domino Mellino, in vna Veronensis pensionis 1. Iulij 1592. & iterū coram Illustrissimo Mantica, in vna Sabinensis pensionis, Lunae 13. Iunij 1594. & in eadē Lunae 14. Decembris, eodem anno; nam tale decretum est poenale ita inducens nullitatē actus pp odium personae contra prohibitionem legis efficiēns, vt late Rota in vltimis supra
79 alleg. dec. Pensio imposita sub assertione, quod medietatem non excedat, an dicatur nulla, & Dñi in vna Vicentina pensionis lunae 20. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Mantica, dixerunt, quod si pensio ex resignatione beneficij imposita fuit, & asseratur fructuum dimidiam non excedere, & econtra, de nullitate detur, quod verè excedat, cui competat, id probandi onus: tali
80 nempè casu, cum expressio valoris vim conditionis habeat si illa non est vera gratia, tanquam subreptitia in totum redditur nulla (licet resignans ad suum reuerti beneficium possit) quamuis prius in eadem causa, coram eodem Illustrissimo Mantica die 26. Iunij 1592. in vna Vercellensis pensionis Rota tenuerit, translationem sustineri, quia summa est indiuidua, ob id vtile p inutile non vitiari Bart. in l. grece, §. illud, num. 6. ff. de fideiuss. Rom. cons. 66. num. 1. Vnde si talis pensio auctoritate Papae fuerit reseruata, vel translata, non erit nulla, sed reducibilis, vt in dicta decis. quando capitulum resignationis nō est separatum, Cresc. decis. 17. de rescript. & idem tenuit Rota in vna Clusina 9. Decembris 1575. coram bon. mem. Illustrissimo Lancellotto, & in alia Toletana, quintae partis 9. Maij 78. Pen-
81 sio reseruata fuit quatuor millium scutorum, cum clausula, dummodo remaneant mille pro titulari, praesupponitur pensionarium esse, in quasi possessione exigendi, sed dicebatur illa scuta 1000. pro titulari nō remanere: ideo coram Illustrissimo Mantica Rota dubitauit, in vna Vercellensis pensionis 26. Iunij 1592. ad quem onus circa praemissa probādi pertineret, & iterum amplectēdo decis. coram Domino de Rubeis, in vna Paduana pensionis 1589. dixit, quod aut pensionarius iudicio possessorio agit, & tunc cum quasi possessio releuat ab onere probandi, quia super possessionis, vel quasi causam exprimere possidens non tenetur;

donec contra eum non ſit pronunciatum, titularis erat probandi onus, Abb. in cap. querela, nu. 2. de elect. l. licet, §. ſed & ſi quæratur vbi Caſtr. num. 9. ff. ſi ſeruit. vendicet Ruin. conſ. 154. nu. 4. verſ. Sicut ergo, vol. 4. Aut petitorio titularis contra penſionariū agit, negans ſe debere penſionem, & tunc onus probandi, quod 100. remaneant, pertinet ad penſionarium, quia, vt dixit Abb. loco citato, num. 10 Quando agitur ſuper proprietate iuris percipiendi, cauſa ab illo, qui ſibi deberi penſionem aſſerit, probāda venit: Vnde iſto caſu, quaſi poſſeſſio ab onere probandi non releuat, vt ibi Caſt. num. 8. & latè in dicta deciſ. quam denuo Rota ſequuta fuit in vna Salamantina penſionis coram Domino Gipſio 20 Martij 1593. Translatarius gratiam transferentis iuſtificare tenetur, quod ceſſat ſi longiſſima quaſi poſſeſſio concurrat, & ita Rota coram Domino Mellino in vna Brixienſis penſionis 28. No
80 uembris 1595. tenuit: Immo quod poſſeſſio exigendi transferentis, tranſlatario non ſuffragetur, vt ex ipſa ſit illi dandū mandatum de manutenendo, prius Rota dixit in eadem Brixien. penſionis coram eodem Domino Mellino 23. Maij 1594. reuocando deciſ. prius factam 17. Maij 1593. in alia
81 Bononienſis penſionis. Si porrigatur commiſſio, in qua litteras ad corrigendum tranſmitti petatur, dari ſolet, ſed cum clauſula arbitrio iudicis, & hoc, quando penſio eſt aſſignata ſine conſenſu, & aduerſarius non eſt
82 in poſſeſſione exigendi. Cauſa denegatæ ſolutionis penſionis in Curia non committitur, niſi, vel ceſſans ſoluere in ea ſit p̄ſens, vel in Curia ſit ſolutio deſtinata, ſed ſi penſio eſſet magnæ quantitatis, licet in partib. ſolutio facienda foret, vt puta 100. ducatorum, & vltra, bene poterit in Curia cauſa de
83 mandari. Commiſſio appellationis in cauſa penſionis datur, etiam abſque clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, quando fructus currentes, ſeu mortui ſunt theſaurario cōmuni reſeruati, verbi gratia theſaurario religionis Hieroſolymitanæ, dico ſi tunc pendat cauſa, an ſolui debeat penſio p̄teritorum annorum, cui partes conſenterunt, & ita in quadam antiqua Signaturæ praxi manuſcripta obſeruatum fuiſſe atte-
84 ſtatum repetij. Conſtituto procuratore ad conſentiendum reſeruationi penſionis, reuocatus fuit, ſibique reuocatio intimata, nihilominus præſtitit conſenſum, & litteræ Apoſtolicæ expeditæ fuerunt, quarum vigore, proceſſerunt exequutores in partib. ad cenſuras contra penſionis debitorem, qui appellauit, fuitque in Signatura dubitatum, an eſſet danda clauſula, ſine retardatione ſolutionis penſionis, & poſt lōgam diſputationem, Domini abſque illa reſcribendū dixerūt, ſed cum clauſula, dummodo infra menſem aſſerta probentur, ea ratione, quia procurator principalis ad illi conſentiendum datus, ante præſtitum conſenſum, per ſubſtitutos, ſibi reuocationem notificatam fuiſſe atteſtatus fuit, de qua aduerſarius habuit notitiam, quamuis poſtea fraudulenter præſtari conſenſum, per procuratorem ſubſtitutum, cui adhuc reuocatio non fue-
85 rat intimata, curaſſet. Alias in vna Parmenſis cuſtodiæ, & Parochialis Eccleſiæ Sanctæ Brigidæ, data fuit commiſſio, in qua orator qui ob non ſolutiōnem penſionis fuit per ſententiam beneficio priuatus, & appellauerat, fuit ad appellationis cauſam proſequendam 11. die, a die habitæ notitiæ interpoſitam admiſſus, attento, quod ſoluerat retardatas penſiones, quæ ſine vlla proteſtatione fuerunt ab aduerſario receptæ, & penſionarius fuerat diligens in tranſmittendis pecunijs per Banchum, licet procuratores poſtea fuerint in ſoluendo negligentes.

Com. Bononienſis.

BEatiſſime Pater lite, & cauſa vertente coram Aud. Cam. vel alio iudice inter S. V. oratorem A. Rectorem Eccleſiæ Sancti D. vel canonicum Cathedralis Eccleſiæ Sancti C. ex vna, & quemadmodum D. ſuper prætenſa reſeruatione annuæ penſionis ducat. 100. auri de Camera ſuper fructibus redditibus, prouentib. vel quotidianis diſtributionib. partibus ex altera. Idem, qui non minus nulliter, quam iniuſtè, inauditis partibus, ac iuribus non uiſis, oratorem ad ſolutionem præfatæ penſionis condemnauit, & cenſuras, ac pœnas in litteris contentas incurriſſe declarauit; verū quia penſio præfata eſt nulla, eo quia fuit reſeruata, dummodo medietatem non excedat, & ſuam intentionem, ac conditionem in litteris inſertā aduerſarius non probauit, ſiue verificauit, & penſio ſub modo aſſignata, niſi modo verificato non debetur: ideo orator agens pro Eccleſiæ ſuæ libertate, ſentiens ſe granatum, infra legitima tempora ad S. V. appellauit, ac de nullitate dictę pēſionis dixit. Dignetur, itaque S. V. cauſam, & cauſas appellationis, & appellationū nullitatis, & nullitatū p̄fatę prætenſæ penſionis iniquitatis, & iniuſtitiæ, nec non quam, & quas idem

orator

orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit contra dictum aduersarium, omnesque alios sua quomodolibet coniūctim, vel diuisim ītere ſſe putātes &c. cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali, alicui ex sacræ Rotæ Auditori, vel Locumtenenti, audiendas, cognoscēdas, fineque debito terminandas committere, & mandare, Cum potestate citandi, & inhibendi in Curia, & extra, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, contradictores, & rebelles pœnas præfatas incurrisse declarādi, grauandi, regrauandi, & interdicendi, inuocato si opus fuerit brachij secularis auxilio, Oratoremque a censuris simpliciter, vel ad cautelam absoluendi, cæteraque omnia alia, & singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, vel opportuna: Constitutionibus, ordinationibus Apostolicis, stilo Palatij, & curiæ, cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus minimè obstantibus, quorum tenoris, &c.

Poterit etiam dari casus, in quo petatur committi causa nullitatis, & excessiuitatis pensionis, quo casu, cum pensio non sit nulla, sed reducibilis, ideo facti serie, vt præmittitur narrata, petatur committi causa nullitatis, vel reductionis pensionis, siue nullitatis translationis dictæ pensionis, cum supradictis clausulis. Aliquando volentes diffugire solutionem, postquam succubuerūt in præfata causa, simplicem commissionē appellationis, vel alias palliatè, & sub confictis coloribus expediri satagunt, ac illius vigore inhiberi: Vnde reformatur postea talis commissio hoc modo.

BEatissime Pater, si aduersarius in pinserta S. V. narrasset, put malitiosè, & fraudulenter tacuit, qđ coram A. C. Seu alio iudice executore in litteris apostolicis specialiter deputato, fuit ad pēsionem præfatam executiuè vigore dictarum litterarum præfatarū actum, & ad illarū fauorem pronūciatū, quæ habent exequutionē paratam, & nō admittunt appellationem suspensiuam.

Vel quod orator est in pacifica possessione, a multis annis citra dictam pensionem exigendi, tam ab ipso aduersario, quam eius antecessore, qua ex abrupto priuandus non venit.

1 Seu per Aud. Cam. vel N. Iudicem, fuit ob non solutionē dictæ pensionis præfatæ aduersarius excommunicatus, & cum sint censuræ in Rom. Cur. latę, non debet audiri appellans, nisi parito iudicato.

Aut etiam, licet pensio præfata prætendatur excessiua, tamen nulla non est, sed reducibilis, & interim sua possessione non est orator priuandus, eo maximè, quia ipsemet aduersarius illius reseruationi consensit, vel soluit, & orator in quasi possessione exigendi reperitur.

Vtique pręinsertam minimè obtinuisset, cum itaque falsus pręcator impetrat s carere debeat, dignetur, itaque S V. eidem iudici, cui præinserta dirigitur; committere, & mandare, vt in causa, & causis huiusmodi procedat, perinde ac si præinserta esset signata cum clausula sine retardatione solutionis pensionis, vel nō retardata executione litterarū Apostolicarum, Cum potestate citandi, & inhibendi &c. oratoremque in possessione exigendi dictā pensionem, in primis, & ante omnia, prout iuris fuerit, manutenendi, mandataque insuper necessaria, & opportuna, etiam sub suo paruo Sigillo, regula contraria non obstante, toties quoties opus fuerit decernendi, relaxandi, exequendi, ac exequi mandandi, Cæteraque omnia alia, & singula faciendi. &c.

Poterit etiam esse, quod feratur sententia contra pensionem; vnde cum iam sit pensio per sententiam vulneratam, ad instar Cameralis obligationis, in simili statu perdat priuilegium, & viam exequutiuam, & causa ordinaria sit: Vnde, (vt dixi) rescribitur in causa appellationis simpliciter, & formanda erit, commissio ordinaria, narrando contra pensionem pronunciatum, quæ solet compilari in causis appellationum, quæ Rotæ demandantur, cum agatur de perpetuo præiudicio.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ a iure diuino adinuentæ fuere, quasi Deo debitæ, & quare.*
2 *Decimæ quare clericis assignatæ fuerint.*
3 *Decimæ sunt de iure naturali, & diuino.*
4 *Decimæ, quo ad quotam ex lege Euangelica iure humano, & diuino institutæ sunt.*
5 *Decimæ sub peccati pœna soluendæ.*
6 *Laicis ante Lateranense Concilium, decimæ debeantur.*
7 *Lateranense Conciliū laicis decimas, quas habebāt retinieri permisit, sed non nouas habere.*
8 *Coloni terrarum, an comprehendantur sub priuilegio Ecclesiæ bonorum Domino, immunitati decimarum concesso.*

Appel-

De Commiſſ. appellationis in cauſis Decimarum.

POſtquam de rebus ad Eccleſiam pertinentibus verba fecimus, telam ſectando, breuiter circa decimas nonnulla ſubnectamus. Sæpiſſimè, itaque appellantium voces a ſententijs latis in partibus, in cauſis decimarũ audiri

audiri solent in Signatura, quando com-
1 missionibus appellationis porrectis, aut Rotæ vt plurimum, aut extra eam causas demandari instant. A iure nempè diuino decimas fuisse adinuentas, nemo est, qui ambigat: ideo ab ethymologiæ vocabulo, quasi Deo debitæ dicuntur, vt earum solutione, in vniuersalis dominij signum particulariter, ab omnibus, omnium Dominus secernatur, illas sibi reseruauit, iuxta Psalmum 23. Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo, & alio Psalmo, si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ, & alibi. Quia ego Dominus, & de hoc plenè
2 omnes sacræ paginæ testantur. Sicque merito illas Clericis cultui diuino incumbentibus, vel sacris interessentibus, ac Ecclesijs, quæ domus Dei sunt, inseruientibus, de iure naturali, & diuino legis Euangelicæ, a laicis ad instar primitiarum terræ,
3 in eam fructuum parte, quasi ad eos alendos, congruamque laborum, ac operum spiritualium, quæ ministrant, sustentationem, tradi, vti impensa iustæ mercedis, quasi debitæ necessario, dixit S. Tho. 2. 2. q. 86. vbi Gaet. artic. 1. & q. 100. art. 3. Cardin. Turrecrem. post alios, in cap. omnes Christiani, de consecr. distinctione secunda, parte prima, Rom. cons. 344. Couar. var. resol.
4 libro primo, cap. 17. numero tertio. Licet quo ad quotam, quæ verè decimæ pars est, accedente lege Euangelica, iure humano, & Pontificio institutę fuerint, & ex eo iure ad veteris diuinæ legis immitationem, obligatio orta fuit, ob id, quod hodie Christiana plebs sub peccati mortalis pœna illa
5 soluere teneatur, & ratione peccati humani & sacrosanctæ Sedis Catholicę, & Apostolicæ, cui omnes Christi fideles subesse debent, Couar. vbi supra, numero secundo, tertio, quarto, & sequent. sancitum extitit. Hinc est, quod postea Rectores Ecclesiarū Episcopo illas soluunt, quæ vocantur Cathedraticum, Butr. in cap. quod super, numero octauo, de maior. & obed. quia in honorem Cathedræ, & signum subiectionis illud ab omnibus Ecclesijs, & Cappellis Episcopo subiectis soluitur, cap. conquerente, vbi glo. in verbo duos. Et ibi Hostien. in verbo duos solidos, Imol. sub num. 26. Abb. numero secundo, & Doct. de offic. ord. Quia sicut alij Parochiani, in signum subiectionis Parochiæ illas soluunt, pariter rectores Ecclesiarum, vti Episcopo subditi, in signū maioritatis idem faciant, & ita censuit Rota coram D. Pamphilio, in vna Sabinensis de-
6 cimarum Veneris 30. Aprilis 1599. Ante Lateranense Concilium Laicis de Ecclesia benemeritis, in feudum perpetuo conceden-
7 bantur. Tamen eo in Concilio, vt laici ante sibi concessas retinere possent, sed in futurū illarum forent in capaces, sancitum extitit, sub Alexandro III. Pontif. Opt. Max. cuius licentia, & auctoritate dictum Concilium celebratum extitisse colligitur, anno 1179. vt Cap. Tholos. decis. 439. & Guid. Pap. decisione 288. cap. ad Apostolicæ, de his quæ fi. a Præl. cap. quamuis, vbi glo. & in cap. prohibemus, de decim. latè Couar. loco citato num 4. versic. Olim sanè, vbi te remitto, & multa cumulata videre poteris, & ideo laicis prohibitę, quia sacerdotum spiritualia ferentium, ex temporalibus redditibus illarum portio propria est, sed non laicis spiritualium administratione incapacibus: Couar. dicto cap. 17. numero quarto, Sanctus Thomas, & Gaet. secunda, secundæ quæst. 87. artic. 3. & quolibeto 2. artic. 8. glo. in cap. quamuis de decim. Quare, vt breuitati consulam, ex supradictis rationibus, & causis Clericis sunt debitæ, cap. fi. 6. quæst. 1.
8 Abb. in cap. tua nobis, num. 4 de decim. & eodem tit. in cap. Parochianos, num. 1. Euenire itaque solet, quod multa Monasteria, seu Religiones priuilegia obtinuerint, obtineantque, quibus tam præsentia, quam futura, & vbique existentia, tam de terris, ante possessis, quam alijs post cōstitutionem, vel priuilegium acquisitis, vel acquirendis, tam si proprijs sumptibus excolantur, quam ab alio, vel alijs quomodocumque, & qualitercunque, ad decimas soluendas minimè teneri indultum asserunt. Deinde illa bona certis personis, ad quandā annuam rñsionē, sæpè dant, & locant: dubitauit Rota, an tales cōductores, adeo sub dictis priuilegijs includātur, ꝙ vna, cū pręfatis earū terris sint ab illis immunes, verū quia illa priuilegia, non eximunt res, sed personas, quib. strictè cōcessa sunt; ideo colonus illa non cōprehēdere, tenuerūt Dñi, vt latè Put. dec. 522 p. 2.
9 cū add. Vnde ad earū fauorē, ad effectum suspēsiuū, solet semper appellatio denegari, qđ cōprobaт arguendo, de minori ad maius affirmatiuè, ac de Principe terreno, ad Cælestem. Quia, si in vectigalib. laico Principi soluendis appellans nō auditur, l. abstinendū, C. quorum appel. non recip. vbi Doct. tanto magis, in materia solutionis decimarū, Deo Opt. Max. bonorū omniū auctori, ac Principum Principi, a quo bona cuncta procedunt, a quo omnia, in quo omnia, & per quem omnia facta sunt, vniuersorum Do-

O minio

minio, erit appellatio deneganda, ne via litibus aperiatur, ac ne a dicta ſolutione debita retrahantur, illas vſurpādo, vel detinēdo, Sacerdotibus, ac alijs pauperrimis victum denegando, vel tollendo, & ideo alijs pauperibus victum denegant, quia illa, quæ Sacerdotibus ſuperſunt, in pauperes diſtribui, ac in eorum vtilitatem conuertenda fore, dicit text. in cap. decimas 16. quæſtione pri-
10 ma. Et Eccleſiæ priuilegium ex earum præſtatione dignoſcitur, nam licet nō maturatis frugibus, & fructibus domina ſit, re nōdum tradita, vt dixit glo. in dicto capitu
11 lo tua nobis, in verbo tributa, Tamen ſi moniti, vt illas præſtent, fuerint renitentes, tempore debito ſunt excommunicandi, capitulo ſtatuimus decimoſexta, quæſtione prima, capitulo propter hoc 32. diſtinctio.
12 glo. in dicto cap. tua nobis in verbo compellas. Sed præcedente citatione, vel monitione, prout de iure fulminanda erit excōmunicatio, capitulo ſacro, de ſententia excommunicatione, Abb. in capitulo peruenit, numero tertio, vbi Ancher. de decimis. Quamuis ex priuilegio ſpeciali in hac decimarum ſolutione, quod citatus citationis notitiam habuerit, ſufficiat, quia eo caſu, adeo reputatur contumax, quod contra ipſum ad excommunicationem procedi poteſt, & ita latè Rota firmauit in deciſione vndecima, per totum maximè in fine, de dolo, & contumacia, in nou. Galleſ. ad formam Cameræ, In verb. reliqua de proceſs. numero nono, & decimo, Vt in ſimili, ſi ſe citandus abſentaret in fraudem, vel impediret quominus exequi, vel ad ipſum citatio peruenire poſſet, pariter conſtito de tali fraude, vel impedimento antequam excommunicetur, poterit deinde nihilominus excommunicare, vt in dicta deciſione, verſic. niſi in frau-
13 dem. Sunt autem decimæ ſoluendæ non tantum de omni terrarum redditu, ſed etiam de quouis perſonali lucro, capitulo peruenit, vbi Abb. numero ſecundo, & ſequentib. de decim. & ſtatim extrahendæ, non alias ſemente, vel expenſis in fructibus recolligendis factis, deductis, ca-
14 pitulo non eſt vbi Abb. num. primo, & in capitulo tua nobis, numero primo eodem titulo, & de animalibus, puta agniculorum, & aliorum, quæ debent aliquibus diebus, ne pereant apud matrem remanere, vide Roman. conſilio tercenteſimo trigeſimoſexto, numero primo, ſecundo, & decimoquinto, & ideo (vt ſupra dixi)
15 quaſi debita reputantur, quia non contraxit Eccleſia cum colono, vnde merito ſi ex quaſi contractu, & non ex contractu propriè colonus teneatur, largo modo debitæ dicuntur, Abb. in dicto capitulo Parochianos, numero tertio: Ideo quando in hac materia commiſſionem appellationis, ſeu aliam dari, ad effectum retardandi exequutionem, ſiue illarum præ-
16 ſtationem contingat, ordinariè non ſignatur, niſi cum clauſula, ſine retardatione ſolutionis decimarum, quia (vt dixi) ad effectum ſuſpenſiuum, ſiue retardandi illarum præſtationem, vel ſolutionem, appellatio minimè conceditur ordinariè, dicto capitulo tua nobis, vbi Abb. numero quinto,
17 & Doct. Et ideo habent iſtæ decimæ exequutionem paratam, vt ibidem, Abb. numero 9. quia illis ius aſſiſtit, & debitum eſt euidens, maximè cum pro alimētis ſint aſſignatæ, Clericis: ideo dilationem non patiuntur, cap. decimas in verſic. Sed tardius dare, peccatum eſt, 16. quæſtione prima, capitulo cum homines, verſic. Mandamus, vbi glo. in verbo fructibus, & Abb. numero tertio, & ſeptimo, & in cap. peruenit, numero tertio, de decimis. Quod tam in decimis prædialibus, quam perſonalibus locum habet, ſecund. Federic. de Sen. conſilio octuageſimoprimo, numero quinto.
18 Haſce nempè decimas ſuis ſumptibus, vſque ad Eccleſiam illas ſoluere debēs, aſportare tenetur, capitulo reuertimini decima ſexta, quæſtione prima. Ex quo text. iure diuino decimas ad Eccleſiæ horrea fore deferendas, habetur, Malach. capitulo tertio. Inferte omnem decimam in horreum meum, l. horis, C. de anno. & tribut. libro decimo, Cepol. in tit. de ſeruit. vrb. præd. capitulo ſeptuageſimoſecundo, DD. in capitulo ex parte de decimis. Eccleſiæ autem Parochiali ſoluūtur, dico illi Eccleſiæ, ſub
19 qua ſitum eſt prædium, vbi fructus recolliguntur, ex grani aceruo non diminuto, ſin vero colonus ex aceruo certam portionem debeat Domino permanenti, ſub aliqua
20 alia Parochia, in qua ad Sacramenta ſuſcipienda accedit, pariter illi alteri Parochiæ Dominus ſoluere decimas tenebitur. Neq; iſto caſu erit redecima nūcupanda, quia peruenit ad ipſum quantitas non diminuta, vt dixit glo. in d. cap. tua nobis in verbo, ſic &
21 Dn̄s, Sed loci conſuetudo in hoc ſeruanda venit, de qua latè per Achil. deciſ. 3. de decim. quem circa iſtam conſuetdinem, & quomodo intelligatur, videre poteris. Nam caſus iſte, an habitans in vna Parochia, & in alia prædia colens, in ambobus locis teneatur

tur decimas soluere, non reperitur in iure decisus, merito consuetudini in hoc standum fore censuit, vt in decis. Achil. sexta,
22 de decimis: Tunc autem redecima nuncupatur, quando ex communi aceruo vna soluitur decima, & deinde ex parte me tangente, soluo aliam decimam: ideo hoc casu redecima vere erit, ad eius exactionem, si aliud non adest, Titulus sufficit. Seu posses-
23 sio immemorabilis, quæ titulum tribuit, & priuilegium; Henric. Boijc. in cap. peruenit, numero tertio, eodem titulo, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quot. &t. capitulo primo, de præscript. in sexto. Et talis quasi possessio, vel titulus habetur pro veritate, glo. 1. circa med. in l. 1. ff. de sent. & exeq. Bald. in cap. cum causa, numero primo, de præscript. in sexto Card. consil. 88. columna prima, versic. Item scire, & consilio 118. versic. Venio ad aliud Ruin. consil. 103. numero quarto, & decimoquinto, volumine quinto. Nec inconuenit, quod vna soluatur decima Ecclesiæ Parochiali, seu Baptismali, in quã Domini præsidiorũ & diuina officia audiunt, & Sacramenta percipiunt, capitulo Ecclesias, §. 1. 13. quæst. 1. & in c. cum sint homines de decim. & altera, quæ vocatur prædialis, soluatur Ecclesiæ, intra cuius Parochiam sita sunt prædia, vt bene per Henric. Boijc. in cap. peruenit,
24 numero primo, & secundo, eodem titulo. Et ideo etiam redecima dicitur, quia. Prima soluitur Parochię, & postea (vt dixi) Ecclesiæ, in cuius dictione sita sunt prædia, vt per eundem Henric. in cap. cum in tua,
25 numero tertio, eodem titulo. At redecima, cum bis res decimetur, & consequenter ius alterius auferat, illud Ecclesiæ acquirendo, vt odiosa, de iure non debetur, Innoc. in cap. cum sint, numero primo, & seq. vbi Abb. & Doct. de decim. & habetur coram Sanctis. Domino Nostro Clemente Octauo, tunc R. P. D. Aldobrandino Rotæ Auditore decis. in vna Toletana Redecimarum 19. Octobris 1569. Ac in eadẽ causa, idem censuit Rota corã Domino Pamphilio 21. Maij 1586. Igitur cum resistat ius, quia ordinariè, vt dictum est pro eadem rebis, decima solui non debet, nec respectiuè percipi, glo. in cap. Pastoralis, eodem titulo, Gig. de pens. quæst. 59. numero tertio, Lap. alleg. 135. numero sexto, & nono, Titulum probare necesse est, cap. cum persona vbi Ioan. Andr. numero sexto, Anch. numero quinto, Franc. numero octauo, Gemin. numero primo, de priuileg. in sexto.
26 Sed nõ ita simpliciter supracitata vera sunt nam Aut inferior, cui ius resistit, agit contra superiorem, ex tunc procedit dispositio dicti capit. cum persona, ex decisione quinta, Achil. de restit. spol. Aut agit contra alios, quibus tantum ius commune resistit, & non aduersatur vehementissima præsumptio, & tunc in tali iudicio manutenendus est possessor, etiam si soli possessioni innitatur, Couar. pract. qq. cap. 17. numero decimosexto, Menoch. in vlt. rem. retin. numero vigesimoprimo, & seq. Achil. in dicta decisione quinta, supra relata, & ita tenuit Rota in vna Conchen. redecimarum coram R. P. D. Seraphyno Decano 25. Octobris 1593. & maximè contra laicum, aduersus,
27 quem exactio decimarum non impeditur prætextu appellationis interpositæ, Quapropter in similibus rescribitur cũ clausula sine retardatione solutionis decimarum, glo. in cap. tua nobis in fi. de decim. & glo. in cap. fi. in verb. quoties, secunda quæstione sexta, Fed. de Sen. consil. 81. numero quinto, Spec. in tit. de appellat. in verb. de quib. numero quinto, Marant. de ordin. iudic. parte sexta, tit. de appell. numero 293. Rebuf. in Tract. de decim. quæst. vlti, numero vigesimoprimo. Pręcipuè si aderit possessio quasi exigendi, Sarn. in praxi vtriusque Signatura, numero 86. Gig. de pens. quæst. 35. numero nono, Staphyl. de lit. iust. §. imprimis, num. 21. quę erit etiam sufficiens ad obtinendum mandatum de manutenendo: Sed debet probari generaliter possessio exigendi expressè, ex arrendamentis omnium terrarum loci, vbi causa tractatur, Bar. in l. 1. §. si quis hoc interdictum, numero primo, ff. de iter. act. priuat. Bald. in l. 2. num. 49. C. setu. & acq. & in l. 1. num. vigesimoquarto,
28 C. de emancipat. Quia in materia redecimarum, magis causa ipsius possessionis, quã exercitium attenditur, Fel. in cap. auditis numero 18. de præsumpt. Balb. de præscript. parte secunda, principali, quæst. 2. num. 12. & ita, (vt dixi) coram Domino Seraphyno censuit Rota in citata decis. Cordub. redeci-
29 marum 25. Octobris 1593. At quando de decimis magni valoris agi contingat, puta excedentibus summam mille scutorum, quia tũc causa considerabilis dicitur. Si erit vltra Mõtes, in Rota demãdari poterit, pręcipuè, quando adest iuramentum perhorrescẽtiæ, ẽt dato, quod causa sit in prima instãtia: ea nempè ratione, qa cum decimæ sint Ecclesiasticæ, sic etiam personæ agentium, facillimè causa fit curialis. Secus si citra mõtes esset, quia dato, quod sit parui momen-
30 ti, etiam in Curia Romana, committi valebit

lebit, ideo diſtantia, ſi parui, vel magni momenti, & ſtatuta locorum, præſertim, ſi Apoſtolica ſint auctoritate roborata, ac perſonarum gradus, ſi diuites, vel pauperes ſint, & circumſtantiæ, ſi in prima, vel ſecunda inſtantia, nam ſi in prima corā
31 Ordinario interdum venit tractāda, & qualitates bene rimandæ. Sed ſi cauſa ratione, tam paruæ ſummæ forſan non eſſet Curialis, poterit addi in commiſſione clauſula, ac iure etiam decimandi, & tunc quia eſt ius de perpetuo, iunctis ambabus cauſis, & decimarum, & iure decimandi Curiæ digna eſſe poterit, at ſi parui fuerint valoris, & in tertia inſtantia, dūmodo ſint propè vrbem, poterunt in Romana Curia committi, maximè cū clauſula relata, & iure decimandi.
32 Sed an ſæcularis iudex in hac decimarum materia, ac cauſa annexa, eas tangente ſit competens, quæro: & breuiter aliquos ex noſtris iuris interpretes diſtinguentes inuenio. Aut eſt quæſito facti, & quando Clericus coram Iudice laico, ad illas laicum cōuenit, quia ſolum illo actu petitur laicum compelli, cum iam ſit laici rei conuenti iudex, ac rei forum ſequi actor decimas petens elegerit, competens dici poterit. Aut cauſa ſuper iure decimarum, eorumvè priuilegio, vel liberatione illarumque ſolutione tractatur, & tunc ſolus Eccleſiaſticus dicendus eſt competens, & ita voluére Feder. de Sen. conſ. 245. numero tertio. Felin. in cap. cauſam, numero decimoquinto, verſic. Facit etiam ad quæſtionem de præſumpt. Couar. pract. qq. cap. 35. numero ſecundo, cum adduc. & licet nonnulli Doctores teneant, quod ſi de quæſtione facti ſuper decimis, & non de quæſtione iuris controuerſia ſit contra laicum, ſolus iudex laicus, laici, & cauſę ſit competens, tamen pro tuto id non affirmo in iure, quia ſi ad illarum decimarum ſolutionem, (vt dixi) laici etiam per Eccleſiaſticas cenſuras veniunt compellendi, neque in quæſtione facti erit iudex laicus competens, cum fulminare cēſuras non poſſit, ſed neceſſariò eſt adeundus Eccleſiaſticus, Couar. vbi ſupra, capitulo peruenit, & capitulo nuncios, cap. cum homines, & cap. de terra, de decim. Clemē
33 tina ſecunda, de iudic. Illas autem, puta cannarum, vel arundinarum, cannemelis, vel zuccari, ex ipſis arundinibus, & non ex ſaccaro, & ſic de oliuis, & non ex oleo, ex vuis, & non ex vino, ſoluendas eſſe reſolutum iam in Rota fuit, vt ex deciſ. Mohed. 29. Tamen vltimo ab illa Domini recedendo, nouiſſimè Rota cōtrarium cenſuit, & veriuſ,

ſec. Mohed. deciſione 68. & deciſ. 152. & quod decimæ Saccari, ex iam facto Saccaro, ſoluantur, vti etiam facto vino, & Oleo, & ſic de alijs ſimilibus, & ex oliuis, & Vuis, Ratio eſt prompta, quia in eo ſtatu decimę ſolui debent, quo res ad communem hominum vſum reducta ſit, prout ſit de grano, cap. quicumque 17. quæſtione ſeptima, & cap. non eſt de decim. vt in ſimili cenſendum venit, de apum fructu, qui ſoluitur in cera, & mele, Hoſtien. Card. & Abb. in capitulo nuncios, de decim. Nec obſtat ſi replicetur, quod ſtatim receptis fructibus decimæ veniant ſoluendę, vt in dicto cap. cum homines, de decimis, quia huic motiuo glo. ibi in verbo fructibus reſpondet, vt ſoluantur, quam citius, & competentius ſolui poſſent, nec per hoc tollitur, quominus prius ad communes vſus deduci debeant ab illo, qui eas dare, vel ſoluere tenetur, vt diximus, de Grano, Oleo, & alijs Mohed. deciſione 68. Et quamuis nonnulli fructus induſtriales videantur, tamen naturales quo
34 ad decimarum effectum reputātur, eo qa, niſi diuina prouidentia operaretur, vana omnis perſonæ induſtria eſſet, ac labor, Abb. in cap. cum non ſit, in primo not. & in cap. non eſt, de decim. Put. deciſione 84. parte prima, & quādo debeantur etiam in ſaccaro deductis expenſis, quia omnes expēſæ vocantur, vſquequo ad perfectionē ſint deductæ, puta in colligendo, & reducendo ad finalem formam, tamen deducendę non veniunt, idem Put. deciſione 100. par. prima, quia ſi ſolutio in cannis fieret, & alijs narratis, inutilis diceretur, Etenim Deo, & per conſequens eius Eccleſiæ, rem imperfectam eſſet dare, & ex parua quantitate, non poſſet forſan ad eſſentiam Saccari, & aliorum reduci, vnde Deus, cui omnia meliora ſunt danda, & Eccleſia eius no
35 mine fraudata remanerent. Aliquādo in cauſa decimarum ſuccumbens, exemptionem ab illarum ſolutione ſibi a Papa conceſſam allegat, vel alias proillis ſe compoſuiſſe ſemel, vt perpetuò liberaretur: Tunc appellatio etiam ad effectum ſuſpēſiuum, ſi id verū ſit conceditur, Abb. in dicto capitulo cum non ſit, vbi Henric. Boiic. numero octauo, & Butr. numero nono, Et quando
36 quadragenaria exigendi conſuetudo probatur, vel īmemorabilis, ſat erit. Ea rōne, quia contra quālibet ipſarum non reſiſtit ius cōmune, Abb. in cap. aliquibus, nu. 7. & ſeq. de decim. Parif. conſ. 25. num. 21. volumine quarto, Rebuf. in tract. decim. quæſt. 13. numero 46. Guid. Bon. deciſ. 84. ſub num. 2.
Sed

37 Sed in hoc particulari pulchra euenit causa in Signatura iustitiæ subtilissimè pluries proposita, discussa, & resoluta: & cum denuo accidere possit, illam recẽseri decretis, Latę in materia decimarum contra defunctum tres erant sententiæ. Tertius insurgẽdo, rationibus infra dicendis, illarum exequutionem impedire quærebat, & in vna Toletana decimarum, me proponente, inter Illustrissimum Cardinalem, Archiepiscopum ex vna, & Ducem de Beijer ex alia, licet per R. P. D. Anselmum Dandinum, Nobilem Cesenatensem, prius proposita esset commissio, in qua, (vt dixi) latę fuerant tres sententiæ Rotales contra Patrem agentis, tunc Ducis antecessorem, & Illustrissimus Cardinalis illarum petebat exequutionem, contra Ducem filium, & assertum hæredem patris, ex cuius facto, vti repręsentantem personam propriam defuncti sibi inferri debebat præiudicium, iuxta relata per Alexand. consilio decimonono, numero primo, volumine quinto; Curt. iun. consilio tertio, sub numero quarto, versic. Et hoc modo præsumitur Bart. in l. si finita, §. si restringas, ff. de damn. infect. nam quia filius, hæres etiam præsumebatur, Alexand. in l. in necessarijs, columna secũda, ff. de acquir. hæred. & in l. si cum dotem, §. transgrediamur, columna tertia, ff. solut. matrim. Ias. in l. non hoc numero primo, C. vnde leg. Rip. in l. quod te numero 58. ff. si cert. pet. Et quia feudum, super quo exequi instabatur hæreditarium potius, quam alias erat censendum, vt ibi Curt. iun. And. de Iser. in capit. 1. an Agn. vel fil. vbi etiam Bald. Alexand. consil. 18. numero decimo septimo, & cons. 26. numero tertio, volume primo, Illustrissimus Cardin. Albanus. consilio secundo, num. 26. quo casu, etiam facto inuẽtario, insolidum creditoribus hęreditarijs obligatus erat, Alexand. cons. 19. volum. 1. Curt. iun. in tract. de Feud. car. 8. volum. 2. Alban. d. cons. num. 28. Et eo maximè, cum ex eisdem rationibus modernus Dux sese tueri volebat quibus eius antecessores superati fuerunt, qui si veniebat vti tertius, erat audiendus in statu, & terminis, quibus causa reperiebatur: Vnde merito petitam trium sententiarũ exequutionem, impedire nequibat. Rota decis. 11. vt lit. pend. in nou. Sed pro parte Ducis replicabatur, eius antecessores, ex quorũ prouidentia in feudo succedebat, habuisse antiquitus ab Hispaniarum Regibus ob benemerita immunitatem, eo quia Regnũ occupatũ, alias a Mauris, illis debellatis, reduxere ad Catholicam fidem, vti meminerat Rebuf. in tract. de decim quæst. 13. nu. 110. Veral. decis. 238. Io. Garzia de Meliorat. & expens. capitulo nono, numero 92. Pet. Vellig. de special. prin. dub. 13. de decim. §. tractemus, numero quarto, quibus stantibus, potius ex vsurpatione, & potentia Archiepiscoporum, quam alias prætendebant: ideo contra impetratam commissionem restitutionis in integrum Rotæ directam, nomine tunc existentis Ducis, nihil erat rescribendum: Et quamuis dictæ commissioni, per me propositæ, per Archiepiscopum prætenderetur addi clausula parito iudicato, dum proponente R. P. D. meo Domino Dandino alias concessa, & Dux me proponente illã de medio tolli instaret: Ad petita obtinẽda pro Duce dicebatur, quod sine dicta clausula dari in Rota commissio resti-
38 tutionis in integrum solebat, quando illã non calumniosè peti Signatura gustabat, Rot. in nou. decisione prima, de restit. spol. Cassad. decisione prima, sub numero tertio, versic. Aliquando vero, eodem titulo, Cap. Tholos. decis. 54. Mohed. decisione septuagesima octaua, in fi. & quando boni iuris fumus afferebatur, pro eius parte calumniosè suspicio cessabat, vt in decis. alleg. Cap. Tholos. 54. ac etiam, quando ex antiquis, & nouis iuribus tale bonum ius apparebat, ad decisionẽ Cassad. primã, sub numero tertio, versic. Et cum eo intrepidè tenorem, de resti. in integr. Fumus boni iuris dabatur, tum ex numero 46. testium ad famam priuilegij probandum, pro Ducis parte examinatorum, ac ex quibusdam priuilegijs, & visitationibus, quæ Signaturæ tũc nouiter ostendebantur. Vlterius dicebant, quod iure primogenituræ vocatus, post vltimus successoris obitum, non accipiebat feu-
39 dum vti patris defuncti hæres, neque eius ob id ob repræsentabat personã, sicut non habens ius aliquod ab eo; sed ex suorum antecessorum, qui primo fundauerant maioricatum, prouidentia, vt latè Couar. prae. qq. cap. 13. numero tertio, versic. hic etiã Crau. cons. 12. numero octauo. Quare non poterat ad soluenda debita per antecessorẽ contracta, astringi, vt per eundẽ Couar. var. resol. lib. 2. cap. 18. nu. 6. ver. octauo infertur.
40 Ob id, si non fuit citatus, neque per proclama, saltẽ sententiæ latè contra antecessorẽ, isto casu nõ poterãt successori obesse, vt pluries resolutũ fuit in Rota Achil. decis. 3. de re iud. Put. dec. 91. lib 3. & ĩ specie corã Dño Cantuccio in vna Ispalensis de Villalua, ea nempè ratione, quia in maioricatibus,

vel iuribus fideicommisso subiectis, vel alius pro tempore possessor, præter simplicem detentionem, ac bonorum vsum habet, Vnde stante onere restituendi, non est possidens absolutus Dominus, saltem interesse habentes, ac successores, ad hoc, vt ferenda sententia eis noceret per proclama citari saltem debebāt corroborabāt prædicta, eo quia qn̄ tertius, qui ex latis sententijs læditur nō citatus, nō allegans nullitatē comparens, volens probare, quod antecessor, qui succubuit nullum ius habebat, quia ad ipsum bona spectabant, tunc Clementinæ, vt calumnijs, de re iud. rigor cessabat, & sic noua existens persona, denuo super negocio principali veniebat audiendus Card. in dicta clement. quæstione quarta, Veral. decisione 327. numero tertio, &
41 quarto, parte prima, & vti tertius, non cogebatur in statu, & terminis, quibus causa repeiebatur venire, quia principaliter de eius agebatur interesse, Ioan. Andr. in capitulo secundo, numero primo, versic. Ille autem, quem sequitur Gemin. sub numero nono, vt lit. pend. Abb. in capitulo cum super, sub numero trigesimosecundo, versic. Ego in hoc existimo, vbi Felin. numero decimosexto, versic. Et dicit eleganter de re iud. Couar. pract. 99. capitulo decimotertio, in princip. ante numerum primum, & latè Gabr. com. opin. tit. de exequut. rei iudicate, conclusione prima, numero decimonono, Put. decis. 326. parte secunda. Quare ex relatis, clausula parito iudicato ex aduerso petita, veniebat deneganda, quia contra illū datur, cui sententiæ obsunt, & contra ipsum intrat, clem. vt calumnijs, ex mente Card. in loco sup. allegat. Rot. dec. 13. de re iud. in antiq. Alex. cons. 83. num. 12. volumine tertio, Gab. vbi supra numero decimonono, præcipuè, quia præsentis Ducis præmortuus pater defensiones omisisse apparebat, & sic super eis semper successor veniebat audiendus, vt Rota cēsuit in allegata decisione Ispalēsis de Villalua. Quo vero ad filiationem, non negabatur, sed bene non esse hæredem, ac vti filium succedere, quia ex antiquiorum prouidentia vocabatur, itaque si ex aduerso, vti filium succedere dicebatur, id allegātis, probandi munus erat, Ancher. cons. 150. numero vndecimo, Natt. cons. 140. numero tertio. Nam filius abstinendi beneficium habet, Rol. a Val. cons. 20. per tot. Et dato etiam, quod talis causa appellatione remota commissa foret, tamen tertio non comprehenso, qui poterat appellare, non erat ad nocēdum apta, non obstante, quod per eam expressè prohiberetur appellatio, Dec. in cap. super eo nu. 27. de offic. deleg. Alexand. in l. filiusfamil. numero nono, in fi. Crot. sub numero tertio, versic. secundo, Rip. sub numero sexto, Ferd. Loar. numero 128. ff. de leg. 1. Felin. in cap. cum super numero vndecimo, de re iud. Pinel. in l. 1. parte tertia, sub numero 50. vers. Limitatur tertio, C. de bon. mater. quia cum non sit hæres patris, qui consumpserat introitus Maioricatus sui tēporis, non tenebatur ad debita eius tempore contracta soluenda, Couar. var. resol. libro secundo, cap. 18 numero quarto, versic. octauo infertur Afflict. in prælud. Feud. numero 97. Iul. Clar. de Feud. in §. Feudū, numero nono, versic. Sed quid dicendum decis. Pedem. 160. numero decimoseptimo, Menoch. de præsumpt. libro tertio, quæstione 94 numero septimo. Vlterius circa deducta priuilegia, & immemorabilem, dicebant, quod si non adfuissent, verisimiliter Archiepiscopi Toletani, tanto tempore nō tolerassent talem vsurpationem, Put. decisione 56. libro secundo, & sicut asserebatur, ista erat vsurpatio, quod etiam illi visitando, nō prouidissent, ad tradita per Abb. in cap. illud, numero septimo, de præsump. Barbat. cons. 102. numero secundo, volumine secundo, Guid. Papæ, decisio. 149. Dec. in capitulo primo, numero duodecimo, de fid. instrum. Sarn. in reg. de anna. quæst. 58. num. 2. Sed quamuis pro parte Archiepiscopi replicaretur, stante diuturnitate talis famosæ, & importantissimæ litis, non esse præsumendum de ipsa modernum Ducem nōtitiam non habuisse, adeo, quod, ex latis sententijs, & re iudicata affici debebat, Rip. & Ferd. Roaz. in l. filiusfam. §. diui vnus, numero 60. Alter num. 308. vbi Ias. in prima lectura, numero 47. Socin. iun. num. 132. Pinel. in dicta l. 1. parte tertia, numero 48. & 49. ff. de leg. 1. Couar. pract. qq. capitulo decimotertio, numero sexto: Eo magis, quia ex eodem iure veniebat, & nil aliud præter allegatas per patrem defensiones adducere poterat, quę nō erant repetenda, cū iam abunde super illis per tres instantias in Rota auditus, & succubuerit; & repulsus fuerit: Tamen in Signatura stantibus decisionibus allegatis pro parte Ducis, & quod non calumniosè petebatur: immo de aliquo bono iure fumus dabatur, ex priuilegijs, & scripturis, quæ ostendebantur, quamuis veniret ad causam, post sententias latas contra patrem, quia non ex persona ipsius, sed ex antecessorum prouidentia inma-

maioricatu succedebat, iuxta dec. 5. de rest. in integr. in antiq. & decis. 3. Achil. de sent. & re Iud. ac supradicta allegata decis. Hispaler. de Villalua Domini mei rescripserunt Dño Panphilio, cum clausula parito iudicato arbitrio Rotæ, quæ clausula (vt dixi) importat prout de iure, quamuis, iuris vigore ommisso, aliquam laxitatem in se contineat, & ita post longam disputationem 5. decembris commissio expedita fuit 1591. Conces-
42 serat alias Papa exemptionem a decimarum solutione cuidam religioni, orto deinde dubio, quæsitum in Rota extitit, eo quia intelligebatur immunitas de bonis tempore concessionis possessis, an comprehenderet postea acquisita, vel empta, & in vna Cæseraugustana decimarũ 28. Octobris 1566. coram D. Gipsio, negatiue respondit, quia priuilegium non se extendebat ad bona postea acquisita, etiam mediante pretio, & idem postea coram D. Orano 7. Maii. 1587. in vna Oriolensis decimarum Rota firmauit. Vnde sicuti ante emptionem tenebantur predia empta ad decimarum solutionẽ, ita pariter, & postea emptores, quia cum alterius Ecclesiæ iactura, alteri officiendo, sibique vtilitatem afferendo locupletari nõ
43 debebãt. Tamẽ contingente isto facto, pro declaratione mentis, & priuilegii, cum eius sit interpetrate, cuius condere, non abs re multoties Signaturã in gratiæ adire optimũ erit, quæ aut declaratis priuilegiis terminabit litem, aut præuia oris apertione, cum semper præfata priuilegia clausula sublata, &c. & decreto irritanti, reperiantur munita, causa demandabitur Rotæ. Et ita alias factum fuit in vna Conchensi decimarũ pro Decano, & capitulo Cathedralis Ecclesiæ, contra societatem Iesuitarum: Quamuis in alia inter præfatos Iesuitas ex vna, Archiepiscopum, & capitulum Ecclesiæ Valentinæ, ex alia, lite pendente super exẽptione in Rota corã D. Seraphyno Decano, Mercurii prima Iulii 1598. illo casu eorum priuilegia nõ intrare dixerit, quia omnes exemptiones ex Pontificum priuilegio in materia decimarum concessæ, intelligi debent de illis, quæ parochiis, aliis personis, & Collegiis ex iuris communis dispositione debentur, non de illis, quę iure speciali, ex aliqua particulari cã concessę iam reperiuntur, ex priuilegio, maxime existente tali concessione ex causa onerosa, ex quasi contractu Principis, quia non solet ita de facili tolli, tum quia tenetur stare factis, & conuentis per ipsum promissis, Tum quia præsumitur, aut Papam, non habere notitiam iuris ex speciali concessione prouenientis, sed eius tantũ, quod ex communi dispositione competit, & idẽ alias coram D. Pamphilio 9. Iunii 1597. in eadem causa Rota censuit, & prius in alia Toletana annatarum coram D. Orano 23. Ianuarii 1589. per relata, a Doctoribus in capitulo primo de rescrip. vbi priulegio priori derogatum non censeri tenent, per aliud subsequens, propter præsumptam ignorantiam eius in Papa, nisi de illo fiat mentio Ias. in l. postquam liti numero 11. C. de pac. Felin. in cap. non nulli nu. 23. de rescrip. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum numero 94. de constit. & Clausulæ præfatorum priuilegiorum prægnantes, ad ea, quæ Papa sciuit, & in quibus nõ requiritur specialis derogatio, porriguntur, Curt. Iun. cons. 130. num. 31. par. secunda Purpur. Cons. 77. num. 106. & ita Rota tenuit in vna Taruisina coram D. Mellino 28. Iunii 1593. Nec facit, quod in præfatis priuilegiis regulæ de non tollendo iure quæsito sit derogatio inserta, quia Prefata derogatio non ampliat, neque extendit principalem dispositionem, sed operatur solum respectu eorum, qui in priuilegio sunt comprehensi. Felin. in capit. licet nu. 7. de offic. ord. Sarnen. super regul. Cancell. de infirman. resign. q. 39. nu. 3. Paris. cons. primo num. 91. vol. 1. Bellam. cons. 333. & in specie, quod non deroget priuilegio, a iure speciali indulto, tradit Glos. in cap. 1. in verbo consuetudine, de cappel. monach. in 6. Castr. cons. 187. num. 5. circa med. vol. 2. & ita Rota firmauit in allegata decis coram D. Pamphilio, ac coram eodem in alia Calaguritana de Victoria 15 Iunij 1592. quamuis ordinariè, nisi regulæ prædictæ expressæ derogetur claris, & specificis verbis, non cẽsetur sublata, & ita Rota dixit coram D. Seraphyno Decano in vna Ceseraugustana exẽptionis 13. Iunij 1594 Cęs. de Gras. decis. 9.
44 de rescript. An autem laico in causa decimarum Commissio restitutionis in integrum, aduersus tres conformes, vel aliam rem iudicatam, sit ordinare concedenda, quando euidenter non gustatur de bono iure, aut alijs rationabilibus causis, ex quibus moueri possit Signatura? & resolutiue dico, quod non, quia instante laico, non priuilegiato, contra Ecclesiam priuilegiatam, non conceditur restitutio, at si lapsum quadrienniũ foret, etiam si de bono iure constaret, res omnis careret difficultate, Abb. in capit. fin. numero quinto de rest. in integ. Put. decis. 279. num. 4. par. 3. Natt. cons. 598. num. 7. vol. 3. Ias. cons. 55. num. 2. vol. 1. Odd. in Tract. rest. in integ. par. 1. q. 34. art. 32. Siluan.

cons.

conſ.19.nu.20.qui præpoſitam queſtionem ampliat, etiã ſi eccleſia reſtitui peteret. Caſſad.deciſ.7. de reſtit.in integr. neq; iſto caſu reſcribitur, cũ clauſula prout de iure, quia cum ius id prohibeat, Signatura ſe abſtinet, Sarnen.ſuper reg. Cancell.de ſubrogan. q.7. quod alia fit ratione, ne litibus, incõmodis, & expenſis, vbi maxime de non iure peten-
45 tis conſtat, eccleſia inuoluatur, Tamen ſi iuſta ſubſiſteret cauſa, conſtaret de enormiſſima læſione, ac quibuſdam alijs cauſis expreſſis in cap. 1.de reſt.in integ. vbi DD. daretur Eccleſiæ, vt alias firmauit Rota in vna Burgenſis de Caranza coram Domino Bubalo 29. Febr. 1590. per relata Soci. in conſ. 226. numero.24.volumine primo, quamuis medietatem excedere læſio debeat, vt patet ex deciſio Acchil. ſexta: de reſtitut. in integrũ. Veral. deciſ.151.par.ſecunda, Natta conſil. 225. nume. 50.ob id, poſt quadriennium reſtitutionem Palatium non dare, teſtatur Caſſad. in dec. 2. de reſt. in integ. niſi ex cauſa, & ita tenuiſſe maiorem dominorum partẽ dicit Rot. diuerſ. deciſ. 1359.par. 3. licet Simonetta deciſ. 29. tunc illo caſu datam fuiſſe aſſerat, tamen ſpeciale ibi fuit, quia impedita Abbatiſſa per vim, & metũ reperiebatur, ne intra quadriennium appellationem proſequi, & cauſam committi facere poſſet. Et quia contra impeditum tem-
46 pus, & tempora non currunt, tamen Caſſad. ibi negotium obtentum fuiſſe cum magna apud Dominos difficultate aſſerit, Sed ſi intra quadrienniũ vna lata eſſet ſententia
47 per contradictas, procuratore mortuo, vel abſente, poterit concedi, vt colligi videtur ex dec. diuerſ.1173.ſub num. 10. par. prima & ex dictis Sfor. de Odd. vbi ſupra q.54.art. primo num. 4. & 66. Caſſad.deciſ. 6.num.5. de appellat. Nam a pari procedunt, impedi-
48 mentum procuratoris, & principalis, Felin. in cap.ex ratione, ſub num.24.verſic.& ideo dicendum, de appellatio. præcipuè, quando contra procuratorem, cui non eſt ſoluẽdo, regreſſus ceſſat, non venit cõmiſſio deneganda, cap. cum veniſſent, & ibi Abb.de reſtit.in integr. Oldrad.conſ.102.nu.3. Caſſad.deci.5.nu.3.de appel. Veral.deciſ.85.li.2. & prima Aprilis 1593. R. P. D. Lambertino Nobili Bononienſi proponente in Signatura iuſtitię, in illa cauſa Cordubenſis decimarum inter Capitulũ & Ieſuitas, de qua ſupra, & infra dicam, cauſa reſtitutionis in integrum, cum clauſula parito iudicato, fuit Rotæ demandata, cum qua reſcribendo non poteſt errari, tuncque donec diſcutitur ſuper reſtitutione in integrum non ſuperſe-
ditur in executione vt dicam in commiſſio
49 ne reſtitutionis in integrum. Solet etiam in dictis priuilegijs exẽptionis decimarum, vti fecit Felin. rec. Greg. 13.in conceſſis ſocietati Ieſuitarũ, ampliſſimis clauſulis munitis, dari derogatio cap.nuper de decim.decretum irritans, clauſula ſublata, cum derogatione regulæ de non tollendo iure quæſito. Vnde in Rota aliàs, coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.Cardinali Blanchetto, in vna Elborienſis decimarum de anno 1585. & deinde coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D.Cardinali Plato, de anno 1586. tenuit, illarum clauſularũ vigore non poſſe ſuper poſſeſſione retinẽdæ, ſeu manutentionis inſiſtere, quia decretum irritans inficit poſſeſſionem, & detentationem, idque prius tenuere Sarn. in regu. de trien. q. 49. nume. 3. Abb. in cap. in literis num. 28. de reſt.ſpol. Moed. deciſ. 241. Immo quod plus eſt, ſec. Menoch. de retin. poſſ. rem.3. tollit etiam ſpolij remedium, quod
50 eſt magis priuilegiatum. Decima autem de decem partibus vna dicitur, Abb. in cap. 1. primo not. de decim Card. in cap. cum homines num. 1.eod.tit. Rebuf.in tract. de decim. q. 3. num.75. dec. 165. num. 3. diuerſ. par. 2. & num. 4. dicit tunc eſſe de decem partibus vna, quando eſt integra, & ita nuncupari decima integra, Soci. conſ. 297. ſub num.8. circa med. vol. 2. Si contingat, quod
51 laicus petat priuilegium exemptionis à ſolutione decimarum, vti inſolitum, non venit concedendum, niſi ex vrgentiſſimis cauſis, & cum maxima difficultate, Rot. di-
52 uerſ. par. 2. deciſ. 55. num. 15. Immo conceſſo priuilegio de non ſoluendo decimas ex prędiis acquirendis impoſterum, non extenditur ad magnam poſſeſsionem in vna Parochiali acquiſitam, ex qua Parochiali Eccleſiæ enorme inferretur præiudicium, Rot.diuerſ. deciſ. 53. num. 10. par. 2. & tale
53 priuilegium, ad non expreſſa non venit extendendum, deciſ.55.nu.2.ead.2.par.diuerſ. Quando reſcribitur cum clauſula ſine retar
54 datione ſolutionis decimarum ſimpliciter, vel cum clauſula ſine retardatione ſolutionis decimarum arbitrio Rotæ, vel parito iudicato, intelliguntur clauſulæ eiſdem modis, & forma vt dixi ſupra in Commiſsione appellationis in materia penſionum, & Camer. obligationis, quod repetendũ hic non
55 duxi, & eamdẽ vim habent. Cõſuetudo ſoluendi decimas etiã de noualibus intelligitur, deciſione tertia, nu.1. par.tertia diuerſ.
56 Bona Principis, a decimis immunia fore ſcriptum reliquere Bal. conſ. 322. nume. 2.
par.

parte. 4. Fabia. de Monte in trac. de emp. & vend. q. 6. princ. num 46. subdendo ibi, Si in alium transferatur, eam perdere immunitatem, earumve solutioni subijci, & sub generali regula, quod ex omnibus prædijs, & fructibus debeantur, Adeo quod si Episcopus, vel alter Ecclesiasticus villam alienet, cũ omnibus iuribus, quæ ibi habet, Decimæ vti merę spirituales, quarum laicus est incapax, non erunt comprehensę, Innoc. in cap. ex literis, nume. 1. de iur. patr. Intelligendo tamen de Ecclesiasticis Decimis, non de Pro-
57 phanis, Curt. Iun. cons. 177. col. 3. Immo quod plus est, neque contractus neq; compositio super eis, maxime si fuerit earum diminutiua cum laicis valebit, nisi Papæ assensu accedente, & licet Episcopus, & alij super modo solutionis conuenire possint, tamen non super diminutione, quia nemo præter Papam, illam approbare, & concedere valet, cap. venerabilis. vbi Glos. Abb. & DD. de concel. vtil. vel inuti. cap. ex multiplici de decim. Rebuf in Trac. Decim. q. 13. numero 19. & seq. ob id, Volens excipien-
58 do aliquis vigore consuetudinis, priuilegij, siue compositionis, vel similis, ab illarũ præstatione obuiare non poterit, quia executiue contra eum procedatur, omni appellatione suspensiua repulsa, ea ratione, quia Decimæ habent, in iure intentionem fundatam, ob id notorium est a iure hasce reprobari excusationes, cap. tua nobis, vbi Abb. num. 8. & 9 de Decim. & ea consuetudo in hoc attendenda erit, quæ a iure valida reputabitur, l. non putauit, §. non quæ ius ff. de bon. pos. cont. tab. l. 2. §. ait prætor ff. qui satisd. cog. Alex. & DD. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Rom. cons. 42. num. 3. &
59 cons. 78. At quando Episcopus, vel alij de rebus Ecclesiæ compositionem facere vellent, solemnitates relatas per Abb. in cap. 2. de transac. & in cap. venerabilis, de concess. vtil. vel inut. vbi Dec. seruare debent, neque erit valida vt præfati DD. asserunt, nisi pariter tractatus procedat, & de compositione facta per Vicarium, meminit Aufre. ad deci. 97. Cap. Tholos. & Rebuf. loco cit. nu. 22. & seq. Sat etenim constabit solemnitates nõ
60 fuisse seruatas, ex inspectione scripturæ, si deerunt, quod sufficiens erit ad tollendam antiquitatis præsumptionem, iuxta cons. Paul. de Castr. 81. vol. 2. Felin. in cap. sicut num. 23. de re iud. Gab. lib. com. opp. Tit. de præsump. concl. 1. nume. 57. Rimin. Iun. consl. 209. num. 81. vol. 2. Nec te lateat, quod speciale ad componendum super hoc requiratur mandatum, neque generale sufficiẽs erit Innocent. in capitulo ex literis, de iure patron.

Com. *Burgensis.*

BEatissime Pater, lite & causa pendente inter S. V. oratorem H. ex vna, contra M. assertum Rectorem Parochialis Ecclesiæ Sãcti Ioannis, loci del Rio Burgensis diocesis ex altera, coram Ordinario Burgense, vel eius in spiritualibus generali Vicario, occasione quarumdam prætensarum decimarum, quæ nunquam solutæ fuere, vel sub prætextu quod terræ, de quibus agitur sint sub præfatæ Parochiæ ditione, licet secus verum sit, vel causa, & occasione prætensionis rede decimas exigendi, quibus vt odiose ius resistit, & stricte facienda est interpretatio, cũ vnam soluere decimam satis sit. Tamen præfatus ordinarius non minus nulliter, quam inique, & iniuste iuribus oratoris non auditis, contra ipsum, & ad Ecclesiæ fauorem diffinitiue, seu per decretum uim diffinitiuę habens pronunciauit declarando ad præstationem decimarum prætensarum, tam decursarum, & non solutarum, quam in futurum decurrendarum teneri, & obligatum oratorem esse, a qua orator grauatus infra legitima tempora ad S. V. appellauit, & dę nullitate dixit. Dignetur itaque S. V. causam appellationis, & appellationum nullitatis, vel nullitatum iniquitatis, & notoriæ iniustitię, nec non quam, & quas idem orator habet, & mouet habereque, & mouere vult, & intendit præmissorum causa, tam contra Rectorem præfatum, quam omnes alios sua communiter, vel diuisim interesse putãtes in executione præsentiũ nominãdos, & cognominandos, cum omnibus suis incidentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoq; negotio principali alicui Rotę Auditori, audien. cognoscen. deciden. fineque debito terminan. summariè, prout in beneficialibus committere, & mandare. Cum potestate citan. &c.

Reformatio.

BEatissime Pr̃, Si aduersarius in præinserta pro oratore se gerens S. V. narrasset p ut non sine dolo tacuit actum fuisse pro decimis coram dicto Iudice, & quod Ecclesia est in possessione, vel quasi illas exigendi, & post longas lites ad Ecclesię fauorem condemnando aduersariũ ad illarum solutionẽ Iudicẽ pronunciasse, vtique præinsertam subreptitiè, & obreptitiè non obtinuisset.

Et

Et quia Pater Sancte in materia decimarum non admittitur appellatio, ſaltem ſuſpēſiua, ideo dignetur S. V. committere, & mandare eidem Iudici, cui præinſerta dirigitur, vt in cauſa procedat, perinde ac ſi præinſerta eſſet ſignata cum clauſula ſine retardatione ſolutionis decimarum, cum poteſtate, &c.

Vel ſi eſſet cepta executio, cum clauſula ſine retardatione vlterioris exequutionis, & ſolutionis decimarum.

At ſi adeſſet res iudicata, & adhuc ad lites confouendas quis vellet appellare, ita dicatur. Et quia ad fauorem Eccleſiæ adeſt res iudicata, vel tres ſententię, quæ faciunt rem iudicatam, & parum tot litibus, & expenſis illas eſſet reportare, niſi debitę executioni demādarentur, ideo dignetur S. V. eidē Iudici cui præinſerta dirigitur, &c. vt in cauſa procedat, perinde ac ſi eſſet ſignata cum clauſula parito iudicato. Cum poteſtate, &c.

Siue ſi vigore alicuius Commiſſionis, vel alias vellet turbare poſſeſſionē exigendi decimas, narratis præmiſſis dicatur eo modo, vt dixi ſine retardatione ſolutionis decimarum, &c. poſt clauſulam cum poteſtate citan. &c. addatur, ac manuteneri in poſſeſſione, decimas, & prefatas exigendi, mandataq; inſuper neceſſaria & opportuna, et ſub ſuo paruo ſigillo decernendi, & relaxandi, regula contraria non obſtante.

Quando autem Eccleſia ſuccumbit, & laicus ſit à decimarum ſolutione abſolutus fauore Eccleſiæ dabitur Commiſſio ordinaria appellationis, quia nil debet Eccleſia ſoluere, de qua commiſſione appellationis formula ſupra poſui.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio cameralis ſec. Galleſium incerto autore adinuenta fuit, cuius dictum reprobatur.*
2 *Obligatio Cameralis quare inuenta, & vnde originem traxerit.*
3 *Auditori Cameræ multa efficaciſſima priuilegia cōceſſa ſunt.*
4 *Auditoris Cameræ priuilegia vti vltima, omnia alia etiam cum prægnantiſſimis clauſulis tollunt.*
5 *Auditoris Cameræ exiſtentis Priuilegia adaucta hodie ſunt.*
6 *Commiſſionis appellationis formula in cameralis obligationis appellatione vbi poſita.*
7 *Auditor Cameræ in cauſis obligationis cameralis priuatiue iudex quo ad alios.*
8 *Auditor Cameræ non facta cameralis obligationis mentione in Commiſſione, exequendo an attentet.*
9 *Auditor Cameræ reaſſumit cauſas, non facta cameralis obligationis mentione, & numero 17.*
10 *Preuentioni locus eſt inter A. C. & curiam Capitolinam in cauſis cameralis obligationis.*
11 *Aud Cameræ attētat reaſſumendo cauſas à Rota, licet de camerali obligatione non fiat mentio*
12 *Factum Principis, factum hominis dicitur.*
13 *Auditoris Cameræ priuilegia ceſſant Camerali obligatione dubia exiſtente.*
14 *Aud. Cameræ priuilegia ceſſant, in camerali obligatione adiecta compromiſſo.*
15 *Aud. Cameræ priuilegia ceſſant, quando plures ad ſunt commiſſiones.*
16 *Aud. Cameræ multoties cauſas non reaſſumit, ſed ad Signaturam eas remittit.*
18 *Aud. Cameræ quando laudabiliter cauſas reaſſumat.*
19 *Cameralis obligationis mentio, ſi contra eam pronuncietur, non eſt neceſſaria.*
20 *Cameralis obligationis priuilegio renunciatur, patiendo via ordinaria agi.*
21 *Appellatio ſuſpenſiua, quare ſtante Camerali obligatione denegetur, & numero 33.*
22 *Cameralis obligatio licet nulla, iuramento ſuſtinetur.*
23 *Cameralis obligatio duplex continet iuramentum.*
24 *Relaxatio iuramenti ad effectum agendi, an detur per Signaturam, ſtante Camerali obligatione.*
25 *Cameralis obligatio maius robur à Iuramento accipit.*
26 *Cameralis obligatio non alterat negotiū principale illi inhærens.*
27 *Cameralis obligatio, quare operetur, quod vna via relicta altera capiatur.*
28 *Variatio in exequutorialibus quando locum habeat.*
29 *Cameralis obligatio ſi exequtiue agatur, ſentētię, & rei iudicatę equiparatur.*
30 *Cameralis obligatio, quare habeat exequutionem paratam.*
31 *Cameralis obligatio rem notoriam facit.*
32 *Cameralis obligatio, quando ſit probatio probata.*
33 *Appellans ſtante camerali obligatione, quare nihil faciat.*
34 *Guarentigiæ inſtrumentum, habet paratam exequutionem.*
35 *Commiſſio reſtitutionis in integrum, quando ſtante Camerali obligatione, vel guarantigia proſit.*
36 *Cameralis obligatio, & guarantigia inter ſe diuerſæ ſunt.*
37 *Litis conteſtatio quando agitur ex camerali obligatione fit per vnicum actum.*
38 *Via executiua ceſſat in camerali obligatione, quando replicationes ſunt turbidæ.*
39 *Via exequutiua quando ceſſet in camerali obligatione, ſtante, exceptione etiam altioris indaginis, & numero 42.*
40 *Exceptio principali competēs, cōpetit et fideiuſſori.*

41 *Exceptio*

102 Fide-

De Commissione Appellationis à Camerali obligatione, & Gestorum in Tribunali Aud. Cameræ.

1 Cameralem obligationem, incerto authore, ex diuturno Romanæ Curiæ vsu depromptam, compositam, ac per varia addimenta exornatam, auctamque fuisse, dixit Gallef. ad oblig. camer. in sum. proh. nume. 2. & 5. Sed tanti iuri pace, ex textu in
2 l. abstinendum C. quor. App. non recip. originem traxisse dicere audeo, vbi in causis Cameralibus, & Fiscalibus, non appellationi deferendum, sed contra contumaces exequi, Imperator mandat, quod ex eiusdẽ met Gallef. dictis in q. 2. ad for. cam. num. 1. & secundo comprobatur, causam talis obligationis introducendę illam fuisse, ac à maioribus, & antiquioribus traditam intellexisse asserens, vt citius ad Cameræ Apostolicæ soluendum executiuè, & non tribus expectatis sententijs, debitores compellerentur, ne aut diuturnas Camera sustinere lites, vel illas tedio affecti relinquere, coacta foret, præsertim quia interim, & eius debitores mori, ac deterioris fieri condictionis possent, vltra quod accedente maxime personarum, & temporum mutatione, ac longo cursu, facile negligerentur. Quare à pręmissis, & originem, & nomen traxisse, patet, & deinde successiue, adeo ad causas particulariũ personarum suam efficaciam, & robur extendit, vt inter priuatos ad lites dirimendas, ac suspensiuam appellationem, ad instar Cameræ debitorum tollendam, & seruetur, & passim in Romana Curia vsu accepta sit, quamuis aliis in locis diuerso nomine nuncupetur, Gallef. ibid. par. tertia in c. summarium quęst. post. process. incid. nu. 7. & ead. parte de liquid. num. 18. & Quia facile inuentis est addere, ex practicorum ingenio, adeo aucta, & clausulis referta fuit, quod ad esse, in quo hodie reperitur, multis, & varijs prægnantissimis, efficacissimisue obligatorijs, renunciatorijs, & alijs clausu-
3 lis, plane in iudicijs agitatur, præsertim in tribunali Aud. Cameræ, tot, tantisve amplissimis priuilegiis, facultatibusq; munito Nuper per S. D. N. concessis R. P. D. Mar-
4 cello Lantes Nob. Ro. Generali in præsentiarum eiusdem Cameræ Apostolicæ Auditori, Viro, doctrina, integritate prædito, æqualem & pauperi, & diuiti maxima assiduitate, charitate, ac diligentia, iustitiam subministrante, ac oculis apertis id fieri in dicto Tribunali, totam Christianam Rempublicam capienti, summa omnium laude inuigilanti, Istec. nempe priuilegia, vti vltima, omnibus alijs, quibusuis personis pariter concessis, etiam si decreto irritanti, &
5 clausula sublata, ac quibus vis prægnantissimis clausulis, & ex cogitatis munita sint, derogant, quia, & ampliora, sunt, & ex causa onerosa tributa, & ita dixit Rota in vna Leodiensis Canonicatus coram D. Gipsio 12. Maii 1597. tenens, bene in præfato tribunali exequi posse literas Apostolicas, quibusuis alijs priuilegijs non obstantibus, Decreto itaq; multoties in dicta curia, & aliquãdo relaxato mandato exequutiuo vigore præfatę obligationis Cameralis, succumbens appellat. præ. facti varietate, commissioneque porrecta

porrecta, vel in Signatura Iustitię proponenda, siue via ordinaria signanda, & appellationis causa ad vtrumq; effectum, suspensiuũ, scilicet, & deuolutiuũ demandari petit, & si
6 formulas commissionum appellationis in hoc particulari cupis, in huius capituli fine positas, illas perquire. Circa quod omni-
7 modo menti teneas, obligationis pręfatę necessario in commissionibus narratis mentionem claris faciendam verbis esse, quia id ta-
8 cito, A. C. priuatiue quod ad alios illarum, ac literarum Apostolicarum executor, &
6 Iudex ordinarius decis. 60. num. 10. parte 3. diuers. causas reassumit, commissione, ac illius vigore inhibitione emanata, non obstantibus, ad executionem, absque attentatorũ metu, ita priuilegijs dictãtibus, procedit, Lancell. de attent. post. inhib. ca. 26. num. secundo, licet causæ reassumptionem post rotalem inhibitionem factam, Domini fore attentatam dixerint, Put. decis. 395. par. 2. illasque postea causas coram alijs iudicibus comprehendere, & non in supre-
10 missimo illo Tribunali, denuo censuit postea Rota in vna Romana attentatorum coram D. Pigna, 21. Iunij 1591. Quamuis etiã non reassumat A. C. quando sunt obligationes, etiam in hac formula factę in alio tribunali de repręsentando, stando iuri, & similes aut dependentes, nam stante tunc connexi-
11 tate cũ negotio principali, vti accessoria, illud sequitur. Sicut pariter quãdo dicta obligatio erit in foro capitolino, in quo datur locus præuentioni, ita dictãtibus statutis vrbis a Papa confirmatis motu proprio, ex certa scientia. Lancel. de attent. post inhib. ampl. 5. nu. 3. Tales nempe reassumptiones causarum A. C. facit, & inhibet, etiam si necesse sit Papæ authoritate sibi tributa, & suprema Afflic decis. 302. & factum Principis,
12 factũ hominis præsumitur, quia delegaus ipsum delegantem repręsentat, Quod procedit, quando agitur de camerali obligatio-
13 ne liquida, & pura, secus si dubia foret, & ita Rota tenuit corã D. Seraphyno ĩ vna Ispalensis pensionis, 24. Maij 1586. Pręterea ces-
14 sant præfata priuilegia, quando agitur de tali obligatione adiecta compromisso, quamuis pro laudi obseruatione de illius executione tractetur, quia si reductio ad arbitrium boni viri pendeat, nõ potest peti eius executio.
15 Tertio neque procedunt pluribus commissionibus existentibus, quia si de vna facultates loquuntur commissione, non habent locum in pluribus, & geminatis commissionibus. Censentur etenim isto casu duplicatę habere uim motus proprij, cum clausula ex certa sciẽtia, vti si plures sint inhibitiones. Lancel. de Atten. post inhib. limit. 12. num. 14. & lim. 25. nu. 9. Reassumit au-
16 tem causas, quando de tali obligatione in alijs Tribunalibus, etiam coram delegato, dummodo (vt dixi) non accessorie pendeat, quia indiffinite pręfata priuilegia loquũtur, vnde sua ordinaria iurisdictio, vti firmior, ac fauorabilior delegata, venit ampliãda, & per consequens alię siue delegatę, siue ordinariæ restringendæ, vti exorbitantes Franc. in cap. vt debitus num. 3. post Glos. & alios, ibi congestis communem hanc sententiam fore affirmantes de App. Quamuis multo-
17 ties ob Signaturę reuerentiam ad illam, causas remittendo à præmissis se abstineat, vel antequam ad vlteriora procedat si citius causæ expeditioni incumbere velit, verbum faciat cum Illustrissimo, & Reuerendissimo, Cardinali Pręfecto, & quamuis efficacissima habeat priuilegia, nihilominus cum Signatura sit Iustitię Tribunal supremum, & amborum tribunalium, vt vnicuique suum tri-
18 buatur, finis est, Quando ita vrbanè et mature procedet, maxime in re dubia, & magni momenti, commendandus venit, Sed detecta calumniosa commissione, ac negotio claro, ne sua quis malitia gloriari valeat, creditores perperam defatigando, si tunc facultatibus vtatur, laudabile erit. Vnde in alijs causis, in quibus cessat cameralis obligatio, quando appellare contingat, passim datur commissio appellationis ordinaria, sed in omnibus commissionibus appellationis à præfatis sententijs vel mandato Aud. Cam. D. Ref. addat clausulam, dummodo non vigore cameralis obligationis actum sit, ex qua omnes difficultates tolluntur, alias si talis clausula ommittatur, vel altera executiua erit addenda, vel commissionis expeditio donec pars citetur, audiaturq;, retardanda, Nam aut adest cameralis obligatio, & bene additur clausula executiua. Aut cessat, & nihil illam po-
19 nere parti deperit. Tunc autem non erit mentio cameralis obligationis exacta facienda, quando contra illam pronunciatur, & succumbens appellat, quia vulnerata iam obligatione, causaque effecta ordinaria, & appellabilis, absque difficultate commissio appellationis, casum facto adaptando, conceditur, & ita tenuit Rota coram D. Cantucio, in vna Roman. Census, vigesimo-octauo Iunij, 1580. Ratio pendet ex reuocatione mandati executiui, aliquando iniustè relaxati, & indebitè ex necessario antecedenti, illud continere iniustitiam de-

P claratur,

claratur, Grau. conf. 174. num. 2. eo quia Titius, qui prætendebatur camerali astrictus vinculo, immunis apparet, vt latius in præfata decis. Neque denegandam modo præmisso commissionem credo, quando processui ordinario, stante narrata obligatione quis se non opposuit, nam sibi met tunc præiudicium intulit, l. sæpe vbi Glos. in verbo interueniente, & Bar. ff. de re iud. ac viæ executiuæ præiudicauit, maxime si iura admitti passus fuit. Innoc. in c. cum Bertoldus, n. 4. vers. & dic. de re iud. Abb. in cap. quoniam contra num 22. vbi Dec. num. 38. de proba. Fel. in c. inter Monasterium, n. 23. de re iud. Veral. deci. 288. per tot. par. 1. Cotta deci. 57. Curent autem prædictam componendo cõmissionem, facti seriem, sicut in cæteris narrare, ob quorum multiplicem varietatem certa regula, & forma dare, impossibile
21 est. Appellatio itaque ordinarie, a mandato executiuo vigore talis obligationis relaxato, ad effectum suspensiuum, quamuis non ad deuolutiuum, ideo interdicitur, quia sicut ab executore (vt dicam) non datur appellatio. Ita pariter neq; a præmissis, cũ iam de credito legitimè constet, ac cõtra confessum nullæ remanent iudici partes, nisi in cõ
22 demnando, & exequendo, l. vnica, vbi Bar. Bald. Salicet. & DD. C. de confess. Ob id sicut tali confesso appellationem ius prohibet, pariter in hac obligatione vinculo iuramenti inuiolabiliter seruando, roborata, dũ modo sit pura. vt per Abb. in c. breui sciscitatus numero 1. de iur. iur. quæ data ipsius nullitate, nihilominus virtute iuramenti, cui propria authoritate nemo contrauenire potest, sustinetur, vt late in commissione relaxationis iuramẽti dixi, Io. de Amic. conf. 34. nu. 13. & 14. & conf. 71. num. 8. Marc. Ant. Bauar. in trac. de virt. Iura. q. 1. Rom. conf.
23 521. num. 1. Bal. in rub. C. de rer. perm. Habet autem cameralis obligatio duplex iuramentum, Alterum de obseruando promissa, & narrata, Alterum illa esse vera, decis. 800. diuers. par. 3. Et iuramentum in fine talis obligationis appositum, omnia in ea supra contenta indiuidua fore arguit, Ces. de Gras. decis. vnic. num. 10. de fid. instr. Quanuis ad effectum excipiendi de Signaturæ stilo, & de iure, relaxatio iuramenti denegetur, eo quia contra illam tres exceptiones solę, de quibus in decimanona fallẽtia loquar, admittuntur, relatis per Cassad. in decis. 1. num. 2. de mut. petit. Licet non videatur denegandа, stante lęsione enormissima, Idem Cassad. decis. prima num. 2. & 4. de empt. & vend. Itaque vnito iuramẽto, priuilegio prę fatæ obligationis concurrente duplici vinculo, de illius efficacia ambigendum non erit, Galles. ad oblig. cam. par. 3. in cap. sum. quæst. post proces. incid. nu. 7. & eadẽ par. c. de liquidatione nu. 18. Grau. conf. 34. nu. 11. Seraphy. de priuil. iuram. q. 77. nu. 78. Came-
26 ralis nanque obligatio ad promissorum executionem ponitur, sed naturam principalis dispositionis non alterat, immo secundum illam regulatur, Ruin. conf. 82. num. 8. vol. 2. Gabr. lib. com. oppi. tit. de Claus. concl. 10. decis. Pedem. 163. num. 2. & seq. Et adeo
27 apparet priuilegiata, quod vna via electa, ad aliam, ea omissa, deueniri potest, Veral. decis. 50. nu. 4. & 5. par. 1. Bar. in l. consentaneum col. 2. vers. quęro secundo. C. quo. & quan. Iud. & quamuis durum id videatur, ex regula, quod vbi competit via executiua, si ad ordinariam ea relicta, eatur, ad executiuam nõ detur amplius regressus, Auth. qui semel C. quo. & quan. Iud. Rom. conf. 133. num. 1. vers. nihilominus: Tamen propter clausulas variationem permittentes, in ea contrarium, regula præfata cessante, seruatur vti lex Papæ, vt per Galles. loco cita. q. 2.
28 num. 3. & seq. Quamuis alias Rota, coram D. Pegna in illa Rom. Palatij Camp. floris 16 Decemb. 1586. tenuerit, in executorialibus variationem locum habere, reo contu-
29 mace existẽte. Aequiparatur etenim cameralis obligatio sententię, & rei iudicatæ, quã do executiuè agitur, eo quia summa liqui-
30 da existente, ac debito confessato, procurator in ea constitutus ille est, qui pro summa liquida debitum fatetur, vnde non est opus, quod iudex præuio decreto illud ulterius declaret, siue taxet si: cque partis confessionem exequendo, dat mandatum, à quo postea suspensiua (vt dixi) denegatur appellatio, Galles. vbi sup. de liquid. in 4. q. nu. 13. vers. de quarta quęstione, & num. 18. vers.
31 sed an solitũ & n. 20. ibi, facit ius oppositũ. Talis etenim obligõ rẽ notoriã & manifestã reddit, qa est probatio probata, vt late Tiraq. de retrac. lig. §. 2. Glos. 1. nu. 20. & seq. qđ de-
32 clara tunc probationẽ probatã reddere, qñ iudicialiter de eius viribus discussum fuit, vt abunde Nat. cõs. 51. n. 19. & 20. Quamobrẽ,
33 si in facto puræ, ac liqdę obligationis cameralis, qs appellet, ordinariè (vt dixi) nõ operatur effectũ suspẽsiuũ, nec eius executio ĩpeditur, & quemadmodum appellatio non suspẽdit actum preteritum, ita neq; actum futurum illi annexũ, Abb. in c. pastoralis §. verũ quia nu. 3. de App. Itaq; ab huiusmodi executione appellãs, nihil directè, neque indirectè regulariter agit, cum id, a quo executio

cutio originatur, nō suspendat, quia si appellans dat liberum antecedens, a quo dependet executio, consequens negando, silicet illius executionem, ad illam euitandam appellatio non prodest, ita formaliter dixit Gemin. in cons. 99. num. 2. vers. vnde appellatio, subdens nu. 3. quod Io. Monachus, quādo erat Vicecancellarius, multas literas cassauit, in quibus non a prouisione, sed a prouisionis executione appellatum fore narrabatur vt Galles. loc alleg. num. 3. Nam de in-
35 strumento guarantigiæ, & alijs cōtractibus, qui in multis regionibus iuxta consuetudinem habent paratam executionem, censendum idem erit Soc. Bened. Barz. in trac. de guarantig. q. 13. Et quamuis diuersum nomen à camerali obligatione habeat, nihilominus habet eandem paratam executionē, præcipue vbi sunt in viridi obseruantia respectiue, ac talis viget consuetudo seu municipalis lex, quia cum in ambobus debiti confessio adsit, & iuramento firmata, non potest appellans (vt dixi) se grauatum a tali executione prætendere, cum ex dato consensu iniuriam nō patiatur, l. ait prætor §. per mittitur ff. de minor: & quia iam debitum notorium est effectū, vnde neq; ratione eccessus apellando, auditur, vt Barz in d. q. 13.
36 Volēs ibi ex restitutionis in integrum remedio, cum clausula pro vt de iure, ac si qua mi hi iusta causa, dummodo adsit excessus, suc-
37 curri, Corn. cons. 14. per tot. vol. 3. & cōs. 119. nu. 2. vol. 2. & cons. 221. nu. 1. vol. 4. Quāuis, vt infra subnectam, ordinarie, in prænarratis obligationibus dictum remedium locū nō habeat, quādo omni iuris, & legum auxilio renunciatur. Vnde licet in habenda paratam executionem ambæ sint similes, tamen inter se diuersæ apparent, quia retinet guarantigia confessionis, & iudicialis præcepti vim, & efficaciam. Sed Cameralis obligatio, qua vtimur hodie, nisi in se habeat censuras adiectas, & mandati executiui susceptionem, iudiciali confessione, ac iudicis præcepto caret, vt verbis Galles. vtar. loc. cit. par. 1. q. 2. nu. 13. quod fuit prius dictum Barzij in trac. guarantig. & Canar. in Trac. de execu. instr. quamuis fore omnino similes relatas obligationes afferant, reprehēdendo acerrime Galles. Licet corū dicta verificari forsan possent, & procedere in antiqua cameralis obligationis formula, & non in ista, qua nouiter vtimur, vt ibi nu. 14. & 15. At si vera forent verba per Bal. in l. ab executore, nu. 4. vers. modo quero vbi Sali. nu. 3. ver. attēde C. quorū App. non recip. quos sequitur Fel. in c. quo ad cōsultationē nu. 14. vers. limit. 1. de re iud. quorū dicta refert, & approbat Rode. Suarez in Rep. l. 1. post rem iudicatā in tit. declarat lex regni in q. quæro vtrum possit appellari ab executore, in hoc alio diuersæ appererēt, qa ab instrumento guarantigiæ secundū supradictos datur appellatio, sed non in came-
38 rali obligatione, Quando in vim nostræ cameralis obligationis agitur, p vnicū actū litis contestatio introducitur, Put. dec. 306. par. 2. aut p articulorū productionē, Alex. in l. nulla nu. 2. vers. vel fiant positiones C. de procur. Io. Mar. cons. 397. nu. 10 vol. 2. Cessat ali quando cameralis obligationis rigor, adeo
39 quod commissioni appellationis locus datur. Primo quando replicationes contra talē obligationem sunt turbidæ, & tunc, donec de illis, vel eorū intellectu videatur, non solet Signatura cum clausula executiua rescribere, Put. decis. 233. & decis. 243. par 3. Affl. decis. 63. socin. cons. 69. nu. 4. & 6. vol. 3. Se-
40 cundo, si ex eodem instrumento oriatur exceptio, quia tunc pariter admittitur oppositio ad effectum eius executionē retardandi, Ratio est, quoniā non potest dici, quē impugnare, qn eodē nititur instrumento, Gall. vbi sup. par. 2. principali ad 4. par. q. 1. nu. 8. idq; ēt procedit, dato φ talis exceptio ex eodem instrumento pueniens, non esset liquida, & & altiorē reqreret indaginē, si tamen incontinenti liquidatio offeratur, Ro. cōs. 244. pro euidenti n. 5. Quare si agatur de restauri exceptione altiorē requirente indaginē, ob id non retardabitur executio l. 4. §. condēnatū vbi Rip. nu. 29. ff. de re Iud. Canar. de exeq. instr. q. 51. Grau. cōs. 39. n. 11. Seraph. de priuil. Iuram. Priu. 77. nu. 78. Tholom. dec. 66. Gal-
41 les vbi sup. par. 5. q. 1. nu. 1. & seq. Ac tales exceptiones, quæ principali competunt, etiam fideiussoribus competere clarum est, l. si cū §. 1. ff. si quis caut. l. si alius per mulierem ff. quę res. pig. obb. Grau. cons. 287. Et qn exceptiones eneruant contractū, nihil aliud probandum venit extrinsecus, vt ibi Rip. & Gal
42 les. in d. q. 1. par. n. 3. & 4. Quāuis in exceptione requirente altiorem indaginem, quæ in continenti probari nequit, secus fit, cū non retardet. Afflic. dec. 63. Put. decisio. 233. & 234. parte tertia. Et quando ex eodem instrumento exceptio oritur, simili modo,
43 quo actio ex illo puenies priuilegiata redditur Bal. in l. ex medijs in princ. ff. de euictio & in l. ex placito col. fi. vers. vlt. C. de rerum perm. Barz. in trac. de exeq. instr. vers. vigesimo quæro, numero 56. Gall. loco cit, par. secunda q. prima ad 4. partic. numero octauo. Et non solum retardat, sed appellationi locum dat, Cassad. dec. secunda de rescri. ad

dedit, &c. solutionem, vel traditionem importat, & non promissionē, ac a traditione, vel solutione incipit, l. si pænę causa. §. 1. ff. de condi. indeb. quare promissis non adimpletis, corruit obligatio, Alex. consil. 110. nume. 1. vers. ex quibus autem verbis vol. 5.
57 Grau. consil. 74. numero septimo, & Clausula ad habendum, operatur translationem omnium, de quorum dominio agitur, Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligatio. vbi Soci. numero centesimo vigesimoseptimo, Ac clausula constituti, pariter idem facit, Roland. a Val. cons. 45. numero quinto. vol. 3. Rot. diuers. decis. 667. nu. 4.
58 parte prima. Vltra quod non adimplens, nō agit, & tenetur ad damna, expensas, & interesse, Aret. in §. si cum autem, num. 3. institutio. de emptio. & venditio. Socin. cons. 156. nu. 4. vol. 2. Paris. cons. 40. sub numero tertio, vol. 3. Ceph. consi. 577. sub nu. 9. vol. 4. Vndecimo, si ab excessu appellari contin-
59 gat, quamuis adsit Cameralis obligatio, quæ est exceptio contractum non tangens, datur commissio simplex, Bald. in l. 2. in fin. ff. de exeq. rei iud. Plot. in l. fina. col. final. vers. nota. C. de bon. vac. Bar. in l. ab exequutore, numero decimotertio. ff de appellatio. Ias. in l. properandum. §. sin autem, nu. 25. C. de
60 iudic. Ideo iudicio liquidationis via executiua non competit, quia differt a iudicio principalis obligationis, Galles. de liquid. numero tertio. Ratione nanq; excessus, quan-
61 do adest, etiā si fuerit executor Apostolicus, semel tantum licet appellare, Lancell. de Attent. appellatio. pend. Limita. 53. nu-
62 mero vigesimosexto, & seq. Duodecimo idem in obligatione facta per minorem, cēsendum puto, Mulierem, & similibus omissis statutorum, siue iuris solemnitatibus. Eo autem casu contractus est ipso iure nullus, adeo, quod, nec ciuilem, neque naturalem obligationem producit, Bero. consilio 176. numero primo, & secundo, volumine primo. Bursat. consil. duodecimo, numero primo, & seq. vol. 1. ciuil. Borgn. Caualc. in trade inuent. nume. 317. nullamque meretur executionem. Quamuis in obligatione ex minoris persona, quando a maiore originem traxit, puta si minor sit hæres, supradicta non attendantur, Cæsar de Gras. decis. prima, numero decimotertio, de in integr.
63 restit. Vnde, licet virtute iuramenti minor repræsentetur maior, Put. decis. 245. num. tertio, & seq. par. 3. Tamen subdit ibi Ro-
64 ta, apparente falsa causa, iuramentum non esse contractus confirmatorium. Decimo-
65 tertio. Quando per cedulam Christi nomine inuocato via ordinaria in causa, in qua cameralis obligatio existat, sit pronunciatum, pariter viæ executiuę locus non erit, Innoc. in capit. cum dilecti, nu. 3. vers. si tamen, de rescript. & in d. cap. cum Bertoldus num. 4.
66 Decimoquarto cessat etiam via executiua, quando personæ non sunt legitimatę, quia eo casu relaxari mandatū executiuū nequit, maxime quando id obiectum sit, Galles. vbi supra de liquidatio. super quęstione de proces. ipso numero vndecimo: Præcipue si de
67 nullitate ex defectu mandati constet, quod respicit nullitatem personæ, Galles. vbi sup. ad quartam partic. numero tertio, & 4. Et tanto magis, quando talis nullitas notorie ex actis causæ apparet, Alex. cons. 62. nu. 14. vol. 7. & in l. exitus num. 9. ff. de acq. poss. Rip. in l. 4. §. condemnatum, nu. 15. & 16. ff. de re iud. Rimin. cons. 17. num. 9. vol. 1. & cons. 260. num. 2. vol. 2. Bart. in l. hi si qui numero quarto, ff. de app. Vant. de nullit. ex def. citat. num. 14. l. titiæ testores, vbi Bart. ff. de leg. 1. Felin. in cap. sicut nu. 42 post princ.
68 de re iud. Decimoquīto, via executiua remanet decreto nullo, vel notorie iniusto existēte, Gabr. cons. 43. num. 47. vol. 1. Ces. de Gras. decis. 2. numero septimo de solut. & decis. tertia, numero 10. de sent. & re Iud.
69 Decimosexto, similiter si in facto dubio versetur, Galles. vbi sup. num. 14. & 15. & ita censuit Rota coram D. Cantucio in illa Ro. census, vt in decis. 182. num. 8. par. 2.
70 diuer. Decimoseptimo conditione aliqua in cōtractu adimplenda, purificanda, aut verificanda remanentes, vel ad diem, ac sub modo, quia ante diem ordinariæ, & modo non impleto cessabit via executiua, dato quod tacita esset conditio, l. hoc iure, ff. de verb. oblig. Rip. in l. in illa numero octauo ff. eod. tit. Corneus. consilio 121. columna prima volumine primo, Guid. Pap. decisio decimaquinta. Nam stante cōditione adiecta, non potest instrumentum dici purum, DD. in l. si seruum communem §. si titiū ff. de vulg. & pup. subst. Quod pariter in priuata apoca procedere, tenet Couar. var. resol. libro secundo capitulo vndecimo, numero qnarto, Quibus stantibus relaxare mandatum iudex nequit, Baldus in l. secunda numero nono, C. de executione rei Iud. Alex. in l. prima numero decimotertio ff. de leg. secundo Ias. in l. prima nume. 32 ff de eden. Soci. consilio 89. col. secūda, volumine tertio Couar. var. res. lib. secundo, capitulo vndecimo numero primo, Inanis autem eius, quod non apparet, actio est, vnde quia secus procedendo iudex grauat merito

concedenda venit appellationis commissio absque alia clausula, Gallesi. in d. capit. de liquid. num. 11. l. cedere diem. ff. de verbo. obli. Dec. conf. 421. num. 6. Bald. in l. causam. C. de exeq. rei Iud. Alex. conf. 119. vol. 1. Bal. in l. per diuersas nume. 10. C. Mand. Innoc. in capit. quia de Iudic. l. legare. ff. de cond. & dem. l. si post vers. sed, & si subcon dictione. ff. quan. leg. dies ced. Dec. cōsi. 77. num. 5. Et condictio, quæ effectum ipsius obligationis suspendit, etiam eius executionem suspendere debet, decis. 3. num. 2. de
71 concef. præb. in no. ca. si super gratia, de off. deleg. in sexto, quia ex partium conuentione, contractus legem accipiūt ca. contractus
72 de reg. iur. in sexto, Deci. conf. 559. num. 8. Decimo nono retardatur via executiua con currente aliqua ex illis tribus vulgatis exceptionibus, nempe solutionis, nouationis, siue nouæ conuētionis, aut vel quietationis, vel falsitatis, Gallesi. loco relato, par. 2. q. 1. ad. 4. par. num. 2. & seq. late Cassad. decis. 1. num. 2. de mut. petit. Omissa hic alia quęstione si de vsura agatur, & erit dubia, vt alibi dicam. Falsitati nanque via aperta, omnimodo venit executio retardanda, donec illa
73 finiatur, Veral. decis. 279. par. 2. Bar. in l. 1. §. parui ff. quod ui, aut clam. Vigesimo, an, & quando stante simulatione, talis contractus retardetur executio, remitto te ad Gallesi. vbi sup. ad 4. par. primę par. q. 2. nume. 5. sufficere asserēs, quando talis simulatio esset iuris pręsumptione probata, seu ex met instrumenti inspectione appareret, quia ab agente illa exceptione collitigans repellitur a petita executione, absque eo quod periurium incurrat, vt late dixi in commissione relaxationis iuramenti. Vigesimo primo minus,
74 viæ executiuæ locus erit, quando non alias extensa obligatione Camerali A C. processerit, quia ex defectu iurisdictionis, nullitatis vitio gesta subiacebunt, Gallesi. ad obl. cam. par. 3. q. 5. rub. de processi. adeo quod non solum per statutum, verum neque per quamuis aliam constitutionem talis nullitas tolli poterit, Felin. in cap. fi. col. fi. vers. exceptio competentiæ fori, de Iudic. Rom. conf. 115. in fi. Sarn. in comp. vtr. sign. nu. 24. Ideo post rem iudicatam, quia a iurisdictionis defectu prouenit, opponi poterit, decis. 97. nume. tertio, parte prima diuersi. & ita pluries tenuit Rota coram D. Aldobrandino nunc S. D. N. Clemente VIII. in vna Rom. Vallis inferni, & in alia Ro. palatij cam
75 pi floris 8. Octobris 1588. Vigesimosecundo. Idē credo, si veniret facienda liquidatio, quia donec fiat, non poterit via executiua procedi, cum interim retentio licita sit, Bal. in l. fi. numero quarto, & quinto, vbi Sali. numero sexto, vers. aut est liquidatum. C. de
76 confes. Vigesimotertio, simile in exceptione retentionis procedere opinor, quia cum sit cęteris fauorabilior, potest etiam in ipsa executione opponi ad differendum, sed non suspendit iudicatum, Grau. conf. 148. numero secundo, & late conf. 65. numero 3.
77 Vigesimo quarto, Cameralis obligationis executio impediri poterit, per depositum, statim numeratæ pecunię, facta probatione vel alterius similis exceptione, Rotæ decis. 821. numero primo, parte tertia diuersi. At in cęteris casibus, si petatur appellationis commissio, relaxato mandato executiuo, præuia camerali obligatione, credo Signaturam cum vna ex infrascriptis clausulis rescri
78 bere, vel sine præiuditio legitimæ executionis, vel sine retardatione vlterioris executionis, siue ad legitimam executionem procedat, aut sine pręiuditio obligationis camerali, si quid exequendum, vel si quid exequendum fuerit, in primis, & ante omnia exequatur. Et quod non rescribatur absque aliqua ex præmissis clausulis, dixit Canar. abunde de exeq. instr. q. 46. per tot. de quarū clausularum viribus, & intellectu succinte aliqua ponamus. Clausula itaque si quid exe
79 quendum, est conditionalis, quia appellationem suspendit, nec exequenda venit, nisi ius permittat Rot. decis. 226. numero quinto parte tertia diuersi. sed operatur vt Iudex antequam in meritis causæ procedat, an executiōi locus sit, gustare debeat, maxime si aderunt illa verba, in primis, & ante omnia, alias impossibile erit, an clausulæ locus sit, nec ne uidere, ac si intrare iudicabit, exequi mandare poterit, & tunc quia est executor, & intrat regula, quod ab executore
80 non detur appellatio suspensiua, vt latius in appellatione ab executore dixi, Cautus vero D. Iudex in hoc sit, non pronunciate locum esse executioni, quia tale decretum vim diffinitiuę sapiens, daret appellationi locū, (vt ibi dicā) sed debet permittere mādatū exequēdum, vel si illi locus non sit, ad vlteriora in negocio principali procedere, quia ex eo tacite declaratur exequutionem
81 cessare, tollendo annexā appellandi, Put. de cis. 279. par. tertia. Sed istæc clausula si quid exequendum ex eisdem actis iustificari debet, super quibus fuit antecedens iudicium fundatum, & ita dicit Rota, coram Domi-
82 no Pamphilio, in vna Rom. census, Lunæ 4. Decembr. 1595. Idque in tātum est, verū quod si coram Iudice, cui commissio cum

tali

tali clausula directa fuit, ad iustificandum mandatum relaxatum, noua deducantur iura, non poterit stantibus nouiter deductis, ex præfata clausula illud exequi, Innoc. in cap. prudentiam, num. 6. de offic. deleg. Put. decis. 376. nu. 9. & 10. parte prima, talisq; exequutio petitur vigore, ante latæ sententiæ, Anton. August. decis 35. lib. tertio. Veral. decis. 18. parte prima, in manuscript. & ita tenuit Rota corā Dño Bubalo, deci. 221. parte secunda, Diuers. in fi. Felin. in cap. cū dilecti, de rescrip. Paris. cons. 41. num. 15. & cons. 51. num. 43. vol. 4. Et ob id nō potest hoc facto nouam iurium productionem admittere, quia si ex eisdem actis venit exequendum, litis contestatio excluditur, ideo Rota in alleg. decis. Roman. census 4. Nouembris 1595. de Cæsarinis, coram Domino Pamphilio, qui ex officio vnius notarij, Aud. Cam. habuerat mandatum exequutiuum, & Rotæ causa appellationis cū supradicta clausula demandata fuit: ac pars aduersa volebat iustificare mandatum ex instrumento rogato, quod erat in alio connotarij officio, dixit, post relaxatum mandatū id fieri non posse, sed erat ante mandati relationem

83 transportandum. Talis autem clausula intelligitur prout de iure ad exequutionem procedat, Rota coram Illustrissimo Cardinali Blanchetto, in vna Firmana Olei 9. Aprilis 1596. Alia vero præmissis addatur ratio, quia noua causa dicitur, quando nouę probationes, ad causam confirmandam exhibentur, quare noua lis, siue superueniens siue emergens, ratione illius, quæ nunc vertitur, aliam requirit, & a ueteri diuersam discussionem, decis. 630. numero secundo, libro secundo, diuers. Sicque, quando nouis iuribus productis, cōtra commissionis formam talis iudex exequitur, nulliter facit, secund. Fel. & alios allegatos, & excedendo mandati fines, appellare poterit succumbens, Verall. decis. 333. numero se-

84 cundo, parte prima. Clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis, vel ad legitimam exequutionem, ad vnum tendunt sen-

85 sum, quamuis verba sint diuersa: Importãt, namque, quod iudex ad quem, impedire exequutionem, etiam inhibendo non valeat, Vant. in tract. Nullit. tit. qui ea quot. mod. de nullit. num. 51. Contar. in l. vnica, limit. 7. rōne nullitatis, nu. 52. C. si de mom. pos. Ideo etiam inhibitio rotalis, quando in commissione adest clausula, sine præiudicio legitimæ exequutionis, nil operatur eo quia exequutio coram iudice a quo, consumanda remanet, Cæs. de Gras. decis. 3. numero quarto, de sent. & re iud. Habent au-

86 tem dicta verba paratam exequutionem, adeo qd, propter illorum efficaciā, & reuerentiam, nemo nisi in petitorio audiri potest: Mohed. decis. 3. in fi. vt lit. pend. Et verba ad legitimam exequutionem operātur

87 tacitam renunciationem attentatorum, si concedatur commissio, quod præstita cautione, cætera stent sine præiudicio legitimè exequutionis, vt per Lancel. de attent. lit. pend. parte secunda, capitulo quarto, limit. 15. num. 13. cum adductis. Præterea illud verbum legitima, facit, quod iudex ex-

88 ceptiones puta, Solutionis in totum, vel parte, excessus, si in bonis tertij fuerit facta exequutio, vel alias, audire debeat, de quib. suo loco de exequutore, & exequutione loquēdo, infra differemus, Sed in summa præmissa verba iudici significāt, ꝙ iuxta dispositionē, iuris curet exequi, glo. & Abb. in c. cō

89 sanguinei, & in c. ea q̄ de re iud. Solet interdū cōmissio signari, ab Illustr Pręfecto, placet D. N. Papę de legitima exequutione, eo autē casu operatur dicta clausula, quod si pro reo, qui exequutionem prætendere non poterat, sententia feratur, sed ab impetitis, & expensis tantum absolutus sit, quod successor faciat possessionem litigiosam, quia erat data iurisdictio conditionalis, iuxta decis. Achil. 6. de rescript. & quamuis verbum legitima, conditionem, seu rem litigiosam faciat, secund. Bald. in l. si plures, col. fin. ff. de cond. inser. & in l. ex hoc iure colum. 5. versic. Item dictio, ff. de iust. & iure: Tamen quia partis prætensio facit litē, illa dictio, de legitima executione, vti intrinseca, & ordinem magis respiciens, conditionem non ponit, glo. in verbo, legitimè vbi Abb. col. 1 & in cap. consanguinei de re iud. alioqnin tacita conditio, prout de iure, semper afferret litem, quod solum facit in euentum iniustitię, quod verum esse nequaquam potest, vt per Achil. decis. 5. nu-

90 mero secundo, & seq. de rescript. Clausula vero sine retardatione vlterioris exequutionis, omnino apponenda venit, quando executio est cæpta, siue alia, sine præiudicio vlterioris exequutionis, vt per Put. decis. 285. lib. 2. quæ suspendit, & limitat iurisdictionem. Cęl. de Gras. decis. 26. numero 1.

91 de sent. & re iud. Quia si loquitur per ablatiuum absolutum, dantē formā, & non iurisdictionem iudici, nisi præmissis adimpletis. Nam ablatiui præfati conditionis inducendæ natura est, Paris. cons. 41. nume. 14. vol. 4. Veral. decis. 150. num. 1. & 2. par. 1.

92 Clausula sine p̄iudicio obligationis Cameralis,

ralis, significat qđ nullatenus præfatæ obligationi, vel eius priuilegijs, ac viæ exequutiuę præiudicari possit, quia est illius præseruatiua, in quantum ius permittit. Ratio autem quare iudici ad quem, non dirigatur commissio, cum supradictis clausulis exequutiuis, sed solum quando commissio signatur, dum clausula, si qui exequendum, & remaneat coram iudice a quo esse poterit, quia non est verisimile, Papam ab vno iudice velle iurisdictionem auferre, nisi certa scientia accedente, & alteri dare. Et talis stilus solum in Rom. Cur. & non alibi viget, secund. Sthaphyl. de lit. iust. in cap. si commissa, num. 15. Bellam. decis. 419. Maximè si erit, (vt dixi) cæpta exequutio, l. vbi cæptum, ff. de iud. cap. ex tenore de rescript. cap. vt nostrum, & cap. vt debitus, de appel.
93 Innoc. in cap. cum M. de constit. Sed quando dirigi Rotæ Auditori talis commissio, & clausula contingit, non dat exequutionem, nisi prius gustato, de illius iustitia: Rationi nāq; consonū videtur, vt talis supremi tribunalis iudices, non sint alterius inferioris meri exequutores, indiscussa, inuisaque causa, ob id, nisi ex integro cognoscant, non exequuntur, Mohed. decis. 319. Veral. dec. 84. libro primo, in manuscrip. Quod procedit, si Rotæ remittitur, secus autem quando (vt dixi) remanet exequutio corā iudice a quo, quia pendente negotio in Rota, ipse exequitur mādata, sicq; continue practicatur. Appellantur namque tales clausulæ exequutiuę, salutares, quia a litium prolixitate saluāt, ac tantum innuere videntur, quantum sol-
94 ue, & repete, Cessatque hoc casu, regula, q̄ inhibitio rotalis, siue iusta, siue iniusta timēda veniat, sin secus attentata faciat, Achil. decis. 7. de attent. Peregr. decis. 92. Put. decisione 391. parte secunda, quia nō venit spernenda Cæs. de Gral. decis. 3. numero decimo, de appel. quia vigore, supradictæ clausulę eadem Rota illum posse exequi censuit tali inhibitione nō attenta, Cęs. de Gras. decis 3. numero quarto, de sent. & re iud.
95 Clausula etenim sine retardatione exequutionis, simpliciter, absque alia clausula, constito de vitio in ventre, & quod illi de iure locus non sit operatur exequutionis denegationem; Sarn. in comp. vtriusque Signaturæ, num. 84. Cassad. decis. 10. de rescript. Achil. decis. 1. de pens. & dec. 3. de rescript. Rot. diuers. decis. 348 parte prima, quāuis regulariter, vt ibi Rota, numero primo, suspē
96 dat, vel limitet iurisdictiooem: Sæpissimè quando agitur vigore Cameralis obligationis, maximè coram Aud. Cam. relaxato mādato exequutiuo, præstita cautione de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus pecuniæ consignari petenti mandantur. Nihilominus istæc cautio non iustificatur ex se, quia ab alio articulo, & iudicio pendet, nempè si petens sit anterior, prior vel potior creditor, quod facit iudicium ordinarium, expediendum, per tres sentētias conformes, vel duas illarum vim habentes, ita dictante iure municipali, Galles. loco citato, parte tertia, in principio de virt. in-
97 strum. eam, num. 15. Quod non procedit certè, quando post clausulam de restituendo prioribus, & potioribus subnectitur, & ad omne mandatum Domini, quia tunc cum clausula, sine præiudicio legitimę exequutionis rescribi solet: nam ex illa copula &, ad parendum mandato Domini se restrinxit, vnde sequuto Domini mandato, illico intrat restitutio: sicque, quando copula, &, ponitur inter plura, quæ non sunt per modum accidentis respectiuè posita, non requirit omnium concursum, sed in vnoquoque de per se verificatur, Alexand. cons. 64. numero tertio, cum adduct. volumine septimo. Vnicus est sermo in primo capite restitutionis priorib. & potioribus, ideo intrat appellatio, sed quando adest copula, quæ disiungit, duas faciendo partes, datur exequutio, quia copula posita in loco, vbi suam copulandi naturam seruare nequit, resoluitur in disiunctiuam Rip. in cap. ex parte, num. 48. de rescript. contrariè nempè sunt restituere prioribus, & potioribus, & ad omne mandatum Domini, quare si Dominus mandat, erit exequutionis locus, & ita pro regula in Signatura iustitię pluries Domini mei conuotantes firmauimus.
98 Hoc autem te non lateat, quod talis obligatio de restituendo ad omne mandatum Domini, est restricta solum in eadem causa, non in diuersa, Rota decis. Ianuen. 15. numero 18. Natt. cons. 133. numero quinto, Rot. diuers. decis. 97. parte secunda. Et an fi-
99 deiussor de stando iuri, & iudicatum soluendo, contra principalem pronunciato, teneatur, remitto te ad Ias. in l. qui Romæ, §. augerius, num. 2. vbi Alex. numero quinto, ff. de verb. oblig. conclusionem declarā-
100 tes, l. 1. ff. iud. sol. Quamuis teneri communiter asseratur, quia satis de debito constat, quādo nullas fideiussor defensiones habet, cogitur absque alio soluere, quare commissio appellationis ab isto fideiussore porrecta, cum vna ex supradictis clausulis, secundum facti contingentia rescribi solet, præcipuè stante relata clausula, & ad omne mandatum

101 datum Domini. At si contra fideiussorẽ contractus agatur ex processu contra principalem condemnari non valebit, eo quia nouus processus contra eum requiritur, Specul. in §. restat, num. 23. de dol. & contum. & in §. sequitur, numero decimo, de exeq. sent. Bal. in l. 1. numero primo, ff. de iudic. & in l. minor. numero decimo, ff. de procur. Similiter, fideiussor de repræsentando, captura iniusta existente, non tenetur, Marsil.
102 in rub. de fideiuss. nu. 156. Vtrum, si dato fideiussore, illo effecto non soluendo, alter veniat subrogandus, latè d. cit. Strac. in trac. de Mercat. tit. de decoctoribus, parte quinta, numero secundo. Eò autem cautela de
103 restituendo prioribus, & potioribus, adinuenta fuit, vt lites tollãtur, quia si anterior creditor non potest a secundo creditore, qui iam exegit pecunias, vindicare ex anterioritatis priuilegio, vt per Rip. in l. priuilegia, numero septimo, ff. de priuileg. credit. Paris. cons. 69. per totum, volu. 4 quibus ex bonis debitoris prius satisfaciendum venit, sicuti priori in tempore, ita etiam in iure, l. qui Balneum, & l. potior, ff. qui poti. in pig. hab. alias redderetur inanis sua anterior obligatio, Afflict. decis. 190. Capic. decis. 70. Cephal. cons. 155. numero septimo, volumine quarto, Paleot. decis. 195. Couar. pract. qq. cap. 9. Rota corã Domino Pegna in vna
104 Rom. pecuniaria 9. Maij 1594. Licet multi contrarium sentiant, per regulã, quod ex sua diligentia damnum pati nemo debeat. Immo ex ea præferri, Castr. cons. 446. numero tertio, volumine primo, sed (meo iudicio,) primam sententiam veriorem credo.
105 Dicere pariter non prætermitto, statutũ aduersus non petẽtem debitum currere præscriptionem mandans, fideiussorem qui iam soluit, & cui cessæ fuerint actiones, etiã cessione debitori non intimata, non capere, & in hoc limitatur, l. 2. C. de nouat. non cõprehendere hunc necessarium solutorem ex causa onerosa, Ias. in l. si emptor, num. septimo, & octauo, ff. de pact. Quod etiam extende ad quemlibet alium pro tertio soluente, ne contra eum talis præscriptio allegari possit, neque curat Achil. decisione
106 prima, numero primo, de præscript. Agẽti ex obligatione nostra, sępissimè compensationis exceptio opponitur, quæ non attenditur de liquido ad nõ liquidum, licet si de proximo liquidatio faciẽda veniret, de quadam æquitate admitti debere, l. f. C. de compens. Bart. in l. in compensatione in fi. versic. Item oppono, ff. eodem l. aufertur. §. qui compensationem, ff. de iur. fisc. Rom. cons. 76. numero secundo, in fi. Tiraq. de retract. lign. §. 3. glo. 3. numero vndecimo. Secus vero de rigore, Rol. a Val. cons. 17 num. 18. volumine primo, Moder. in tract. de confir. parte prima, quæstione 28 numero quarto,
107 Nihilominus stante partis illam petentis paupertate, quia maior tunc æquitas intrat facilior erit, Afflict. decis. 163. nu. 30. Galles. vbi supra, parte quarta, quæstione secunda, numero septimo. Et ratio quare non admittatur ita de plano est, qua Cameralis obligatio rem liquidam facit, notoriam, & manifestam, vti probatio probata, latè Tiraq. de retract. lign. § 2. glo. 1. num. 20. & seq. vnde contra illam compensatio cessat. Quod secund. Natt. cons. 51. numero decimonono, & 20. procedit, quando iudicialiter de eius iuribus discussum fuit, tuncque, quia ex tali obligatione agens claram habet suam intẽtionem, regulariter illam petens non audi-
108 tur. Sed quando iam per iudicem fuit admissa, non poterit vlterius per partem denegari, latè Gabr. lib. com. opin. tit. de except. conclusione prima, numero primo, decis. 218. parte secunda, diuers. Et de quadã æquitate seruari, quod de credito liquido compensatio fiat, dicit Galles. loco alleg. ad 4. partem, quæstione secunda, numero octauo, & seq. Quod tamen cessat, si appelletur, vt ibi, & an stante iuramento, & Camerali obligatione compẽsationi locus sit, latè tradit Sarmien. select. sentent. libro secundo,
109 cap. primo, numero vndecimo. Quod pariter in reconuentione cessabit, quia cũ sit exceptio non liquida, altiorem indaginẽ requirens, Cameralis obligationis exequutionem non impediet, Cassad. decis. vnica, de mut. petit. Maran. eodem tract. de mut.
110 petit. artic. 6. princ. fallen. 10. Nullatenus autem exceptio compensationis, retardat compensationem spolij, Bal. in l. fi. in 5. oppos. C. de compens. Ias. in §. bonæ fidei, numero duodecimo, instit. de act. Fel. in cap. sub orta, sub numero secundo, versic. Aduerte tertio, de re iud. Neque auditur excipiens, nisi eo purgato in quauis parte, & exceptione, Gram. cons. ciuil. 84. Vnde si præmissorum occasione rescribi cõtingat, erit vna ex pręmissis clausulis rescripto aptanda.
111 Videamus, an fideiussor se a fideiussione eximi petens, ex quo diu obligatus permansit, aut dãnum passus fuit, sit audiendus: & regulariter damnũ non passus, talem liberationem petere nequit. Quod fallit, quando stetit diu in obligatione, l. Lucius ibi nõ ad similes, vbi glo. & Bald. secundo not. ac Sal. & Doct. ff. mand. Bald. in l. si pro ea, in

tertia oppos. numero quarto, C. eodem tit. Ant. Gomes. in tract. de contract. cap. 13. numero decimo: Et quod ad liberationem agere possit, etiam si ex obligatione paratam exequutionem habente astrictus fuerit, tenuere Afflict. dec. 241. numero tertio, cum relat. per Luc. Pet. in prax. capitol. lib. 4. capitolo quarto, Galles. loco citato, in quęst. post process. incid. numero quinto, & seq. Quare interposita appellatione, ac commissione Signaturæ porrecta a tali liberationis decreto, 28. Ianuarij 1584. R. P. D. Polo Zambeccario Nobili Bononiẽsi modo Vrbis veteris Gubernatore proponente rescriptum fuit, cum clausula, sine præiudicio legitimę
112 exequutionis. Qđ fallit in fideiussore euictionis, & census, quia sciebat ab initio obligationem esse perpetuã, igitur ante sequutã euictionem, non potest dicere diu in obligatione stetisse, vt per Luc. Pet. loco supracitato, libro quarto, cap. quarto, per totum, maximè, numero secundo, & tertio, Alex. Cin. & Doct. in l. facere, ff. solut. mat. Aut si condemnatus fuerit, obtulerit, consignauerit, aut deposuerit, debitum, vel ad deponendum datum sit, aut ille, pro quo fideiussit, bona sua dilapidet, Afflict. decis. 241. numero 3. ac in quatuor casib. se eximi ab obligatione peti potest, relatis per Innocent. in cap. constitutus, num. 1. de fiediuss. quem
113 videas. Quęro, an tempore soluendi prorogato, sit nouatio inducta? & negatiuè respondet Bal. in l. Valerianus, numero quarto, ff. de prætor. stip. Gab. lib. com. opin. tit. de fideiuss. conclus. 3. numero primo, latissimè, decis. Pedemont. 125. numero quarto.
114 Ratio est, quia prorogatio nunquam innouat primam obligationem, nisi quando per lapsum tẽporis prima esset finita, Abb. in cap. constitutus in fi. de fideiuss. de communi Dec cons. 93. in fi. & Tiber. Decia cõsil. 102. num. 16. volumine tertio, & cons. 11. num. 29. volumine primo, Galles. ad oblig. cam vlt. par. tit. de vi instrum. oblig. num. 23. & eatenus nouata censetur, quatenus cũ prima compatibilis non sit, Menoch. de p̃sumpt. libro quarto, præsumpt. 134. numero quarto, quia nisi oriatur repugnantia, nõ præsumitur a priori contractu recessum, l. vbi repugnantia, & ibi Dec. numero quarto. Cagn. nu. 6. ff. de reg. iur. Dec. in l. pacta no-
115 uissima, numero quinto, C. de pact. Vnde protestatione facta, sine præiudico anterioritatis instrumenti, mandati relaxati, nouatione, aliorum iurium, & clausularum præseruatiuarum, saluat omne ius protestanti competens, Guid. Papæ, decis. 364. præcipuè si parte præsente, acceptante, & non contradicente fiat, latè Bart. in l. non solũ, §. morte, numero 14. ff. de nou. oper. nunc. Et est tantæ efficaciæ, quod per actum simpliciter gestum, ab ea non receditur, Put. decis. 32. numero secundo, & tertio, parte secunda. Nam quando reseruantur actiones, excluditur nouatio, Gozad. cons. 70. num. 6. Similiter, si ad annum fideiussor se obligauerit, facta temporis prorogatione, si denuo principalis non consenserit, non tenetur, l. 1. C. de vsur. re iud. Abb. & Doct. in cap. constitu-
116 tus, in fi. de fideius. Et in simili, quando fideiussor promisit soluere, puta 100. libros, si postea partes cõueniant de pecunijs dandis pro precio, vel aliã rem, ad illam fideiussor non tenebitur, quia in illa specie non promisit, vnde mutata re, vel precio, nouus videtur contractus, l. pacta, ff. de contrah. empt. Ideo ex tali nouatione remanet liberatus fideiussor, l. si cum hermes. ff. locat. l. nouatione, C. de fideiuss. Bart. in l. Valerianus, ff. de pact. stip. Marsil. in rub. ff. de fideiuss. quæstione sexta, latè Rom. in l. si sub specie, nu-
117 mero 25. & seq. C. de postul. Sed si Principali prorogatio fiat, quod fideiussori non prosit, est decis. Cæs. de Gras. vnica, numero 15. de confes. l. cõgruit, C. de locat. præd. Sarmien. select. sent. lib. 3. cap. 7. numero tertio, & seq. Subdens ibi Bart. quod quando fit temporis prorogatio, nouatio non indu-
118 citur. Et quando vigore Cameralis obligationis, quis dare fideiussorem tenetur, semel illum præstando, adeo obligationi satisfacit, quod eo mortuo, alius non venit subrogandus, Bart. in l. 3. numero vndecimo, vbi Ias. eod. nu. 11. ver. Limitat. ff. qui satisd. cog. Stracc. de Mercat. parte quinta, nume-
119 ro secundo. Sed in huiusmodi contractibus nominatis, sicut in bonę fidei, no est pęnitentiæ locus, eo quia multa ab initio voluntaria dicuntur, quæ ex post facto sunt coacta, vel necessitatis, l. sicut, C. de act. & obligat. vbi Bart. nunquam fallere regulam istã asserens, & idem tenent Dyn. & Doct. in l. quod semel numero nono, & seq. ff. de reg. iur. l. in ciuile, vbi Bald. C. de rei vendic. Afflict. decis. 280. num. 6. præcipuè iuramento, & Camerali obligatione concurrentibus, a qua per noua accidentia, quia iurata, recedere non licet, nisi talia fiut, quæ nullo modo impleri possint, l. impossibilium, ff.
120 de reg. iur. ad id quod dicitur obligationẽ rebus sic stantibus durare, ad l. quod seruus, ff. de cond. ob caus. intelligitur, quando nullo modo stare possunt, Grau. cons. 233. numero tertio, versic. quolibet enim, maxime si ver-

si versamur in locatione, quādo defectus à re locata, seu locatore non proueniunt, Bal. in l. si in lege, §. domus, ff. locat. Bart. in l. si vno, §. item cum quidam, numero quarto,
221 ff. eodem tit. Neq; iuris renunciatio, quę donationem quandam sapit, siue iurium dissipationem, præsumitur, l. cum de indebito, ff. de Prob. c. per hoc, de renūc. Grau. cons. 200. num. 1. & de alijs renunciationib. quæ fiunt in contractibus, quotidie, benefi cio Epistolæ diui Adriani, noue constitutio nis, de duobus reis, Senat. cons. Macedoniano, vide Specul. de renunciat. numero no-
222 no, & seq. Et de clausula donauit, quid operetur, & an excludet beneficium rescissio nis contractus, ex rem. l. 2. C. de rescind. ven dit. vide Sarmien. select. sent. libro secundo, cap. 11. numero quarto, tenentem con tra communem, Gabr. in lib. com. opin. tit. de empt. & vend. conclusione prima, numero quinto, illam falsam affirmans.
223 Quare, neque sola cessio per creditorem facta, probat solutionem: neque debitor, si creditori actionem contra alium eius debitorem cedat, quādo ille, cui cessio facta fuit nihil exegit, liberatur, glo. in l. legaui, in fi. in verbo legata, ff. de lib. leg. Bart. in l. in causæ, §. si ex parte versic. fieri inter absen-
224 tes, numero secūdo, ff. de procur. Pari mo do, delegatio debitoris facta, quando nec solutum sit, neque perfecta traditio, reuoca bilis erit, & ita tenuit Rota, coram Domina Pegna in vna Romana Capsulę argen ti 23. Ianuarij 1589. l. traditionibus, ff. de pa ctis, §. per traditionem, institut. de rerum diuision.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de faciendo consentire omnem molestantem personam, cessat in non ius habente.*
2 *Societas officij recepta parte sortis principali, disdicta erit.*
3 *Societas officij, an non expleto semestri disdici possit.*
4 *Societas officij, si officiali, vel vno ex obligatis intimetur disdicta, sufficit.*
5 *Societas officij, an nouari, vel mutari possit, sine officialis consensu.*
6 *Societas officij, secunda, inita pro prime extinctione, quæ requirat.*
7 *Societas officij, vltra valorem officij contracta, resoluitur in mutuum.*
8 *Fideiussor, cui principalis illum non molestare promisit, erit immunis.*
9 *Depositarius, compensationis exceptionem non opponit.*
10 *Creditor partem debiti recipere non tenetur, nisi toto depositato.*
11 *Depositum, quando in mutuum transeat.*
12 *Clausula contractus, quod omni loco cōueniri vult, quid operetur.*
13 *Euictionis causa pendens coram vno Iudice, vnitur cum principali coram alio pendente.*
14 *Tutrix, an pupillum ex sua confessione obliget.*
15 *Clausulæ exequutiuę oblig. Cameralis, quando cōtra pupillum cessent.*
16 *Sollemnitates statutariæ in contractu adhibitæ, doli præsumptionem tollunt.*
17 *Debitum solutum petens, criminaliter punitur.*
18 *Sacerdos pauper, an instrumenta stipulari possit.*
19 *Clericus effectus notarius, beneficijs priuatur.*
20 *Contractus censas initi contra formā Bullæ Pij V. quando in Signatura Papæ sanentur.*
21 *Contractus census lata sententia super eius nullitate, est insanabilis.*
23 *Regula de iure quæsito non tollendo, quare emanauit.*
24 *Censuræ terminus, ad soluendum dictæ, capiuntur præuia debiti confessione.*
25 *Censuræ per errorem captæ, an confitenti præiudicent.*
26 *Emptoris arbitrium est, an stante læsione iustum precium dare, vel rem restituere, velit.*
27 *Transactio super re dubia facienda venit.*
28 *Transactio inualida, an virtute iuramenti vti pactum sustineatur.*
29 *Transactioni contrauēniens, accepta restituere tenetur.*
30 *Commissio cum facultatibus A. Cam. quibus, & quando concedatur.*
31 *Commissio cum facultatibus Gubernatoris, vel Aud. Cam. quando nulla sit.*
32 *Gubernator Vrbis, quando cum citatione domi facta nulliter procedat.*
33 *Sportulæ in Tribunali Aud. Cam. an debeantur, si exequutiuè agatur.*
34 *Commissio appellationis ab inflictis censuris, quomodo, & quando detur.*
35 *Absolutio cum reincidentia in censuris, quando in Tribunali A. C. detur.*
36 *Absolutio, cum reincidentia, quibus festiuitatib. per A. C. detur.*
37 *Absolutionem etiam si nulliter, quis excommunicatus fuerit, petere debet.*
38 *Absolutionem a censuris ad cautelam petens, quæ probare teneatur.*
39 *Excommunicatio, absque legitima citatione non fulminatur.*
40 *Absolutionem a censuris latis extra Curiam, quando Rota de facili concedat.*
41 *Absolutionem a censuris latis, in Rom. Cur. quando detur, & quando non.*

Abso-

CAP. II.

1 PRomissio de faciendo consentire omnem molestantem personā, quæ passim in contractibus apponi, vsque recepta est, non intrat, quando præfatum consensum petens, ius non habet, Bart. in l. 1. vers. Nam in filijs, C. de bon. mater. Alex. cōs. 65.
2 numero secundo, versic. tamen illud volumine quinto. Contracta societate officij, multoties partis sortis principalis solutio fieri cōtingit, quæ recipitur, quo fit, vt ea interueniēte disdicta postea societas dicatur, Moderni a Corneto in sua prax. lib. primo, cap. 17. numero tertio. Ratio est, quia existente tali contractu indiuiduo, non potest in summa dari diuisio, quin pariter in consensu detur, cum natura talium societatum sit, quod capitale solum remaneat semper, ac tam diu duret, quamdiu consensus integer remanet, ac vt erat, perseueret, & duret. l. tam diu, ff pro soc. In talibus contra-
3 ctibus societatū, Officiorū apponitur semper clausula, cum disdicta per 15. dies ante, Euenit casus, quod (vt fieri solet) fructibus anticipate solutis pro semestri, eo durante, disdicta fuit societas, & dubitatum, an præfati 15. dies post lapsum semestris, vel a die intimationis exequutæ, & reproductæ currere debeant, & negatiue dicendum, credo, qn̄ soluti fructus reperiuntur, quia videtur tempus, pro quo soluti fuerunt, approbatū, adeo quod vnius voluntate interim dissolui societas non potest, neque vnum, & idē tps duos effectus, societatis, nēpè, ac disdictę operare nequit, sunt semestri expleto intelligendi, Put. decis. 68. parte tertia, tamen cōtrarium tenuit Signatura 10. Ianuarij 1593. R. P. D. Innocentio Bubalo, Nob. Rom. nunc Episcopo Camerini, & apud Regem Christia-

Christianissimum S. D. N. Papæ Nũcium proponente, nam eo casu erat semestre durante facta disdicta, & ille, contra quem intimatio disdictæ facta fuit, prætendens in dicto tempore nulliter factam, causam appellationis committi instabat: & Domini mei cum clausula, sine præiudicio legitimę exequutionis rescribendum, duxerunt, ea moti ratione, quia ad sex menses, deinde ad beneblacitum societas duratura erat, cum præfata disdicta anticipatè simpliciter nullo declarato tempore, ideo quia non dicitur lapsum semestre, cum sit indicatio animi, ac illius finis, aut ante, aut post sex menses, illam facere sat est, quia agere quis ante diem valet, vt post diem consequatur effectum, & talis actus, ante tempus factum, tenet, consequutiuè illo finito, Bart. in l. lecta, numero 21. ff. si cert. pet. & in l. in tempus, ff. de hæredit. instit. Solent autem tales societates officiorum, habentes, vt tutius se gerant, fructus non percipere ita celeriter, vt postea illis non solutis, possint disdicere societates, principalem sortem repetendo, quia eo casu non tenetur præstare patientiam, vt cæptum semestre labatur, & decis. Rotæ venit intelligenda, quod licet durante semestri intimatio exequatur tamen nisi illo finito, quando fructus sunt soluti, agi non possit, & interim periculũ currat. At quando fit intimatio in huiusmodi facto, si quis velit transferre periculum vitæ, illa met translatio dicitur, Alciat. consi. 16. num. 5. vol. 1. Afflict. decis. 61. Cephal. consi. 625. num. 14. Ruin. consi. 12. numero 32. vol. 1. & consi. 19 n. 14. vol. 4. Ideo
4 sat erit, si vni ex obligatis talis fiat intimatio, vel officiali fiat, quia oẽs obligati, quamuis ad omnes pecuniæ non peruenerint, virtute, & efficacia cameralis obligationis dicuntur, Bart. in Auth. hoc ita, nu. 2. C. de duo
5 bus reis Grau. consi. 27. num. 3. Quod declara procedere, quando in instrumento societatis adsit pactum appositum, cum consensu officialis, secus vero si non adesset, seu foret a præfato instrumento separatum, l. fundi partem, ff. de contrahen. empt. nam tunc officiali, qui translationi non consensit, præiudicium inferri nequit, Bart. in l. si item quæritur, §. impletum, ff. loca. Secus si talis intimatio generalis, vaga, & incerta foret, quia nullius esset momenti, Bar. in l. demonstratio, numero duodecimo, ff. de condit. & dem. Bald. in l. hac consultissima, colum. 2. versic. Item verbi obscuritas, C. qui test. fac. pos. & in l. eum, quem temere, ff.
6 de iud. At si pro anterioris societatis extinctione, noua fieri contingat, declarari debet in noua renouata, vt fieri assolet, ne postea sit in potestate illa renouantis dicere, suum vtile, ac damnum fuisse, & non illius, pro quo soluebatur, sed facta tali declaratione, præfata cessabunt, Fed. de Sen. consi. 103. colum. 6. Alex. consi. 115. in fi. vol. 4. Achil de-
7 cis. 3. de priuil. Contracta super duobus officijs fuit societas ab vno possessis, & vltra summã valoris officiorũ, dubitauit Rot. coram Illustr. Blanchetto, in vna Rom. societatum officij 28. Ianuarij 1591. An contractus essent validi, adeo quod fructus deberentur saltem ratione damnorum, vel interesse, vel potius in sortem computandi venirent, & quia contrahens sciens, & prudens vltra valorem officiorum societates iniuit, vt alias corã eodẽ Illustr. Rota censuit, in alia Ro. societatis de Luchinis, 24. Ianuarij 1575. Et qa vbi deficit subiectũ, super quo fundabatur, dicta societas, quia in vim societatis contractus valere non potuit, in mutuum necessario resolutum, & fructus sortem princi-palem minuere, in dictis decis. Rota dixit.
8 Principalis, aliquando testibus præsentibus forsan illi, qui ad sui fauorẽ se obligauit dicere solet, nolo, ꝙ verè ex hac fideiussione dãnum habeas: Nam adeo talia verba sibi ꝓiudicant, ꝙ promissa seruare non solum tenetur, sed neq; dictum fideiussorẽ molestare valet, Aym. de antiq. tẽp. par. 1. §. videmus.
9 Et abunde, num. 45. Depositarius compensationis exceptionẽ nequaquam opponere potest, l. si quis, ff. de cõpens. Caroc. in tract.
10 de depos. par. 1. nu. 15. & seq. Vnde in eadẽ depositi materia, si quis integrum debitum non deponat, neque accipere tenetur creditor, neque vt recipiat cogi potest, etiam si deficiat in vno nũmo, Ias. in Auth. qui rem, columna sexta, vers. Reuertor, C. de sacros. Eccles. Tiraquel. de retract. conuent. §. 4.
11 glo. 6. numero 26. Tuncque depositum transit in mutuum, quando pecunia fuit numerata, secus autem si in sacculo obsignata tradatur, l. Lucius, ff. depos. Dec. in l. 1. sub numero decimotertio, versic. saluari tamẽ,
12 C. de eden. Clausula in contractu apposita, quod omni loco cõueniri possit, operatur, vt debitor tanquam fugitiuus capi, vbique valeat, glo. in l. ait prętor, §. si debitorem, vbi Doct. ff. quæ in frau. cred. Alex in l. 2. numero octauo, vbi Ias. num. 15. Dec. nu. 2. Curt. iun. nu. 3. ff de iur. om. iud. Rom. consi. 242. num. 2. Fel. in cap. post principium de homicid. Caccial. in tract. de debit. susp. de

Q fug.

fug. quæst. 7. num. 1. Sed si post contractũ talis suspicio oriatur, probanda venit per eã allegantem, Rol. a Val. cons. 65. num. 8. vol. tertio. Idemque cauetur in statuto Vrbis, libro primo, cap. 98. Nam si vbiq; se soluturũ fore promisit, vbique conueniri, & de fuga suspectũ iurari voluit, Lap. alleg. 10. medio etenim iuramento in iudicẽ non suũ, corã quo carceratus fuit contrahendo consensit, Castr. in l. non vtique, §. si quod ita, ff. de
13 eo quod certo loco. Iudicio euictionis super negotio principali causa pendente intentato in alio Tribunali, debet insimul præuia auocatione coram vno iudice vniri, ac coram illo negocij, principalis, ne diuersas ferri sententias contingat, l. venditor vbi Doct. ff. de iudic. Ang. in rubr. instit. de except. nu. decimoseptimo, Soci. cons. 91. in vlt. dub. volumine tertio Butr. in cap. fi. numero vigesimoseptimo, de empt. & vend. Socin. consilio duodecimo, numero septimo, versic. Et non sequor absurdum, volumine primo, & in cap. fi. numero vigesimo tertio, versic. & ne sequar. de mut. petit. Quod procedit in diuersitate causarum, dato, quod rei sint diuersi fori, l. 1. vbi Bart. ff. ex quibus rebus, ad eundem Iud. eat. l. non nulli vbi Doct. C. de iudic. l. venditor vbi Cagnol. numero 22. C. vbi in rem act. Socin. cons. 244. sub num. 3. versic. Et primo, volumine secundo. Ratio vrget, quia super principali iurisdictionem habens, etiam debet super incidenti, & connexis habere, Bart. in l. fi. C. si adu. fisc. Socin. dicto cons. 14. Tu-
14 tricẽ, nequaquam ex sua confessione pupillum obligare, dixit Iureconsultus, in l. certum, §. Sed an ipsos, ff. de confess. & in l. nõ abstulit, C. de procur. Bart. in l. Lucius, §. tutrix, ff. de adm. tut. Alexand cons. 93. numero tertio, volumine tertio. Quare, non iustificata obligatione, cuius vigore actum fuit, si appellari contingat, dato aliquo fumo per pupillum, etiam si aderit obligatio in forma Cameræ, non rescribitur cum clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis, sed alia minori, secundum facti cõtingentiam, Bart. & Doct. in l. 2. §. fi. ff. si cert. petat. Tiraquel. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. numero duodecimo: & eo minus talis confessio præiudicat, quando est mere voluntaria, secus autem si sit contentiosa, & litè pendente, vt per Bart. in d. §. Sed an num. secundo, Rol. a Val. consilio septuagesimo, num..... volumine primo, Abb. in cap. fi.
15 numero decimo. Vbi Imol. numero octauo de confess. Quod tamen limita non procedere, quando contractus iudicis decreto accedente, consanguineorum assensu, & alijs sollemnitatibus requisitis, ex quibus subsistentia inducitur, celebratus fuit, vt latè per Gabr. libro primo, comm. opin. in tit. de sent. conclusione quinta: Tales au-
16 tem sollemnitates, tunc doli, vel metus exceptionem cessare faciunt, latè Simoncell. in Tract. de decret. libro tertio, titulo septimo, numero 44. Marsil. sing. 417. Borgn. Caualc. in tract. de inuent. numero tertio, & numero 112. Et in hoc etiam scias, contra huiusmodi pupillos, & minores, non posse ipsis per contradictas citatis ferri, sententiã, nisi detur curator ad lites, alias non sustinetur sententia Cresc. decisione nona, numero tertio, de sent. & re iudic. Ant. Aug. in repert. in tit. de contum. & vbi per contradic. numero quarto. Solutum iã
17 debitum: iterum sibi solui petens, criminaliter puniendus venit, l. si fideiussor, §. in omnibus in fi. ff. mand. Bald. in l. si sub specie numero quarto, versic. Quando pœna vbi Salic. numero 2. versic. Nam licet instrumentum, C. de re iud. Ang. de Malef. in l.
18 falsario, num. 44. Sacerdoti, an si pauper fuerit, instrumẽta stipulare licet, Lanfr. in tract. de Arbit. §. multos, num. 54. Bart. cons. 54. & text. in cap. clericus licitum, 51. dist. pro affirmatiua tenent, maximè quãdo est Papæ notarius, id facere poterit, dummodo, ab eodem Papa creatus sit, non autem ab episcopo, vel alio inferiori, & strictè fauore matrimonij, vel Ecclesiæ suæ, quando aliquid ei relinquitur, absque eo, quod in falsum incidat, ac si in illo loco, in quo clericus moratur, vigeat statutum, siue consuetudo, quæ ad talem exercitium Sacerdotem inducerent; id sibi fore quoque permissum dicit Lanfr. loco citato. Quamuis contrarium Frac. Squillacensis, in tract. de fide Catholica, c. 27. id tantummodo in causa hæresis, Sacerdoti, coram Ecclesiasticis iudicibus facere licere asserat, ad trad. per Doct. in cap. vt officium vbi Io. And. de heret. in 6. Vn-
19 de videmus clericum, in minoribus ordinibus constitutum, quãdo notarius efficiatur, ita beneficijs priuari, sicut quãdo matrimonium contraxit, quod notandum Lanfr. ibi quoq; ait, sed vt tales tollãtur dubitationes, sæpè paupes sacerdotes; multoties narrãdo locum, vbi curæ animarum incumbunt, valde hominibus refertum, notario carere, & sic si rebus occurrentibus nequeãt gesta stipulari, atque necessarias scripturas perficere, in graue habitantiũ damnum erit; ex

quo

quo plures lites exoriuntur, & quod sunt fructus beneficij, adeo tenues, quod victui non sufficiunt, vtque ex simili exercitio pro faciliori substentatione percipere valeant, porrectis supplicationibus in Signatura gratiæ, pro licentia, vel dispensatione ad præmissa precantur, quæ interdum conceditur in forma commissaria Ordinario cum restrictiua, dummodo in negotijs, seu rebus sanguinem, vel vitam hominis concernentibus, se non ingerant: vel aliquando licentia restringitur in eius Parochia tãtum. Et an clericus testamenta stipulari valeat,
20 non tango. Proponuntur multoties Commissiones in Signatura Sanctissimi, in quibus, siue debito præcedente, siue alias narrando factum fuisse censum non interueniente pecunia, contra Bullam Sanctissimæ memoriæ Pij Quinti: & pariter, quando fines fundi, super quo census impositus reperitur: non sint bene in ipso contractu expressi, aut aliquo pacto subsistente, vti solutionis fructuum anticipatæ: vel quod stante mora in illis soluendis, ad sortis repetitionem agi possit: siue quod census duret ad tempus, & similibus, supplicatur, vt non obstantibus præfatis nullitatibus, vel aliqua illarum, ex gratia S. suæ contractũ sanet, nullitatesque tollendo, illum ad tenorem, & formam Bullæ Sanctissimæ memoriæ Pij Quinti reducere dignetur. Conceditur multoties gratia, præcipuè si verè, & realiter pecuniæ numeratæ fuerunt, nam æquitati consonum tunc videtur, quando aliquis commodo præcedente, habitisque pecunijs vtilitatem consequutus sit, absque eo, quod emens censum decipiatur, vel fraudetur venderis censum malitia; seu notarij imperitia in non apponendo requisita, soluat etiam fructus: Et in simili, quando pecunia fuit in sacculo visa per contrahentes, & tacta, quia tunc dicitur numerata, ac pro numerata haberi voluere Bald. consilio ducentesimo quadragesimo septimo, libro secundo. Tiraquel. cum adduct. de retract. conuent. § 4. glo. 6. numero decimo octauo, quamuis secus in societate officij, quam talem, nisi numeretur pecunia, non esse voluere Castracan. de societ. offic. capitulo septimo, numero duodecimo, Boccac. eodem tract. numero octauo, & numero 124. licet contrarium de stilo seruetur. Ideo si ostẽsæ pecuniæ fuerint in ipsius contractus celebratione, & antea constabat vẽdentem censum fuisse debitorem ementis, quamuis postea Domino restitutæ fuerint, & si dici posset totum contra præfatæ Bullæ normam gestum, quia vim numerationis habere videntur, vt in simili, quando verè summam præfatam deberi apparet, legitimè constitutum fuisse censum voluit Foller. in tract. de censib. vers. huiusmodi, census, numero 555. Rodoan. de reb. Eccles. nõ alien. in Rub. de constit. an cens. num. 6. censentur etenim breui manu, ad censum capere, & postea præcedens debitum solutum. Quamuis hac alia ratione sustineri possit, quia debitum ex vna causa, in aliam conuerti valet, l. certi cond. ct. o. §. depositi vbi Doctor. & l. singularia vb. Bart. nu 20. & seq. ff. si cert. pet. Gabr. cons. 81. per totum, parte prima, excluditur etenim simulatio, quia talis conuersio habet vere præcedentis causæ formam, Bart. in l Lutius, la seconda, ff. depos. quod notandum pariter asserit in l. si ex precio, ff. si cert. pet. Cuman & Alex. quos sequitur Dec. in dicto §. depositi, numero secundo, & quod eandem vim habeat, qđ vera numeratio, dixere, Castr. cons. 170. colum. 1. vol. 2. Natt. cons. 438. numero quinto, & seq. Quamuis ita de plano præmissa non procedere credam, quia ita Papa mandante, præsentibus notario, & testibus in pecunia vere numerata censum constitui, si ex omni sua parte non sit contractus perfectus, efficacia careret, Alex. cons. 28. numero tertio, volumine primo, cum de tali numeratione non fuerit rogatus notarius, vt bene Fel. in cap. si cautio, numero 69. de fide instrum. Nec sufficit apparitio pecuniæ in sacculo, quia numeratio, & solutio integri precij sunt de substantia census, ac ipsius fundamentum, quod colligitur ex efficacia verborum, nisi vere in dicta constitutione insertorum, quæ requirunt veram, & effectualem numerationem, alias contractus vsurarius remanet, vt ibi constitutio. Et Bar. in l. actione, numero secũdo, & vndecimo, Ias. numero quinto, Bal. numero tertio, & quarto, Salic. nu. 3. Ro. nu. 5. C. de transact. Canon. in cap. præterea, el secondo, de appell. Accedente verbo vere, quod effectualem importat numerationem Boccac. in tract. de censibus, parte prima, numero 48. Nec facit confessio iurata de recepto, quia si ob non impletam numerationis conditionem corruit contractus, ita pariter & iuramentum, & quando condictio parit nullitatem, est omnimodè adimplẽda, Rebuf. super constit. Regn. in tract. de chirograph. in Prohœm. numero vigesimoquarto, Sarmien. select. sentent. libro secundo, capi-
21 tulo primo, numero 6. 8. & seq. Tamen ante latam sententiam, aliqua concurrente

causa, (vt dicam) solent multoties dari cõmissiones talium nullitatum Sanatoriæ, vel simpliciter, vel in forma commissaria,
22 Quo vero ad clausulam in huiusmodi contractibus inseri solitã, quod contractus, semper iuxta præfata Bullæ normam celebratus intelligatur, & si aliquid in contrarium fuerit appositum, pro non apposito censeatur, ac reduci debeat, vel reductus dicatur ad allegatę constitutionis tenorem, & formam: Ideo secundum multos, cum in substantialibus census prænarrato modo sit bene constitutus, talia pacta, quatenus etiam essent reprobata vitiantur, sed non vitiatur contractus, Bart. in l. 1. §. si quis in numero octauo, ff. de verb. oblig. Bald. in l. certi condictio, §. quoniam, numero tertio, ff. si cert. petat. Foller. in tract. cens. tit. nil vltra præcipiatur, a nu. 15. vsque ad 23. Suggerẽs etiã si contractus esset de vsura suspectus, vitiaretur tantũ in excessu, & ita pluries censuit Rota, & singulariter 24. Nouembris 1597. coram Domino Corduba, quia vtile per inutile non vitiatur, l. 1. §. Sed mihi, ff. de verbor. oblig. Quod non audeo firmare pro vero, quia si communis, vtilitas dedit legi causam, pars illius pœnam respiciens interpretanda venit, ne illi fraus fiat, & sic ad vnguem custodienda, Sarmien. select. sent. libro primo, capitulo duodecimo, numero septimo, Et si superiorum leges cautelis tollerentur, superioris iussus esset in voluntate inferiorum collocatus, Aym. de Antiq. temp. parte quarta, numero 124, nam sicut legi dominæ non parens peccat, ita mandato Papæ contrauenciens, est pœna, & nullitate dignus, & dicta reseruatio poterit aliquid in leuibus, non autem in substantialibus, Boccac. in dicto tract. de censibus, parte secunda, numero 38. & sequen. Sed quando lata sit sententia censum nullum iuxta constitutionis formam declarans, cum iam ex ea sit parti ius quæsitum, tales nullitates tolli non solent, neque census sanari, cum Papę mens semper sit tertio nolle ius quæsitum auferre, nisi expressis verbis regulæ derogет: quare solertes sint D. Procuratores, vel partes, vt ante latam sententiam talem commissionem census sanatoriam porrigant, quia postea erit difficilis, & regulæ præfatæ, specialis, & indiuidua derogatio requireretur, adeo q; sciẽ Papæ implicita, vel
23 explicita, & vere narrata nõ sufficeret. Emanauit, nempè præfata regula inter cæteras Cancellariæ, nè propter varias impetrantiũ suggestiones, tertijs ius tollatur, ideo voluit Papa, vt in illo derogandi actu, de sua mente expressè constaret, media derogatione clara, & aperta, specialibus verbis, decis. 345. nu. 1. & 2. p. 1. diuers. potestatis plenitudine vtendo, sicut facit in tollendo ius alicui ex contractu quæsitum, decis. 16. nu. 2. par. 2. diuers. Dec. cons. 410. nu. 22. Aym. de antiq. temp. parte prima, in princ. nu. 33. nam contractus, & consensus ius naturale sapiunt, quod Princeps ordinariè nõ tollit, & maximè, quia regulę Cancellariæ pro lege habentur, & illis statur, Gomes. in supradictis Reg. Cancel. in prohœm. q. 5. num. 1. Sed quãuis contra censum feratur per A. C. sententia, si erit per appellationem suspensa, donec an iusta, vel iniusta sit, discutitur, non erit interim manutentio impedienda, & ita censuit Rota coram Domino Corduba, in vna Beneuentana census, Lunę 23. Iunij 1594. & in alia Rom. siue Prænestina census, Lunę 5. Iulij 1599. Census seruatis oĩb. alijs sollẽnitatib. impositus fuit, præterquã expressionis cõfinium fundi, super quo erat imponendus, sed generaliter super omnibus bonis in tali territorio ad vendentem spectantibus, & pertinentibus. Postquam circiter per 20. annos a patre fructus soluti fuere, eo mortuo, per filios, sub prętextu omissæ nominationis particularis fundi, iuxta præfatæ constitutionis tenorem, fuit de nullitate dictũ, & quamũis coram S. D. N. Clem. VIII. 1. Septemb. 1599. Proponẽte R. P. D. Antonio Diaz Nob. Ro. Anconæ modo Gubern. adhuc non lata sñia, eius sanatio peteretur, eo quia ex iure naturali talis nullitas proueniebat: ac ex concessione, fel. mem. Nicolai Papæ V. Alfonso Regi Aragonę, quod census super omnibus bonis constitui possent, vt in eius bulla, ac in duobus, vel tribus prædijs venditoris, dummodo designatis, quia licet constituatur super omnibus bonis, non ob id omnia venduntur, sed tantum ius exigendi pro illa parte fructus vendıti ex pecunijs loco precij, dantis Laur. de Rodulf. in repet. c. consului, 2. par. q. 13. de vsur. Contar. de contract. q. 23. correl. 13. Sot. 6. de iust. q. 5. in princ. Couar. var. resol. lib. 3. num. 5. licet ex alia parte diceretur, præfata procedere, ante bullã Pij V. in qua dabatur certa forma, q; prætermissa, oẽs alios cõtractus anullabat, quare illi derogando, minimè rescribendũ erat. Tñ re dubia existente, nempè pro vna parte Bulla, & pro alia exbursatione pecuniarum, quibus aduersarij potiti fuerant, ex qua maxima insurgebat æquitas, S. D. N. mandauit Illustrissimis, & Reuerẽdissimis Dominis Cardinalib. Iustiniano, & Sancti Marcelli,

vt per partes concordare studerent, licet diebus proximè elapsis altera commissio Ciuitatis Castelli, Senatoria census, concessa fuisset, in qua narrabatur censum impositum super domo Titij in dicta Ciuitate existente, sed quia dictus Titius, non habebat aliam domum, fuit resolutum satis ad effectum Bullæ fuisse designatum fundum ex eius singularitate, quod secus erat in facto il lo Viterbiensi, quia in illo Territorio ven-
23 dens censum plura bona habebat. Censuræ, idest terminus dictus in Romana Curia, prius præuia debiti confessione, sunt susceptio termini ad soluendum, l. ad solutionē, C. de sent. & re iud. triginta dierum, vel minus, iuxta quantitatem debiti, Aud. Cam. arbitrio, in paruis summis. Quando constat
24 manifeste, quod per errorem sint suscepta, aut eo modo confessio emanata, cofitenti neque nocent, neque præiudicant, l. error, C. de iur. & fact. ign. l. 2. C. de error. aduoc. Bellam decis 691. etiam data illarum geminatione, & quod per partem fuerint acceptatę. Rim. iun. conf. 130. numero 20. quamuis raro allegatus error appareat: at contra talem, qui illas suscepit, sicut contra confessum, a communiter contingentibus detur clausula, sine præiuditio legitimæ exequutionis, vel non retardata exequutione, quia illas sponte accipiens, liti, & causæ renunciat Secus autem esset acceptando terminum a iudice ad soluendum sibi assignatum, quia tunc inuitus, non videtur renunciare, dummodo postea protestetur, quod vult, & intendit sibi ius appellandi saluū fore, seu
25 alias, secundum facti contingentiam, Fel. in cap. gratum, numero octauo, de offic. de leg. Læsum se venditor asserens, agit, & in hoc iudicio breuiter scias emptoris arbitrio repositum fore, vel rem emptam, restituto sibi precio reddere, aut iustum preciū supplere, l. 2. C. de resci. vend. & ita pariter in statuto Vrbis, libro primo, cap. 145. cauetur.
26 Transactionem de re dubia faciēdam esse, cum sit ab actione recessus, dixit text. in l. 1. ff. de transact. vnde, vbi nulla est actio, non cadit transactio Fulg in l. sub prætextu, numero septimo, Rom. num. 15. Ias. nu. 10. C. de transact. vnde ad illius sustentationem, litem partes fingere nequeunt, Curt. iun. in l. si causa cognita, nu. 57. & in l. transactio. C. de transact. Castr. in l. seruus, vbi Alex. nu. 4. C. de rep. hæred. Ruin. conf. 132. sub num. 5. vol. 1. Bar. in l. si forte, nu. 4. ff. de constit. pec. Dec. cōs. 351. sub nu. 3. Alex. in l. si causa cognita, sub nu. 9. de transact. neque sola comminatio litis ad transigendum sat est, Bero. conf. 187. nu. 33. & 48. vol. 1. Ang. conf. 211. col. 2. versic. quarto. & versic. iustis rationib. Mohed. decis. 1. quamuis causæ principalis iustitia, in trāsactione nō attendatur, l. 2. vbi Bal. in 1. not. C. eod. Bero. conf. 176. nu. 9. vo-
27 lumine primo. Sed ad illam sustinendam, litis futurę timorē sufficere, dixit, decis. Pedemont. 91. numero 23 & tunc, si vti transactio non valet, tanquam pactum virtute iuramēti sustinetur, Innoc. in cap. veniens vbi Doct. de transact. Rot. decis. 2. de confir. vtil. vel innut. in no. Bar. in l. si quis maior, num 9. C. de transact. Curt. Iun. in l. 2. nu 6. & 7. C. eodem tit. Sed quando ad vtilitatem transactionis, quis agit, nō autem ad eius rescissionem, absque eo, quod nō adimpleat, vel differat, ex sua parte agere potest, & isto casu nō procedit dispositio, l. si quis maior, C. de transact. vbi rescissionem quærens, ac
28 cepta restituere teneri vult, Natt. conf 631. num. 7. Et conf 441. per totum, Rol. a Val, conf. 7. num 4. & seq. vol. 3. Rimin. iun. consilio quinto, num. 71. vol. 1. Et pariter, si error insit, vitiatur trāsactio, per regulam, qd errans non consentit, Cald. conf. 100. quod est. Primum de transact. vers. Item quæritur. Rol. a Val. conf. 13. numero 28. versic. Tertio respondetur, cum add. vol. 1. Socin.
29 conf. 214. nu. 4. volumine primo. Demandari causæ multoties in commissionibus petuntur, cum facultatibus Auditoris Cameræ, tam in Rota, quam extra, sed talis clausula facile datur in Rota, at quando cum illa rescribi extra Rotam contingat, non ita de facili tales conceduntur facultates, nisi persona, cui rescribitur, sit nota, & maturo consilio adhibito, & ita praxim seruare dicit Vestr. in sua prax. libro secundo, capitulo quarto, numero septimo, versic. fateor. Deputante aliquo Aud. Cam. id facit iuxta suorum priuilegiorum tenorem, & facultatem, Sed aduertē, quod talis facultas Aud. Cam. non debet dari, nisi Cameralis obligatio adsit, quia tunc intrant
30 eius priuilegia, vt in simili. *Si* peti contingat, in corpore rescripti demandari, vt procedatur cum facultatibus, Gubernatoris Vrbis, siue eiusdem A. C. & in commissione addatur clausula prout de iure, taliter tota commissio secundum iuris commissionis dispositionem restricta erit, q̃ non poterit in causa iudex datus iuxta petitas facultates procedere, sed bene via iuris ordinaria, Ve-
31 ral. decisione 162. parte prima. Subdens ibidem, Gubernatorem carere facultatibus procedendi citationibus Domi exequutis, prius de principali citando diligentia non fa

cta in loco vbi manebat, dato, quod esset ex tra ciuitatem, quando esset summa 1500.
32 scutorum: Sportulæ, si via exequutiua in Tribunali A. C. procedatur summariè, non debentur, in dicto Tribunali, Bald. in Aut. generaliter, numero secundo, vers. Adde q in summarijs, C. de episc. & cleric. Vnde sæpissimè ad maiora regestra conficienda, ac vt celerius causæ expediantur, coloratis aliquibus rationibus, commissiones quęrunt, ex quib. ordinariam alterando iurisdictionē delegatus iudex efficitur, adeo quod postea sportulæ debentur. Sed non ita passim huiusmodi commissiones conceduntur, quia habenti iurisdictionem rescribere superuacaneum est, at si illa caret, eo quia rescribēdo innouatur: pars, ne illi præiudiciū
33 afferatur, & citanda, & audienda erit. Appellari fulminatis censuris sæpè contingit, siue ab earum incursu, vel declaratoria, & in porrecta commissione appellationis iudici ad quem simpliciter, vel ad cautelam, seu arbitrio, facultatem absoluendi petunt impertiri. Quæ commissio, quando eidem iudici, qui illas fulminauit, dirigi instatur, facilius conceditur, sed vna ex præmissis clausulis exequutiuis adhibita, & alia clausula; put de iure, quāuis absolutio a censuris, in Rom. Cur. latis non detur, nisi causa cognita de stilo Rotæ, quæ ex nouis probationib. nō possunt iustificari, secund. Innoc. in cap. Prudentiam, numero sexto, de offic. deleg. Put. decis. 123. parte secunda, Ant. Aug. decisione 356. libro tertio, Veral. decisio 192. parte tertia, Rot. coram D. Pegna Perusino, in vna Placentina fideiussionis 7. Iunij 1592. Et licet a pœna legis appellatio non admittatur, glo. in cap. cupientes, §. si per viginti, in verbo priuato, de elect. in 6. Felin. in cap. cum non ab homine, numero duodecimo de iud. Abb. in cap. peruenit, el primo, de appellat. Tamen bene permittitur, a declaratione incursus pœnę legis: Vnde subdit Abb. in cap. fin. columna quinta, de iur. cal. quod appellatio a declaratione incursus censurarum suspendit, quāuis alias sententia, per quam, quis est excommunicatus, non suspendatur appellatione, cap. pastoralis de appellat. Felin. in cap. Rodulfus,
34 numero 43. de rescript. Tales nempè absolutiones in dieb. Paschalibus, Resurrectionis Domini Nostri, eiusdemque Sanctissimæ Natiuitatis, ac per eorum octauas, maximè in Tribunali Aud. Cam. cum reincidentia, post tempus illo elapso dantur Veral. decisione secunda, per totum. parte secunda, & est decis. Accoramb. in vna Corduben. Decimarum 24. Martij 1553. Galles. loco citato, in verbo reliqua de processu, numero decimosexto. Huius autem excom-
35 municationis peculiare est, quod lapso termino in illa præfinito, ad cuius effectum, quis absoluitur statim, absque noua sentētia, vel declaratoria in ea reincidatur, cap. veniens, el secondo, vbi Ioan. Andr. Host. & Abb. de testibus, cap. Apostolicæ de exceptio. Innoc. & Fel. in cap. ad reprimendum, de offic. ord. Dec. in capitulo secundo, in secunda lectura, not. 6. Vbi Rip. numero 25. de iud. latè Couar. parte prima, relect. capitulo vndecimo, numero septimo. Continetur autem sub nomine censurarum, (de Ecclesiasticis loquendo) omnis suspensio, &
36 interdictum, licet inter se (vt dixi) sint diuersę: & dato, quod ab incompetenti iudice censuræ proueniant, ac per consequens iurisdictio deficiat, sicq; si esset excōmunicatio nulla, non attenta manifesta offensa, nihilominus talis sic illaqueatus, ad cautelā absolui debet, pro quo latè, Borgn.
37 Caualc. decis. 28. numero 38. Ad cautelam namque absolutionem petens, aliqua probare tenetur, de quibus per Felin. omnino viden. in cap. ad Apostolicæ, numero decimonono, & vigesimo, de rescript. Et an excommunicatus pro tali excommunicatione instans, aduersa parte excipiente, de iudicato, vel taxato, aliquid probare teneatur, ponit dec. Cap. Tholos. 1. per tot. quamuis istæc absolutio ad cautelam aliqua causæ cognitione præcedente, detur in Romana Curia, Verall. decis. 2. numero primo, par. 1.
38 Sed non sunt fulminandæ, nisi constet de citationis scientia, Cassad. decis. 2. numero quarto, de pens. & decis. 10. numero secundo, de rescript. quod cessat, quando principalis constituit procuratorem in Curia, cū ampla facultate, nam si tunc fuerit procurator citatus, qui congrua dilatione decursa potuit suum principalem certiorare, quē certificasse præsumitur, erit excōmunicatio valida, & ita de stilo Curiæ seruari, dixit Galles. ad for. Cam. tit. reliq. de process. numero octauo, & seq. declarans allegatam decis. Cassad. & scientiam principalis, quando factæ sunt notabiles impensæ præsumi, Veral. decis. 394. parte tertia, Peregr. decis. 44. & 115. lib. 1. Cuman. cons. 162. numero
39 quarto, vers. nec in hoc prætendo. Quamuis quando sumus in censuris latis extra Romanam Curiam, & Rotæ causa appellationis demādata reperitur, cū facultate simpliciter, vel ad cautelā put iuris fuerit absoluēdi, de facili ad cautelā, vel ad effectum agēdi

abso-

40 absolutionē Dñi impetiri soleant, secus si in curia fulminatæ sint, quia non datur ab ipsis absolutio, nisi cum clausula parito iudicato, dummodo de illarum nullitate non cōstet, quia secus esset Put. decis. 41. par. 1. Tholom. decis. 111. & Decis. 132. Quod intellige, siue versemur circa declarationem incursus illarum, siue circa ipsas censuras in curia fulminatas, Io. Paul. deci. 32. dec. 1 par. 1. & decis. 15. parte secunda diuers. Sed an nullę sint, requiritur causæ cognitio, Veral. decis. 2. numero 2. par. prima Io. Paul. dec. 19. & ita postea tenuit Rota corā D. Seraphyno Decano, in vna Aquinatensis beneficij 11. Decembris 1589. vt inter decis. diuers. decis. 18. parte prima: & licet (vt dixi) fuerit appellatum, nihilominus appellatione non obstante, Iudex, ad denūciationem, vel priuationem deuenire poterit, Duenas reg. 42. numero octauo, parte prima Lancell. de Attent. par. 2. cap. 12. limit. 25. Concedi poterit
41 absolutio, etiam per Aud. cam. ad effectum solum, vt quis communicare possit, ac sacris interesse, sed non quod agere valeat, quia suspensio non tollit agendi facultatem, sicut excommunicatio in casu, capit. venerabilis vbi Abb. vers. sed quæro, & Innoc. in verbo ad cautelam de sent. excom. Quare excommunicatio facta de aliquo, donec soluerit, requirit absolutionem, sed non sic suspensio, quia si causæ, propter quam fuit suspensus satisfaciat, nō est in dubio absolutione opus Felin. in cap. primo num. 4. & seq. de iudic. Verum si in contumacia quis excommunicatus fuit, & per contrarias partium assertiones reddatur dubia excommunicatio, ad expensarum refectionem non arctatur illo casu excommunicatus, vti neque ad deponendum pecuniam pro eisdem expensis, dummodo assertiones, & probationes præfatę sint ex causis probabilibus, & vero similibus, Bellam. decis. 174. & decis. 436. Vsus autem Tribunalis A. C. in relaxandis censuris est, vt prius mandatum executiuū obtineatur, illoque dato birruarijs, ac facta diligentia de reperiendis bonis, vel persona, si non reperiuntur, facta fide ab executore de hoc, in iuris subsidium premijs citationibus, etiā per contradictas, debitor excommunicatur. Creditur autem isto casu executori attestanti de premissis, vt in iuris subsidium quis excommunicari valeat Boer. decis. 349. nu. 8. Consueuit pariter in eodem A. C. Tribunali adiecta condictione excommunicatio decerni, nisi infra tres, vel quindecim dies soluerit, comparuerit, vel alia egerit. Tamen licet ita excommunicatus, postea satisfaciat, non erit sola satisfactio sufficiens pro absolutione, sed illam habere debet ab eo, qui ipsum declarauit, vel eius superiori formaliter, Felin. in cap. 1. col. 1. de iudic. Glos. in Clem. 1. in verbo continere de cons. & affin. & in Clem. 1. in verbo donec de decim. Gallef. vbi sup. num. 8. Sed quando actiue, vel passiue commissio veniat excommunicato concedenda, intra ponam in Commissione iactationis, vbi ad propositum huius conclusionis nō nulla retuli. Si Papa cōtingat excommunicato rescribere, illum, seu illos non vocat filios, aut fratrem respectiue, sed loco salutationis, & benedictionis Apostolicæ, quibus semper vti solet, sub illis verbis, dilecto filio, vel fratri N. salutem, & Apostolicam Benedictionem, dicit spiritum Consilij sanioris, vt per Specul. in §. preterea & §. ratione formæ, vers. nota quod Papa de rescrip. Et ratio est, quia prę fati pro mortuis habentur capitulo graue de sent. excom. in Ecclesia Glo. in capitulo dilectis filijs, in verbo suspendendum de App. Rebuf. in concord. Franc. super for. mand. Apost. in verbo dilectis filijs. Et merito alijs verbis charitatiuis, & amore plenis non veniunt decorandi, quia ab ecclesia, & fidelium communione sunt separati: perdit autem tunc solita Papæ salutatio, actus amoris, pietatis, charitatis largitatis, fidelitatis, sedulitatis, tranquillitatis, iucunditatis, & necessitatis, vt ibi Rebuf. in verbo salutem.
42 Quando inter Episcopos, siue Archiepiscopos, Patriarchas, & similès Prelatos dari contingat commissio, deletur in ea clausula inhibendi sub pæna excommunicationis, ob honorem dignitatis, & maximi sacerdotij, ac sacri Officij, quod exercent, quo fit, vt veniat illis in hoc deferendum, propter plurimorum periculum capit. 2. de offic. deleg. in sexto Staphyl. de lit. Iust. in c. petenti committ. nu. 14. Loco autem dictæ clausulæ apponitur suspensio, vt in d. capitulo venerabi-
43 li. Rescribere sępissime A. C. solet, qđ Prælatum deputet, interdum de partium cōsensu, quo iuxta formam rescripti deputato, an absque legitima causa illum remouere possit, alium subrogando eiusdem rescripti vigore, quæro, & credo quod non, quia iam ex cōmissione alterata sua iurisdictio fuit, vnde vti delegatus illo actu cēsendus venit, qui iam deputando, & commissioni obediendo loquenti in singulari numero, suo functus munere fuit, Abb. in cap. in corrigendis, numero primo, & secundo, de offic. deleg. Iaf. in l. ius ciuile, numero secundo, ff. de iust. & iur. maxime quando illi, vel Gubernatori

bernatori iniunctũ sit, quod deputet Prælatum, eo casu alium non potest deputare, qui Prælatus non sit, & si secus fiat, vti factum præter, & vltra mandatum Papæ, non valet, cap. Pisanis de rest. spol. Neuiz. cons. 70. num. 7. Socin. Iun. cons. 358. num. 12. vol. tertio. Quod cessare iusta existente causa opinor, puta absentię, impedimenti, vel alia legitima, iuridica ve, qa talis deputatio terminis habilibus, quatenus idoneè iudex deputetur, intelligitur, & quia iudex constitui debet vsque ad finem causæ, iuxta rescri-
45 pti normam, ideo sublato illo, alter poterit subrogari. Plures Iudices eodem tempore cumulatiue habere in executiuis, tam de iure communi, sec. Ias. cons. 9. nume. 41.
46 vol. primo. Quam ex clausularum efficacia, in camerali obligatione insertarum, potest. Et ratio est, quia l. vbi cæptum ff. de Iudic. non habet locum, quando agitur virtute talis obligationis, in qua omni iuris, & legum auxilio renunciatur. Galles. ad oblig. cam. q. 2. ad secundam particulam, & ita tenuit alias Rota corã D. Cęsare de Grassis in vna Calaguritana Beneficij 7. Nouembris 1525.
47 Cautio de iudicio sisti finita, prima instantia expirat, quare in causa appellationis noua fideiussio requiritur. Præpos. in rubr. de Appell. nu. 1. Vbi Bald. in princip. vers. quęro an in causa appellationis, late. Vnde solent in similibus practici clausulam apponi curare, etiam in causa appellationis, sicque supra dictam tollunt difficultatem, ac ius, & robur
48 obligationi addunt. Pręterea, quãdo principalis appellauit, illum non tenetur repręsentare, quia si interim non est principalis grauandus, neque fideiussor, videtur autem inter ipsos considerabilis conuentio, quod secus est in fideiussore cõtractus, quia contra eum requiritur nouus processus. Lancel. de attent. post inhib. Limit. 6. num. 3. 10. & seq. par. 2. Et an facta temporis prorogatione, fideiussor sit liberatus, & an fideiussor de stando iuri, & iudicatum soluendo pręstitus coram vno iudice, coram alio teneatur, late tradit Gabr. communium opin. titulo de fideius. concl. 3. & quarta, omnes nanque exceptiones principali competentes, pariter fideiussori competunt, etiã inuito principali, quia sua interest a tali fideiussione liberari. l. omnes exceptiones ff. de except. Dec. cons. secundo numero secundo Ias. in l. aliam numero 4. & 13. C. de except. Vnde cum eodẽ modo, quo principalis se fideiussor obligauerit, eodem modo, quo principalis omnes qualitates in obligatione fideiussoris censentur repetitę. l. sicut propo-

nit, ff. de fideius. & ita tenuit Rota coram D.
49 Pegna, in vna Placentina Pensionis 8. Martij 1593. Appellatio a censuris vigore obligationis cameralis fulminatis an detur, vt pariter stante re iudicata, vel vigore trium cõformium? & breuiter negatiue respondendum credo, etiam si de nullitate dicere vellet, quia sententia excommunicationis, quæ secum executionem trahit, neque suspenditur, neque retardatur eius effectus, vel executio, ad tex. clarum in capitulo pastoralis §. verum vbi Glos. in verbo cum excommunicato, circa medium de App. Felin. in cap. cum Rodulfus num. 45. de rescrip. at si, ea fulminata excommunicatus appellat, nihil ominus remanet illaqueatus: secus vero si esset declaratoria incursus cẽsurarum, quia appellationi locus tũc esset, vt ibi Felin. Put. decis. 271. num. 4 par. 3. Achil. decis. 4. nu.
50 6. & 12. de sent excom. Sed quando preuia camerali obligatione fulminantur, ea ratione appellanti audientia denegatur, quia non est incursus censurarum declaratoria, sed ipsius publicatoria, ac denunciatoria, quæ neque suspenditur, neque impeditur per appellationem, etiam si appellatio ipsam declaratoriam pręcedat. Galles. loco cit. in verbo reliqua de procel. num. 44. Canon. in d. capitulo pastoralis §. Verum de Appel. Fuit proposita in Signatura Iustitiæ commissio, in casu, quo filius arrogatus contraxerat, deinde vti filius familias ex verbis statuti, c. 152. lib. 1. tales contractus anullando, cum clausulis amplissimis, Motu proprio confirmatis, de nullitate dabat, appellationis causam simpliciter committi petens, Quare, an in statuto comprehensus foret, dubitatum extitit, & postquam Auditor cameræ mandatum executiuũ relaxauerat, dicebatur pro negatiua, quod licet adoptio naturam immitaretur, talem filium non censeri, vt in prænarrato statuto iuris communis correctorio comprehensus foret, neque ad illum se extenderet, Alex. in l. adoptiuũ nu. 4 ff. de in ius voc. vers. vlterius quæro, vbi Ruin. nume. 77. Caccialup. num e. 206. Crot. nume. 147. ea ratione suffulti, quia in talibus arrogationibus, quæ vt plurimum occulte fieri consueuerunt, de facili fraudes committerentur: & dari casus poterit, quod dicti filij familias, alius esset pater, vt per Dec. qui multa congerit, cons. 399. in princ. Tiraq. in l. si vnquam in verbo libero num. 5. vbi Rip. num. 64. C. de reuoc. donat. Pro parte affirmatiua respondebatur, quod licet varie in diuersis articulis Doctores loquantur de arrogatis, vt in feudis, rebus emphyteoticis,

ticis, priuilegijs, immunitatibus, statutis fę-
minas excludentibus propter masculos, &
alijs casibus, ibidem per Tiraq. in verbo su-
peruenerit, vsq; ad numerum 24 Curt. Iun.
cons. 339 Soci. Iun. cons. 32 vol. primo, re-
latis, tamen quod filij sint, ex distinctio-
ne Alex. in d. l. adoptium numero tertio, &
Tiraq. loco citato nu. 19. & per consequẽs
in eo comprehendantur, ex dispositione l.
prima §. certe si agnatus ff. ad Macedo. vbi
istum arrogatum quoque capit illud sena-
tus consultum, quia filius familias fuit, non
est ambigendum. Ideo non recedente iure
consulto à verbis statuti, neque nos recede-
re debemus, quia statutum est generale ad.
Bal. cons. 24. numero secundo lib. primo te-
nentem contrarium, respondebatur, ex l. 1.
§. si pendeat, ff. ad maced. vbi arrogatore in-
testato decedente, arrogatus succedit. Im-
mo si absque causa exhęredaretur, portio
illi veniret relinquenda, Azo. in sum. C. de
Adopt. num. 23. & 7. multaque alia hinc in-
de adducebantur, Vnde viso Dominis meis
connotantibus articulo, & quotidiano, &
valde disputabili, licet de camerali obligatio
ne ac eius executione ageretur, tamẽ ex quo
de prefati statuti interpretatione tractaba-
tur, & maior Dominorum pars, pro nega-
tiua inclinabat, Tandem causa cum clausu-
la si quid exequendum Rotæ, ac R. P. D.
Pmphilio Auditori tunc assistenti, deman-
51 data fuit, cuius tribunalis iustissimi, sen-
tentia erit attẽdenda. Pariter, minor post ca-
meralem obligationem molestatus recurrit
ad præmissum statutum, motu proprio con
firmatum: illud autem Domini, eo casu
non intrare censuerunt, quando tempore
obligationis in quasi sui iuris possessione fi-
lius familias erat, quę per vnicum actum,
etiam acquiritur, alias vero remaneret cre-
ditor delusus, & quamuis ex statuto actio
ex contractu tollatur, tamen quin de dolo
creditor agat, aut stellionatus, non tollitur,
deficiente alia actione, l. prima ff. de pign. act.
Bald. cons. 15. vol. 1. Alciat. de pręs. rep.
52 2. pręs. 2. numero tertio Præterea tale sta-
tutum filijs familias subueniens, non habe-
re locum in sagacibus, maxime quando in
eorum vtilitatem contractus vertuntur, ac-
cedunt, sed bene quando sunt damnificati
conclusum fuit, Bal. in l. neque. C. de. con-
trah. stipul. Grat. cons. 46. nume. 26. vol. 1.
Rom. consilio 355. Ac etiam cessare, quan-
do nomine alieno contrahunt, vt ibi pract.
numero tertio. Angel. l. quamuis in princ.
ff. de acq. poss. pro quo adaptantur dicta per
Bal. & Salic. in l. prima C. mand. maxime

patris accedente consensu, quem etiam post
obligationem interuenire sat erit, quatenus
statutum prius præstandum fore non asse-
rat, Soci. Iun. cons. 97. nume. tertio vol. 2.
Bursat. cons. 32. num. 12. vol. 1. & sic in cau-
sa proposita, in qua erat doctor, se filium fa-
milias faciens, qui ex dicti statuti iuuari prę
tendebat, vti paulo ante de alio seorsum à
patre degente, fuit huic etiam data commis
sio, cum clausula sine preiuditio legitimæ
53 executionis. Literæ cambij in vrbe confe-
ctæ Venetijs tractę fuerunt: Mercator, cui
directe erant (vt dicitur) ad vsum, quod ver-
bum innuit tempus 15. dierum ad soluen-
dum, literis inexactis illas acceptauit, Per-
misit postea pecunias exigere debes, labi
tempus in literis prædictum 15. dierum per
sex circiter dies, Interim Mercator ille deco
xit, vnde literis in exactis Romam rediens,
Mercatorem, qui tales dederat literas coram
A. C. conuenit, & tandem mandatũ execu-
tiuum ad sui fauorem relaxari obtinuit: In-
terposita appellatione, proposita fuit in Si-
gnatura Iustitiæ commissio, in qua Rotæ
simpliciter appellationis causam demanda-
ri petebatur: Pars appellata, ad impedien-
dam talem commissionem dicebat, Vrbis,
mercatorem teneri, eo quia literæ Cambij
cum protestatione rediere, superuẽto infor-
tunio decoctionis Venetijs non fuerũt solu
tę, Rot. Ianuen. decis. 73. num. 50. lib. 1. Ad
ea, quæ pro oratoris parte dicebantur, nem-
pe quod aderat delegatio, quia mercator Ve
netus erat debitor mercatoris vrbis, & quod
per stipulationem dum in literis cambij scri
pserat, acceptata, quæ verba inter mercato-
res delegationem constituunt, & quod vti
mandantis debitor, ita promiserat, vt late
Gabr. lib. com. opin. tit. de nouat. concl. 1.
Bar. in l. singularia nu. 19. vbi DD. ff. si cert.
petat. Respondebatur, non constare Vene-
tum illum mercatorem esse dantis literas
debitorem, neque liberatio induci poterat;
quia hoc verbo delegationis vsus minime
fuerat, Alex. cons. decimo, numero quarto;
& quinto, vol. 2. & cons. 173. nume. 4. vol. 7.
Castr. in l. quamuis §. si mulier, el secundo;
num. 3. versiculo secundo. ff. ad Velle. Cagn.
in d. l. singularia numero 165. vbi Ias. num.
36. Gabr. loco vt nume. 26. & alias ita fuisse
coram bo. mem. Illustrissimo Cardinali Lan
celloto in Rota resolutum, in vna Bono-
niensę pecuniaria 15. Ianuarij 1585. & nu-
per coram D. Gipsio, in alia Venetiarum li-
terę cambij, Lunę 23. Maij 1593. Præcipue,
quia mercator Venetus, vti fieri in delega-
tione debet, non fuerat pro soluto, vel so-
lutore

lutore acceptatus, sed pro soluente, ac præsentationem literarum cambij non fieri ad effectum nouationis, sed vt incipiat tempus, adeo quod post eo adueniente soluat: quo fit, vt interim dans literas non censeatur liberatus, Cagn. loco cit. num. 165. vt considerauir in preallegatis decisionib. quia talis acceptatio operatur, q creditor cāptoris fidem sequatur, quatenus soluat, & ad computum ponat, vnde solutione non sequuta, non dicitur facta liberatio, neque mandati fines completi. Sali. in l. si filius, la 2. nume. 2. vers. sed dubitari potest. ff. ad maced. Castr. in l. delegare numero quarto, vers. vnum scias, & in l. si debitor numero tertio, ff. de nouat. quod absque solutione, dicentibus literis cambijs pagarete, ad delegationem necessaria non sunt, neque sufficientia, vt late in allegata decis. coram D. Gipsio. Pro commissione, viæ executiue locum non esse dicebatur, eo quia per sex dies vltra terminū perfixum à vso labi permisit, ac negligens in exigendo fuit, quo stante, non pertinebat ad ipsum periculum, sed ad negligentem exactorem l. a Procuratore vbi Glos. & DD. C. mand. Alex. cons. 41. nu. 3. vol. 3. Rot. Ianuen. decis. 63. num. 5. Nam literis acceptatis non erat amplius res integra, neque literę datę poterant amplius reuocari, quæ mandatum, & soluendi promissionem continent Affl. deci. 355. vbi Vrsil. in addit. Ac dari casus poterat, quod elapsis 15. diebus ad sui creditum, & commodum in banco pecunias reliquisset, quia erat in sua potestate illas leuare, quare si interim decoxit, sibi imputetur, Respondebatur ad Rotæ Decisiones allegatas, quod erat in summa præfata sibi Venetus Mercator debitor, & quod talis promissio stipulationem operabatur Immo ex facta procrastinatione in exigendo, maxime per mercatorem expertum Venetijs commorantem, ac pręsentem in isto facto, ac in alio absente, & quod ille non erat mercator & sic in diuerso facto, non poterat de vno ad aliū fieri illatio: Tandem ex lege Veneta omnē, cessare difficultatem dicebatur, vnde non poterat amplius dari regressus cōntra debitorem, quia permisit sex dies præfatos labi, post terminum literarum Cambij, sed solum agere poterat contra acceptantem illas, quia cum terminus sit ad fauorem debitoris vt citius exigat, si id non fecit, omnes rationes, ac excusationes, quas sibi de iure communi competere possent, cessarunt, l. damnum ff. de reg. iur. Istis & alijs prolixè, hincinde adductis, optime vt tanti totius orbis supremissimi Iustitiæ Tribunalis moris est consideratis, ac subtiliter discussis inter Dños meos conuotantes tandem Rotæ causa cum c'ausula si quid exequendū demādata fuit, eo qa dubia reddebatur quæstio dubia. Ex hinc inde deductis, moti fuere, ex tempore limitato ad exigēdum de forma, Ias. in Auth. quę supplicatio numero quarto, C. de prec. imp. offer. Vnde quia in eo non exegerunt, eo quod per ipsum stetit, etiā si in modico fuisset omissum, ex superuenienti euentu pręiudicari Mercatori vrbis non potuit, Paris. cons. 547. numero 42. cum seq. vol. 1. ac literas cambij post tempus retinendo, tacendo maxime, sibi multum præiudicium, attulit Strac. de merca. tit. quom. in caus. merc. proced. numero 14. Et quamuis literæ cambij cum clausula ponere a mio conto, innuere videantur, quod mercator in vrbe pecunias recipiens, vt illas Venetijs remittat, se principalem debitorem constituat, suamque fidem astringat adeo, quod si effectu tales literę frustrent, aut nō acceptentur ab eo, cui diriguntur, adhuc primus mercator obligatus remaneat, Bursat. cons. 39. numero 4. volumi. 1. cum adduc. tamen quia resistebat lex Veneta, & eius posterior declaratio, cuius copia nobis data fuit, & de cuius intellectu agendum erat ante executionem, eo quia aliæ causæ similes, ex quibus Decisiones supra allegatę emanarunt, pari modo Rotę demandatæ fuerūt, sequendo aliorū rescriptorum formam, ac stilum Signaturę, qui probatur ex pręambulis commissionibus similibus expeditis, & ex alijs vberrimis iuribus, & rationibus relatis, ita factum fuit.

54 Camptor prudens recipiendo literas cambij si acceptare illas nequit, a tergo debet illas recepisse scribere, & non acceptasse, nam tale verbum accettata, adeo probat, quod postea solutioni contradicere nequit, etiam si mercator qui dictas literas transmisit, decoxisset. Ratio est. Quia mercator epistolam sibi directam recipiens, in qua sibi recte quantitatis solutio mandatur a mandante, videtur animo mandatum suscipiendi in dubio illam recepisse, vnde cogi potest, Cepol. caūt. 9. numero primo Socin. cons. 191. numero 30. vol. 2. Paris. cons. 5. nume. 206. volum. 4. decis. Tani. 135. Rota diuers. decis.

55 12. nu. 10. & seq. parte prima. Literis cambij non datur executio nec via executiua, quādo vera numeratio non probatur, Affl. in const. reg. Neap. incip. causas nume. 10. & 11. Carauit. ad rit. mag. cur. vicar. tit. 166. numero 49. talisque probatio in indiuiduo fieri debet, de quo adest decis. corāD. Mellino-

lino Veneris 15. Martij 1592. in illa Ro. cambiorum de Gradis. quamuis regulariter, quando versamur inter mercatores, habeât paratam executionem, neque contra illas aliæ attendãtur exceptiones, nisi solutionis, aut quod manus nõ sit recognita, Bero. cõs. 33. numero 12. vol. 3. decis. Rot. Ianuen. 6. nume. 10. Itē. Rigor vero, & iuris subtili-
56 tas inter mercatores remittitur, Bar. in l. si fideiussor §. quędam ff. mand. Bal. in l. si per ea, num. 14. C. eod. Put. decis. 11. nu. 2. parte 2. Immo quod paratam habeant executio-
57 nem, censuit. Rota coram D. Seraphyno, in illa Anconitana attentatorum 12. Februarij 1582. Pręcipuè, quando sunt acceptatę, tunc ex ipsamet acceptatione, adeo (vt dixi) orta est obligatio, pinde ac si stricta obligatione interueniente, se astrinxissent, Castr. in l. si Cornelius ff. de solut. Tunc autem illius, cui pecuniæ sunt soluendę, debitores efficiuntur Bar. & DD. in l. singularia ff. si cert. pet. Rot. Genuen. decis. 163. nume. 2. Quare si porrigi in similibus casibus omissio appellationis contingat, cum clausula sine prę iuditio legitimæ executionis, ordinariè rescribi solet, quia tales causæ fauorabiles sũt, ob id celeriter veniunt expediendæ, ne cõmercia destruãtur. Sed an existẽtibus cãbijs siccis, vt dicitur, q̃n non alias literæ transmissæ sunt ad partes, via executiua competat. Negatiue respondendum est, quando supra dictã sunt clara, ita dictãte Bulla Sanctissimi Pij V. S. mem. ea nulla, & irrita declarando, tunc autem exceptio nullitatis instrumenti, impedit executionem cameralis obligationis Bar. in l. 1. §. & parui ff. quod vi aut clam. sub numero tertio, Bero. in cap. item. cum quis numero 33. de rest. spol. Et quod non transmissis literis ad partes cambia sint sicca & vsuraria, censuit Rota 7 Iunii 1597. coram D. Pamphilio decis. Genuen. 8. num. 19. Secus si liquidè non constaret, quia eo casu esset locus cap. debitores de iureiur. Quamuis
58 vltra eas, aliæ partitæ mercatorum, nec probent, nec aliquem in quasi possessione exigendi constituant Veral. decis. 155. parte 2. neque pro tertio, contra tertium probent, vt ibi Veral. Paleot. decis. 190. inter decis. Rot. diuers. par. 1. decis. 594. Licet ex alio respectu libri depositarii publici, per Camerã Apostolicam publicæ deputati plene probent, ac fidem faciant, Aym. de antiq. temp. par. 1. numero 230. Quanquã ex alia parte scripturę non autenticę ad alterius præiudi-
59 cium fides non adhibeatur, Ruin. cons. 15. numero 16. & 17. vol. 1. Paris. consi. 27. nu. 7. vol. 2. cap. 1. de fid. instr. ibi si scripturam autenticam non videmus, ad exemplum nihil facere possumus. Et quãdo scriptura aliena manu scripta, & a se subscripta, subscribenti preiudicet, ponit Felin. in capit. quoniam contra nume. 43. de proba. Decreta in
60 causis executiuis quo ad iudicem, nunquam in iudicatũ transeunt, vnde in Ro. Cur. reponere ab eis semper iudices possunt, Gall. ad oblig. cam. tit. reliq de proces. sum. num. 27. & seq. Minor lege communi, vel municipali resistente contraxit, interuenientibus
61 fideiussoribus, causaque agitata vigore cameralis obligationis relaxatum fuit mandatum, etiam contra fideiussores, qui appellatione interposita, porrexere (vt fuit in vna Maceratensi) commissionem signandam, ac causa proposita, pro commissione dicebatur, in minoris persona contractum fundari, accedente tutoris, vel curatoris auctoritate respectiue, vnde præsupposita inualiditate, contractus minoris, nullus quoque erat respectu interuentionis curatoris siue tutoris, & sic, si principalis vt fundamentũ non remanebat obligatus, neq; fideiussores, Gabr. cons. 20. num. 45. vol. Prouidente itaq; statuto, ne minores fraudentur, etiã locum habebit in fideiussoribus, quia si valeret eorum obligatio, nihilominus per indirectum minores, qui non contraxerunt, remanerent defraudati. Replicabatur pro alia parte, contractui nullo fideiussorem accedere posse, & obligari, l. & si is, vb: Bald. & DD. C. de pred. minor, maxime, quando non militat eadem ratio, & fauor vitiandi accessorium, quę militant in principali, quia ratione iuramenti cõtractus sustinetur. Ideo si contra fideiussorem relaxatur mãdatum, quia non habet regressum contra minorẽ, eo quia scienter accessit contractui nullo, animo Pupillo, siue minori donandi, accessisse videtur: & ille, qui bonam fideiussorum fidem secutus fuit, quod alias nõ erat contracturus, non venit decipiendus, neque contra illum tales fideiussores audiendi, ad late cumulata per Odd. de rest. in integ. q. 48. art. 1. nu. 67. par. 1. Neque extensionem de minori ad fideiussorem fieri posse dicebatur, tum quia maxime ex nullitate actus per statutum posita, duplex extensio fieri nequit, Tum quia in omnibus par ratio nõ adest, Rot. diuers. decis. 139. num. 6. par. 1. precipue; quia solum ipsius minoris iuramentum, quod est personale, statutum tollit, Ias. in l. si quis filium num. 17. ff. de acq. hered. Dec. cons. 465. col. 2. quæ tanto magis procedere dicebantur, stante obligatione fideiussoris, qui vti principalis, principaliter

liter, & insolidum teneri voluit, Castr. cons. 434. visis omnibus scripturis numero tertio vol. 1. Alex. & Bar. in l. Marcellus in princ. ff. de fideius. Corn. consi. 49. numero 5. vers. idem Alexander vol. 3. Mars. in rub. ff. de fideius. num. 7. Paris. cons. 116. nume. 110. cum seq. vol. 1. Natt. cons. 262. nume. 14. Galles. ad oblig. Cam. par. 1. q. 3. numero 7. Mohed. decis. 2. de fideius. Tamen Domi-
62 nis meis conuotantibus, clausulam si quid exequendum porrectę commissioni solum addere, visum fuit in Rota, nam valde dubiũ disputabile se præbuit, licet ex tali contractu ordinariè, nec ciuilis nec naturalis obligatio oriatur, Grat. consil. 15. numero 31. parte 1. Sed verba statuti erant expressa, ac loquebantur etiam de fideiussore, anullando, quo ad illum quoque cõtractum, in quo, neque considerabatur efficacia iuramenti, veluti causa inducendæ obligationis, modum confirmatorium, & inductiuum ad confirmandum, vt ibi Grat numero tertio, & seq. cum adduct. Vnde si in statuto, a contrario sensu annullatur contractus minoris, nulla fideiussoris mentione facta, illorum tenet obligatio, sicque contrarium Domini dicebant, & eo casu intrare clausulã sine pręiudicio legitimæ executionis: Via executiua,
63 an ad Legatũ competat, quæro & affirmatiue, tenuit Glos. in Auth. illud C. de hęred. & falcid. in verbo decreto vbi Ang. nume. 57. Natt. cons. 260. num. 4. & 626. nu. 5. Duen. reg. 15. in 2 limi. Ioses. Lud. de cõmuni dec. Perus. 23. numero nono: nam qui hęret. ac hęreditatem acceptat, etiam legati onus su-
64 bit. Doctores nempe contrarium tenentes, de legato, in codicillis facto loqui asserit, Mich. Cras. in §. Legatum q. 77. & quod via executiua illi competat: dixere vltra præfatos Ang. in §. illud nume. 57 in auth. de hæred. & falc. quem sequuntur Ias. in l. fi. nu. 6. C. de edic. di. Adr. toll. Soci. cons. 103. in princ. vol. tertio, Dec. in l. in testamentis nu. 6. ff. de reg. iur. Natt. cons. 206. numero 4. Moder. de interp. vltim. volun. lib. 2. interp.
65 2. dub. 3. nu. 144. de commun. Quod tamen verum non est, si agi via ordinaria cęptum sit, & lata sententia diffinitiua, nam ordinariè agendo, adeo viæ executiuæ renunciasse videtur quod amplius ad illam redire nequit; cap. vt qui duas de elect. in sexto, electamque sequi tenetur, Grat. cons. 74. nu. 8. Boer. decis. 295. numero, 12. quod de iure pontificio verum pariter est, ab omni decreto appellationem (vt dixi) permittente quãuis Ang. & aliorum relatam sententiam maximã habere difficultatem asserat. Alex. in

l. si eam dotem §. eo autem tempore, & numero sexto, vers. quarto limita ff. sol. matr. Dec. & DD. in l. fi. num. 15. C. de edic. di adr. toll. vbi Zucar. num. 136. Tamen primam sequũtur sententiam, Ripa in l. ait pretor §. qui Iudex numero sexto, ff. de re Iud. Menoch. de adipisc. poss. rem. 3. numero 693. & ita censuit latè Rota corã D. Pamphilio in vna Mediolanensis legati Mercurij 30. Octobris 1589. Purgatio moræ de iure Canoni-
66 co admittitur, ca. fi. locat. Fallit, quando ius partis sit effectum deterius, capitulo suam, de petit. capitulo apud misericordiam 32. q. prima, vbi Glos. Bal. in l. qui crimen. nu. 20. C. qui accus. non poss. Alex. sibi contrarius in l. si quis maior circa fin. vbi Ias. nu. 26. Iac. de Sancto Georg. numero 43. Cagn. num. 252. & seq. & late Parpal. in 23. not. C. de trã sac. Deci. cons. 137. nu. 6. Crot. in l. si insulã, num 78. vbi Rip. num. 93. & numero 112. ff. de verb. oblig. Iosfr. cons. 41. num 8. Ruin.
67 cons. 123. num. 26. vol. 3. Talis autem moræ purgatio vsque ad litis contestationem toleratur ab vtroque iure, DD. in d. l. si insulam, & ita dixit coram D. Seraphyno Rota in illa Rom. domus Veneris 19. Nouemb. 1582. Innoc. in cap. fi. num. 2 Licet Regula, quod petens plus debito cadat à iure suo, non habet locum in priuata scriptura; Rol. a Val. cum add. cons. 71. num. 40. vol 1. Copię
68 ex protocollo mortui Tabellionis, quę quotidie extrahuntur, vt legitimę sint, ac probent, octo habere debent de quibus est, Verall. decis. 244. num. 1. & 3. par. 2. Affl. decis. sexta, num. 3. vbi late Vrsil. in addit Suspensiua appellatio a sententia, in qua ad red-
69 dendam rationem quis condemnatus fuit, nõ datur, Ang. in § œconomus in fi. Auth. de sanct Episc. Maran. de ord. Iud. par. 6. art. 6. nume. 198. Borgn. Caual. de tut. & curat. numero 22. Ratio est, quia computorum visionem retardare nequit tutor ac residui restitutionem, l. cum seruus vbi Castren. ff. de cond. & dem. Socin. cons. 82. sub nu. 1. vol. 4. Rol. a val. cons. 49. nu. 41. vol. primo Afflic. decis. 157. nu. 2. deci. Genuen. 209. sub nu. 2. Competit autem Pupillo in bonis tutoris hi
70 poteca, l. pro officio vbi Bar. Bal. Cin. & Sal. C. de adm. tut. etiã data negligentia, Negus. in trac. de pigno. 3. memb. par. 2. nu 6. Rip. in l. debemus §. si quis contutor, num. 9. ff. de priuil. credit. Borg. Caualc. loco alleg. n. 22. de communi. Quare rationem reddere debens, in suis libris diligenter omnia ea inscribere tenetur ex quibus dietim introitus, & exitus videri possint, Menoch. de arbit. Iud. lib. 2. Centur. 3. cas. 209. num. 14. cum seq.

1 seq. late Rol. a val. cons. 48. per tot. vol. 2. Nã plus licere actori pôt ĩ materia appllõnis q̃ reo c. 2. de mut. pet. vbi Glos. & Abb. Dec. in l. non debet ff. de reg. iu. Contar. in l. vnica limi. 17. n. 5. & seq. C. si đ mom. pos. ac ad fundamentũ intentionis Iudicis rite, & recte appellatũ fuisse apparere opus est c. Romana §. si vero, de appel. Cęs. de Gras. deci. 2. de rescr. Nisi de potestatis plenitudine, supmissima
72 Ius ex ꝯtractu q̃situ tollere Priceps nõ pôt, deci. 161. nu. 7. par. 2. diuers. ac ead. par. decis. 410. nu. 22. Aym. de antiq. tẽp. par. 2. in princ. n. 33. qa contractus, & cõsensus sunt de iure naturali, q̃ Princips nõ tollit, Fallit in materia
73 pensionis, vbi Papa pôt tollere ꝯtractus, obligationes, ac ius, ex eis q̃situ, vti pendentia ab eius grã, & subsistentia pẽsionis, quã si Papa diminuit, cõtractus, & obligatio non operãtur, Put. decis. 53. alias 59. par. 1. Mohed. deci. 138. d. decis. diuers. praxe alleg. n. 8. Qñ pfigit
74 terminis, vel relaxatur mãdatum, tã ab A. C. quã a quibus vis alijs iudicibus, cũ intimatione, illa nõ facta, actus redditur nullus, neque terminus incipit, nisi intimatione secuta, qa decretũ est condictionale, Put. deci. 174. n. 1.
75 par. 1. Nã illa dictio cum, ante verbũ intimatione, facit expressam cõdictionẽ, Bal. in rub. C. de institu. & substit. & in l. ex his verbis C. quã. de leg. ad Bar. in § si qs a filio, vbi aliquãdo etiam tempus facere asserit, & in l. fideicommissa ff. de fideicom. liber. Glos. & DD. in l. si decem ff. de verb. obl. Bart. in l. 1. ff.
76 de leg. 1. Causam releuationis a molestijs agebat vltimus emptor, Castri, & territorij coram A. C. obtinueratque iam mãdatum contra primum venditorem, sed pretendente illo, a quo ipse emit, & agens, causam habebat teneri, iam quis eorum teneretur in Rota, vbi lis erat, videbatur. Appellauit primus venditor a tali mãdati relaxatione, & eidem Rotę causam demandari instabat. At quia vltimus emptor indemnis ab vno ex dictis collitigãtibus releuari debebat, nec ęquitas patiebatur, quod non cognito, quis nam eorum teneretur, interim fieret executio. Ideo censuit Signatura, vt in executione mãdati supersederetur, donec, & quousque prędictus articulus esset declaratus in Rota, & quis eorum teneretur vltimum emptorum liberare, sed nulla fieret mentio litis in Rota pendentis liberandi vltimũ emptorẽ. Dubitabatur ex eoq; erat aliqs in forma camerę Imperialis, vel Ducalis obligatus in ciuitate Mediolani. Postea constituerat Procuratorem in curia ad suscipiendum censuras coram A. C. vel melius ad confitẽdũ debitã, an contra eũ procedi posset, sicut si esset obligatus in forma Camerę Apostolicę, & sicut in quadã antiqua praxi manu cuiusdam Referendarij conscripta inuenerim tũc in Signatura resolutum ꝙ licet nõ esset propria obligatio in forma Cameræ Apostolicę, qa habebat eadẽ verba propter vim & reuerentiã iuramenti, veniebat exequenda, perinde ac si esset obligatio in forma Camerę Appostolicę, qđ tamen cogita, qa cre
77 do fore dubium. Officiales curiæ Romanæ, puta Cubicularij, Abreuiatores, de vtroque parcho & similes, conueniuntur in Curia capitolina vigore obligationis in forma Camerę, seu alias, qui statim ab A. C. causas reassumi, & inhiberi curant, eo qa prętendunt se priuatiuè subiectos foro A. C. vel e contra. Citati corã A. C. Romani, curãt causam, vel causas reassumi in Curia capitolina, vigore Motus proprij Pop. Ro. concessi, a tot summis Pontificibus successiuè confirmati, ꝙ alibi Romani non conueniantur, dando pręuentioni locũ in causis obligationis Cameralis: īter illũ forũ, & A. C. Oriunt multoties differentię occasione iurisdictionis, Pro illorum parte, qui forũ capitolinũ declinare satagunt, adducit, Stat. c. 41. lib. 1. de for. comp. vbi claris. verbis excipiuntur quicunq; mercatores ac officiales Ro cur. sequentes: sicq; existente vna ex præfatis qualitatibus, potest conueniri coram A. C. cuius facultatibus subiacent dicti Officiales. Talis nanq; qualitas curialitatis conuenit Romanis in curia habitãtib. ratione originis, qa accidentalis qualitas potẽtior est, & fauorabilior, Marc. Mant. Sing. 75. nu. 3. Anchar. in c. præsenti n. 1. vers. quinto nota de pręb. in 6. vbi Butr. Et eo ma
78 xime, quia (vt dixi) A. C. habet priuilegia ex titulo oneroso, quo transeũt in contractum quando est potentiora, & omnino obseruanda, Grau. cons. 241. num. 10. late Bursa. cõs. 259. nu. 1. & seq. vol. 3. Ad literas Iulij Papę ij dicebatur, quod licet Romanos excludant officiales, ibi dummodo non sint Romani, ꝙ statuta postea tẽpore Fel. rec. Greg. XIII. reformata, alia anteriora tollebãt, & illis derogabãt, quatenus nouis cõtraria, & ꝙ actu Officiales Romanã Curiã sequẽtes excipiebãt, vti sunt isti, de qbus agit, pcipue in facto, de quo in Signatura Sãctissimi actũ fuit, vbi cubicularius, & Abbreuiator Parchi minoris, alias in curia capitolina cõuẽtus A. C. priuilegio vsus fuit, & sic illi amplius renũciare nequibat, ex regula, quia in iudicijs priuilegia retorquẽtur contra illis vtentẽ, ẽt ex alia causa Bart. in l. fi. nu. 4. C. de fruc. & lit. expen. Ro. Sing. 374. in fi. Alex. in l. 3. nu 8. vbi Castr. n. 5. ff. q. qlq; iur. Pro alia parte dicebat, statutũ allegatũ simpliciter officiales nõ excipere Sed Romanam curiam sequentes, quod vr-

R bem

bem colentibus in proprijs domibus non cõuenit. quia non dicuntur Romanam Curiã sequi, quando quis habitat in loco, vbi curia degit, Bellam. dec. 655. Simonet. de reseru. q. tertia ad fin. Vnde statutum præfatum de forensibus, venit de vrbem colentibus intelligendum. Propositis itaque eodem instanti duabus causis, in quarũ vna petebatur auocatio a cur. capitolina, & remissio ad A.C. & in alia e contra per R. P. D. Ruinum nob. Bononiensem, coram Sanctissimo D. N. Clemente Octauo 27. Nouembris 1599. ac acerrime causa discussa, tãdem in eam deuentum fuit distinctionem, quam S. D. N. approbauit, Dictum autem fuit, quod aut erãt officiales Rom. curiã sequentes, puta protonotarij Abbreuiatores de vtroq; parco, Cubicularij, & similes, qui Ro. Curiam sequũtur, & actu illi inseruiunt, & isti a Curia capitolina sunt omnino exempti, eo magis, quia de suorum officiorũ necessitate, quod Clerici sint, opus est, qui nullatenus ibi cõueniri valent, ac Sequi Ro. cur. dicuntur, quia in capellis, & quando Sanctiss. equitat. seu in processionibus, & ceteris actibus publicis, Papam, & curiam sequuntur, quare præfati, licet Romani, omnino a curia capitolina sunt immunes, & A.C. subsunt, Cęteri nanque officiales modo pręfato nõ inseruientes, neque Rom. cum sequentes, quatenus vrbis statuto subsint, Curiæ capitolinæ forum declinare non valebunt, Sicque dabitur in hoc præuentioni locus, eo etenim instanti Sanctitas sua A.C. mandauit, vt in isto secundo capite in causis reassumendis accurate procederet, sicque vna ex præfatis causis, in qua cubicularius, & Abbreuiatór aderat, coram A.C. remansit, & alia in curia capitolina, in qua erat eques de filio, quãuis etiam eques mercator foret, inter quos pari modo distinguẽdum pariter conclusum fuit, inter mercatores, & mercatorellos, licet Vestr. in sua praxi lib. 2 c. 4. nu. 5. hanc disputans quæstionẽ cõcludat, quod multoties partes A.C. tribunal euitare q̃runt, capitolinã curiã adeundo, vt fugiãt censuras ecclesiasticas, quas A.C. Sæpe solet fulminare, quod Capitolini facere nequeũt. Ihęc nanq; mercatorũ distinctio, optime fundari põt in relatis p Cic. 1. Offic vbi inquit. Mercatura si tenuis est, sordida putãda est, si magna, & captiosa, multa vndiq; apportans, multisq; sine vanitate impartiens, non est admodũ vituperanda, atq; ẽt si satiata q̃stu, vel contenta potius, vt sæpe ex alto in portũ, & ex portu ipso se in agros, possessionesq; contulerit, vide{t} iure optimo posse laudari, itaq; non oẽs mercatores A.C. priuilegio potiri poterũt, sed qui vere tales, & alicuius sint considerationis, & de his hactenus. Nec te lateat quod hęredes, vel ab illo, qui sub Camerali obligatiòne se astrinxit causam habentes, A.C. forũ nequeũt declinare, vt in terminis Gallesf. loco cit. par. 2. c. 1. n. 14. cũ add. Scriptura publica ex Archiuio desumpta, vt probet, quæ requisita habere, ac quot in ea concurrere debeãt, commemorat Fel. in c cũ causam, nu. 7. de prob. nũc ad alia deueniamus.

Com. *Vrbis.*

BEatissime Pr lite, & causa pẽdente corã R. P. D. A.C. siue illius R. P. D. in ciuilib. Locũte. inter S. V. oratorẽ A. reũ cõuentũ ex vna causa, & occasione nonnullarũ pecuniarũ summã scut... excedentiũ, vigore pręfęe obligationis cameralis, quãuis nullę, & B. actorẽ ex alia. Idẽ iudex non minus nulliter q̃ iniq;, & iniuste contra oratorẽ, pcedẽs mãdatũ executiuũ decreuit, & forsã relaxauit, a quo sentiẽs se grauatũ, infra legitima tẽpora ad S. V. Sanctamq; Sedẽ Apostolicã appellauit, & de nullitate dixit. Dignetur itaq; S. V. causam, & causas appellationis, & appellationũ, nullitatis, & nullitatũ, iniquitatis, & notorię iniustitię, nec non, quam & quas idẽ orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intẽdit cõtra d. B. omnesq; alios, sua cõiter, vel diuisim interesse putãtes in executione p̃sentiũ nominãdos, & cognominandos, alicui ex Rotę Auditoribus, siue Prælato in Ro. Cur. cõmoranti, cũ oĩb. & singulis incidẽtib. depẽden. emergen. annexis, & cõnexis, ac toto negotio principali & decidendas, audiendas, cognoscendas, ac fine debito terminãdas, sũmariè, &c. cõmittere, & mandare, Cũ potestate citãdi, & inhibẽ. in curia, & extra eã, toties quoties, & q̃bus opus fuerit, ẽt sub cẽsuris, & pęnis ecclesiasticis eius arbitrio imponẽdis, moderãdis, & applicandis, contradictores, & rebelles pęnas p̃fatas in currisse declarã. grau. & regrau. & interdicẽ. inuocato, si opus fuerit beneficij secularis auxilio, seruata forma Concilij Tridentini, attẽtata, & innouata, prout iuris fuerit in primis, & ante oĩa reuocãdi, & oratorẽ, saltem ex clausula generali prout de iure, quatenus opus fuerit, in integrũ restituẽdi ac singulis diebus, & horis, pręterq̃ in Dei honorẽ feriatis, procedendi, oratorẽq; si opus fuerit, simpliciter, seu ad cautelã a cẽsuris, iure medio absoluendi, Cęteraq;, oĩa & singula alia faciẽdi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequẽdi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna, Cõstitutionibus, ordinationib{us} Apostolicis, stilo palatij, & curiæ, quacunq; respõsione p Apostolis data,

data,adeo quod pro illis amplius redire non teneatur,attento quod a diffinitiua,cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus minime obstantibus, quorum tenores, status, & merita causæ, pro expressis S. V. haberi placeat.

Quando autē nulla facta Cameralis obligationis mētione, vt in initio dixi, fuerit expedita simplex commissio appellationis, & ad Signaturam pro ea reformanda recurritur, præinserta prius commissione præfata appellationis, ita reformatoria concipienda erit.

Beatissime Pater si A.aduersarius in præinserta narrasset, prout non sine dolo tacuit,quod coram R. P. D. A. C. Locumtenente ciuili actum fuit ad oratoris B. instantiam, vigore Cameralis obligationis claræ, & liquidæ, ac obtentum mandatum executiuū cōtra ipsum, c. vtiq; p̄inserta mēdacijs plenā,non obtinuisset, & quia fallus præcator impetratis carere debet,ideo humiliter, Orator prçfatus supplicat Sanctit.V. quatenus dignetur eidē A.C. cōmittere, & mandare, vt ad vlteriorem finalem executionē mandati executiui per ipsum relaxati, procedat, perinde ac si præinserta signata foret, cum clausula non retardata vlteriori executione: cæteraque insuper faciat necessaria, & opportuna, vsque ad integram oratoris satisfactionem cum potestate citādi & inhibendi &c.

Si relaxato mandato in vim Cameralis obligationis ad diffugiendum, curant commissionem appellationis expediri,eam componunt sub commissionis ordinariç appellationis formula,Camerali obligatione tacita ob id D. Referendarius,quando signat commissionem appellationis a mandato per A. C. relaxato, curet addere clausulam si non aderit,non tamen vigore cameralis obligationis, vt tollatur labor postea reformandi, vel reassumendi causas, vt dixi.

Vel si fiat Cameralis obligationis mētio, quia turbatur via executiua, & commissio præiudicialis, pars citari debet, quando volunt absque clausula eam expediri ac si cum clausula executiua, tunc non est necessaria, citatio.

Vel si cepta esset executio, ea narrata, loco clausulæ sine prçiuditio,apponitur alia non retardata vlteriori executione.

Aduertat D. Referendarius legere totam commissionem,quia multoties callidi procuratores faciunt talis obligationis mentionem in vltimis clausulis,quæ cum sint ordinariç, multoties non leguntur.

Si fuerit inhibitū vigore cōmissionis obtētç tacita camerali obligatione,ponātur in fine hçc verba. Commissione prçinserta,ac forsan inhibitione eius vigore emanata, vel imposterum emananda minime obstantibus,ceterisque contrarijs quibuscumque.

SVMMARIVM.

1 *Laudū quando habeat in se iustitiæ præsumptionē.*
2 *Appellatio suspensiua, an detur a laudo.*
3 *Appellatio suspensiuæ a laudo locus est,forma cōpromissi non seruata.*
4 *Appellatio laudi lati per clericum, an ad ecclesiasticum vel laicum interponenda.*
5 *Clericalis dignitas omnē aliā mūdanam cessare facit.*
6 *Appellatio a sententia Clerici, quando ad iudicem laicum interponenda.*
7 *Cōpromittere causam Ecclesiæ, an ministri possint.*
8 *Statutum de compromissis faciendis,an habeat locum in bonis communalibus.*
9 *Laudum latum super damnis,& interesse,an ab ecclesiastico dici possit vsurarium.*
10 *Compromisso dictante statuto à iudice denegato, locus est appellationi.*
11 *Recursus ad arbitrium boni viri,æquiparatur Appellationi in materia laudi.*
12 *Laudum si non valet vt laudum, quando vt pactum sustineatur.*
13 *Compromissum Camerali obligatione vallatum, quid importet.*
14 *Laudo nullo simpliciter declarato, an executio Cameralis obligationis sit vulnerata.*
15 *Laudum latum cum falsis instrumentis,est nullū.*
16 *Causa quare recedatur a cumpromisso est probāda.*
17 *Laudum, cum sententia pari passu ambulat.*
18 *Clausula decidendo de iure, & de facto, vni auferendo, & alteri dando, quid in compromissis importet.*
19 *Clausula, de facto in compromisso, quid significet.*
20 *Cameralis obligatio compromisso adiecta, intelligitur quatenus iuste, & sine fraude laudetur.*
21 *Reductio ad arbitrium boni viri, nullo pacto lato laudo prohiberi potest.*
22 *Laudum habet in se condictionem, quatenus iuste laudetur.*
23 *Appellatio ordinarie prohibetur a laudo, sed non a sententia laudi confirmatoria.*
24 *Tutor an de iure,& de facto cum decreto Iudicis, in re pupili possit compromittere.*
25 *Statuto fieri compromissum mandante, an semel facto, sit ei satisfactum.*
26 *Prorogatio compromissi non potest fieri, nisi parti intimetur.*
27 *Laudum latum non intimata prorogatione, est nullum.*
28 *Potestas prorogandi tempus absque citatione re-*

spicit modum prorogandi, sed non tollit intimationem prorogationis.

29 *Compromisso petito, si iudex procedit ad vlteriora, datur appellatio.*

30 *Appellatio, a Iudicis pronuncia, quando se competentem vel incompetentem declarat, datur.*

31 *Arbiter de iure debet, & tenetur pronunciare.*

32 *Arbitrorum sententia, iudicem non suspectum declarans, est interloquutoria.*

33 *Hebrei, quando cogantur ad compromittendum.*

34 *Laudo lato, & arbitro mortuo ante subscriptionem, quid fiat.*

De commissione Appellationis à Laudis, & Peritorum Relatione.

QVamuis compromissorū ampla, & quotidiana materia plenius pertractāda foret, ad tradita in l. legatis ff. de lib. leg. nihilominus ea, quæ ad propositæ materiæ statum
1 facere apparebit, breuiter perstringam. Lato itaque laudo, grauatum se sentiens, sępe recurrendo ad appellationis, siue reductionis ad arbitrium boni viri remedium commissionem porrigit, ac appellationis; reuisionis, aut reductionis ad arbitrium boni viri causam demandari, siue remiti petit, Et licet pro laudo præsumendum veniat, Alciat. de pręsump. reg. 2. præsump. 12. maxime si in iudicatum transierit, Alciat. eod. loco reg. 3. præs. 17. Put. decis. 113 par. 2. Tamen creberrime, & ceu semper petentibus annuitur, quia non potest ita strictè stipulari compromissum, quin recursum ad arbitrium boni viri tollat. Sed an interim exe-
2 cutio suspendatur, hoc opus, hic labor est, & in hoc dubio Pręposi. in rub. de Appell. numero 70. affirmatiue respondere videtur, quia venit contra laudum excipiendo, maxime quando datur de inordinato processu, quo fit, vt præmisso inordinato processu, vel nullitate detectis veris, seu alio ipsorum, cesset regula, quod pro laudo, Iudice, seu arbitro, quod inique non egerint præsumatur, adeoque dicta pręsumptio imminuta remanet, quod suos egreditur ter-
3 minos, Quod pariter procedere Pręposi. ibi asserit, quando, (vt paulo infra dicam) compromissi forma seruata minime fuit, quia isto casu constaret de notoria iniustitia, vnde fit, quod reuocationi, & non executioni locus det Chissanens. deci. 129. & decis. 174. incip. sententia, Circa quod scias, quod arbitri sententia, nisi illi stare iuratum sit, nullam producit actionem, quod potius nuncupari quędam transactio poterit, & agi ex stipulato, vt per Innoc. in cap. Quintauallis nu. 2. & 3. de Iur. iur. Clericus interdum in 4
arbitrum eligitur vna cum laico, si lato laudo prouocari contingat, quæro ad quem prouocandum veniat, an ad clerici vel laici superiorem? & breuiter dico ad superiorem clerici, ea ratione, quia maius dignum, ad se minus dignum trahit, cap. quod in dubijs de consecr. eccles. Pręposi. loco cit. num. 56. vbi Bald. vers. & Quamuis laicus esset maio-
5 ris dignitatis, nihilominus respectu ecclesiasticæ dignioris, & supremæ, licet cum laico habeat connexitatem, superior Clerici pręualebit, vt ibi Pręposi. num. 57. & Felin. nu. 6. vers. dicit enim Bartolus. At si Clerico
6 per laicum causa gradui, non incompatibilis sit commissa, non autem sub dignitatis nomine, eo casu non vti clericus, sed uti priuatus, & non sub Ecclesiasticæ personæ
7 nomine iudicat, & ad laicum delegantem, a quo fluxit iurisdictio, appellatur, & recurritur, At si vti clerico demandata causa sibi reperiatur, tunc ob talem expressam delegationem, est causa adeo ad suum superiorem affecta, & deuoluta, quod ad illum appellandum venit, cap. Romana §. debet, de App. in 6. Bal. in d. rub. de App. circa princ. vers. pone quod. Sed in isto laudo quando petitur reductio ad arbitrium boni viri non seruatur statuta laicorum, quæ nec res, neq; personas Ecclesiasticas comprehendunt, ca. Ecclesiæ S. Mariæ, & c. quæ in Ecclesiarum de const. Anch. consi. 9. n. 2. Sed an Ecclesiæ ministri, pręcipue qn̄ de re dubia agitur, cōpromittere possint, stāte regula in contrarium, quod alienare, neque compromittere valeant, de quo vide late Butr. & Abb. in capitulo cum tempore de arbit. & Blanc. in Trac. de comprom. par. quarta, num. 28. in verbo prohibita, quæstionem prosequēs, & declarās, multa allegādo, ꝙ simili ter procedit in administratoribus Seminariorum, Collegiorum, & similium, etiam si in Iudicem ordinarium Ecclesiasticum, quibus pariter stante litis incertitudine transigere prohibitum est, nisi modis, & terminis de quibus per Abb. in capitulo contingit, de Transac. Maria Socin. cons. decimooctauo num. 2. Corn. cons. 57. num. 18. vol. 3. Bart. Bal. & DD. in Auth. si vero cōtigerit, C. de Iudic. Et non solum si agatur, de perpetuo Ecclesiæ pręiudicio, verum etiam de iis, quæ cadunt in potestate compromittentis, ac in ipsius solū resultant damnū, c. cum tēpore, vbi DD. de Arbit. Sed vtrunque, sit in laicum

laicum tale compromissum, est nullum, si fiat, quia spiritualiũ est incapax c.massanna, & ca. Sacro sancta de elect. cap. causamque de prescri.c.ecclesia de const. Vnde si extet statutum, quod causæ interquascunque personas compromittantur, non habebit locum in bonis communalibus, quæ nullo pacto possunt alienari, sed procederet super rebus, de quibus partes cõpromittere poterunt, Dec. cons.44.circa fi.& Blanc.loc.cit.
9 determinans contrarium, quem videre poteris. Quando super damnis, & interesse fertur laudum, non potest ordinarie negotium vsurarium dici, adeo quod per iudicẽ Ecclesiasticum postea causa cognoscenda veniat. Abb. cons.64.numero quinto, vers. ad tertiam obiectionem, volumine primo, Si contingat, ita statuto dictante, quod in-
10 ter consanguineos, vel alias personas fiat compromissum, & expresse, vel tacite procedendo ad vlteriora fieri ab aliquo petatur iuxta illius formam, iudexq; deneget illud, locus erit appellationi, & per consequens, commissio veniret concedenda, quia si ius illud permittit, & mandat, quando Iudex resistit, grauat, facitq; contra iuris dispositionem, quare merito intrat appellatio, Soc. consil.300.nume.9.vol.2.Blanc. vbi supra, in tit.de temp.sentent.comp.q.5. num. 8.versi. facit, pro hoc vsque ad finem. Talis vero appellatio de iure ciuili committi debet, ac ẽt de iure canonico, ab omni grauamine eam permittente, capitu. cum cessante, vbi DD. de appellatio. Et quamuis sit interlocutoria sententia, nihilominus, quia nisi per diffinitiuam reparari tale grauamen nequit, ac nullam aliam post se sententiam expectat, & talis interlocutoria executionem meretur, ob id necessaria in consequens erit appellationis commissio, quæ non erit deneganda, vt de gestorum notitia haberi possit, Blanc. loco cit. q.5.in verbo appellati nume. octa-
11 uo, Sed per viam recursus ad arbitrium boni iuri, qui appellationi equiparatur, quo recursu mediante, de illius iustitia cognoscitur, succurri grauato per Principem poterit, de quibus remitto te ad Blanc. in supra-d.q. 10. principali, vbi q. 6. disputat, an tali recursu pendente, sileat interim iudicis officium. At si versemur in claris, videatque iudex calumniose compromissum peti, licet adesset statutum id mandans, bene faceret ad vlteriora procedendo, compromissum
12 tacite denegando, Alex. cons. 72. numero septimo, & seq. volumine secundo. Multoties autem si laudum, vti laudum non valet, solet in vim pacti sustineri, & quomodo, & quando, vide Paris. cons. 69. numero 54. & 55. vol. primo Dec. cons. 455. nume. 33. & seq. Itaque ad maius robur vallatur compromissum ceu semper camerali obligatione, quia in tali duplici vinculo fortius stringẽtu, duo consideranda veniunt, Primo laudum, secundò promissio de obseruando laudo cum Camerali obligatione, quæ est adeo efficax, vt interpretetur, quod partes emolo-
13 gant omnia in eo contenta, vnde operatur postea talis promissio vt in vim pacti laudũ valeat, & quod ex promissione de illo ac in eo contentis obseruandis dato etiam quod esset nullum, & iniustum veniat attendendum, quia ad instar transactionis inter partes initæ censendum venit dicit Paris. consi. 46.numero 13. & seq. vol. primo, Eo magis, stãte simultanea promissione de illo obseruando, Socin. cons. 220. numero tertio, volumine tertio, Afflic. dec. 117. numero sexto Gozzad.cons.96.numero sexto, Corn. cons. 140. numero secondo, volu. 2. Ob id,
14 quamuis Iudex laudum nullum dixerit, cum talis sententia non tangat acceptationem, et promissione in forma Camerę de stando laudo, eius executio, quæ non prouenit ex nudo pacto, tolli minime poterit, Ideo stante dicta differentia, & quia sententia est stricti iuris, in consequens stricte venit interpretanda, Bartolus in l. Iulianus verum debitorem ff. de cond. indeb. Menoch. consil. 110. numero decimoseptimo. Si loquitur tantum de laudo, & non de eius acceptatione, neque Camerali obligatione, ac dictæ obligationis executione, non obstante dicta sententia, agi poterit, quia tale iudicium non impedit Cameralis obligationis executiõẽ, de qua non loquitur, Veral. decis. 182. parte prima, Quæ ita etiam disponente statuto, quod laudum habeat paratam executionem, non procedunt, quando laudum esset iniustum, vel ex illo enormiter pars læderetur, Corn. cons. 140. numero quarto, vol. tertio, Grat. cons. 34. numero duodecimo, volumine primo, Sed si
15 laudum vigore falsi instrumenti latum sit, non impeditur, quin constito de falsitate, & de nullitate, dari non possit, l. 3.& 4 C. si ex falsis instrumentis. l. si Prætor §. Marcellus. ff. de Iudic. & in terminis laudi, tradit Card. consilio vigesimonono, sub numero septimo, versiculo item lata fuit, Ancher. consilio centesimo octauo, numero nono, Soci. consilio centesimo primo, numero quinto, in fi. vol.3. Et isto casu denegari nequit, damnũ passo subuẽtio ex beneficio restitutionis in integrũ, detecta tñ falsitate. Abb. in

in cõpromisso, & sic quo ad se optimè arbiter, vel arbitri prorogauerint. Tñ, quia prorogationis præfatæ intimatio alteri parti, q̃ talem prorogatione, ignorabã facta nõ fuit, agebatur de nullitate laudi quia, quando pendet arbitri iurisdictio a compromisso, ex quo informari arbiter debet, qualiter sit pcedendum, si parte sciente non prorogauit, intrare potest præsumptio, quod non proro gando, voluerit arbitrio renunciare, vel cedere, ob id alter collitigans non deducendi iura sua, iustam causam habuit, sicuti si de illa certioratus fuisset, ex quibus non succu buisset, quare data nullitate prorogationis, sequitur etiam necessario nullitas laudi, & licet in compromisso fuerit facultas prorogandi tributa, parte citata, vel nõ, id cnoua-
27 lidauit prorogationẽ factam, absque citatione. Quamuis non liberet laudum a nullitate omissæ intimationis præfatæ proroga tionis, quia eius omissio clam reddit factam prorogationem, & clam laudum latum, & sic nulliter, vt bene per Bald. in l. hodie, §. Apostolos, numero sexto, C. de appel. Ratio est, quia ex termini assignatione, quis læditur, debet illi notificari, alias prorogatio præfata collitigantes non arctat, & potestas
28 data respicit modum prorogandi, absq; citatione, non autem quod postea nõ debeat intimari, ad euitandam nullitatem, quia est actus iustitiæ, vt in terminis, Cur. sen. cons. 21. numero decimo, Dec. cons. 39. numero primo, ex decis. 13. de dol. & cont. in nou. Et quod ita verum sit, colligitur ex decisione Boer. 283. num. 33. & 35. super quo casu consuluit Franc. Curt. sen. cons. 31. a numero secundo, ad fi. & ita resolutum fuit in Rota coram D. Corduba, in illa Florentina nullitatis laudi Veneris 28. Nouembris 1596.
29 Iterum statuto dictante inter comprehensos in illo fieri compromissum, pars instat, vt iudex effectuari iuxta statuti tenorẽ mandet: denegat iudex, reiectaque tali petitione, & ad ulteriora procedit: pars appellat, siue a denegatione, vel vlteriori processu, & porrigit commissionem, isto casu illi dãda venit, quia grauatur, non exequendo statutum, iure medio appellat, sicque subuenẽdus erit, causam demandando, Socin. cons. 300. numero septimo, volumine secundo. Blanc. vbi supra quæstione quinta, numero octauo, vers. præterea, facit pro hoc, cum
30 latè cong. vsque ad fin. Simile namque est decreto, quando se competentem iudex declarat, vel incompetentem, tuncque, pariter datur appellatio, quia tale grauamen, (vt dixi) reparari, nisi per diffinitiuam nequit. Quare aut mãdetur compromitti causa, vel non, aut se iudicem competentem, vel non declarat, cum ad instar iudicij arbitrium reguletur, aut se iudicem declarãdo, saltem tacitè, quando excludit compromissum ex facto cohærentis personæ, grauamẽ subdat, vt ibi Blanc. quia tale decretum, meretur compromissi exequutionem, poterit appellare: vt pariter in simili videmus, quando super libello procedẽdum fore, vel non, iudex declarat, & pronunciat Bal. in l. 2 quæst. 5. C. de episc. Aud. l. ait prætor, §. nũcium, ff. de minor. Franc. in dicto cap. cum cessante, quæst 52. Cuman. cons. 17. nume-
31 ro quarto. Arbiter de iure pronunciare tenetur, & debet, ac in primis consuetudines, & statuta obseruare, Sarmien. libro primo,
32 Select. sent. cap. 15. numero quarto. Arbitrorium sententia, per quam non suspectũ fore iudicem declaratur, est interloquutoria, Præpos. in cap. cum sit speciale, nu. 18.
33 de appellat. Quando in commissione petitur, quod iudex cogat hebræos, ad compromittendum, non denegatur, sed addita clausula, quatenus ex forma statutorum ad id te
34 neãtur. Contingere poterit casus, quod alter ex duobus compromissarijs moriatur, ante subscriptionem laudi, eo casu, si pars porrigat commissionem, petendo demandari alteri, vt laudum subscribat, si latum sit, & non subscriptum, solet Aud. Cam. id committi.

Com. *Vrbis.*

Beatissime Pater Mensibus elapsis existẽtibus nonnullis litibus, & diferentijs inter S. V. Oratorem A. ex vna, & B. ex alia causa, & occasione, &c. Fuit lis introducta premissorum occasione, coram N. Sed volentes litibus, & expensis parcere, eoque breuiori, quo fieri potest modo illas diffinire, seu componere. Verum, quia cum supradicti sint consanguinei, siue affines, & ex dispositione statuti Vrbis tenentur ad sedendas lites, & odia, & inimicitias, de omnibus eorum differentijs cõpromissa facere. Ideo volentes illi parere communiter omnes, eorum causas, prætensiones iura, & differentias compromiserunt, in C. & D. cõmuniter electos modo, & forma pactis, & conditionibus, de quibus in instrumento desuper confecto, cui sub Camerali obligatione iurata stare promiserunt, & non reclamare medio iuramento, & cum alijs efficacissimis clausulis. Qui arbitri, non minus

nus nulliter quàm iniuſtè oratorē grauando, excedendo mandati fines pronunciauit, &c.a quibus omnibus fuit, ad S. V. inter legitima tempora appellatū,& de nullitate dictum, petendo recurſum ad arbitriū boni viri. dignetur igitur S. V. cauſam appellationis,& appellationū nullitatis,&c. ac reductionem ad arbitriū boni viri, &c. Nec non & id orator &c.alicui, Rom.Cur. prælato,&c. Cum poteſtate, &c.

Apponantur alia in commiſſione appellationis appoſita, quæ ſequuntur.

BEatiſſime Pater ſi aduerſarius in præinſerta S.V. narraſſet, prout non ſine dolo,& fraude tacuit, quod ſe obligauit in compromiſſo de illi ſtando, & non reclamando in ampliori forma Cameræ Apoſtolicæ, & quod licet forſan detur recurſus ad arbitrium boni viri,de iure nihilominus interim non debet retardari Cameralis obligationis exequutio,in qua omni iuris, & legum auxilio, medio iuramento renunciatur,& quia, ſi laudum non haberet, ex Camerali obligatione adiecta exequutionem paratam, & ita adinuentum ad cito litibus finem imponendo, vtique fruſtratoria eſſent cōpromiſſa,&ſtatuta ad id cogi mādantia, ſi cauſa remaneret viua appellationem, cōmittendo a laudo via ordinaria,ne igitur aduerſarius de ſua malitia gloriari valeat, Dignetur S. V. eidem iudici, cui præinſerta dirigitur, committere,& mandare, vt in cauſa, & cauſis procedat, perinde, ac ſi præinſerta ſignata foret,cum clauſula,ſine præiudicio executionis, vel non retardata exequutione, ſiue ſine præiuditio obligationis Cameralis, &c. cum poteſtate citandi, &c.

BEatiſſime Pater lite, & cauſa vertente coram S. V. Vrbis Vicario, vel eius in ciuilibus D.Locumtenente inter deuotum S.V. oratorem A. ex vna contra B. ex alia, cauſa, & occaſione nonnullarum pecuniarum, & alias prout in actis, quia inter ipſos adeſt parentela, & quia ſunt in gradu..... coniuncti, ac vti Romani, vel Vrbis incolę ſtatuto ſubiecti,lib.... cap.... in quo ad dirimendas lites, & tollenda odia inter affines cōpromiſſum in eorum cauſis,& differentijs fieri mandatur: cumque, pro compromiſſo iuxta illius formam, coram præfato Domino iudice inſtatum eſſet,id fieri denegauit, vel per ſuum decretum uim diffinitiuæ habens compromiſſo locum non eſſe declarauit. A quibus omnibus ſentiēs orator grauatus,infra legitima tempora ad S. V. appellauit, & de nullitate dixit. Dignetur igitur cauſam, & cauſas appellationis, &c.

Siue dicatur ſecundum facti contingentem.

Qui non obſtante ſupracitata petitione compromiſſi ad vlteriora procedendo, tacitè illi locum non eſſe declarauit, & illud reiecit. A quibus omnibus ſentiens ſe orator grauatus, ab vlteriori proceſſu, & taciturnitate, ad S. V. appellauit, & de nullitate dixit. Dignetur. &c.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta ſunt a iure valde priuilegiata.*
2 *Litis conteſtatio ceßat in cauſis alimentorum.*
3 *Patronus Eccleſiæ, ex fructibus beneficijs de iure patronatus ſi pauper, eſt alendus.*
4 *Alimenta piæ cauſæ æquiparantur.*
5 *Alimenta, quando pia cauſa dicantur.*
6 *Alimentorum cauſa, an die feſtiuo tractanda.*
7 *Alimenta, quando pietatem ſapiant.*
8 *Attentata exequutio non dicitur, ſi in cauſa alimentorum fiat appellatione pendente. Quod declara, vt num.9.*
10 *Alimenta, quando dicantur cauſa pia.*
11 *Appellatio in cauſa alimentorum lata ſententia pro diuite conceditur.*
12 *Alimenta, quando iure actionis ſint debita.*
13 *Pubertas quantum duret alendorum fauore.*
14 *Statutum, & alia alimenta tollentes, vti iniqua, non ſunt attendenda.*
15 *Papæ lex de alimentis ſpurijs dandis vbique ſeruanda eſt.*
16 *Alimenta futura, die feſtiuo peti poſſunt, non præterita, vt num.17.*
18 *Alimenta futura, quæ dicantur.*
19 *Renunciatio quantumuis generalis, nō comprehendit alimenta.*
20 *Alimenta incerta relicta, iudicis arbitrio taxantur.*
21 *Perſonæ qualitas in alimentorum aſſignatione venit conſideranda.*
22 *Populus ſicut priuati ali debet.*
23 *Alimenta alia iure naturæ, & alia tacitè, vel expreßè debentur.*
24 *Cibus alendo quomodo, & qua portione ſit aſſignandus, & quæ veniant.*
25 *Fauor hæredis, aut alentis, quando conſideretur.*
26 *Alimenta loco non expreſſo, vbi ſint præſtanda.*
27 *Alendus, quando quis non ſit in hæredis domo.*
28 *Alimentorum locus, quando per iudicem ſit eligendus pupillę, & ſimili.*
29 *Malos præbens mores, corporis, & animi inimicus dicitur.*

Index

30 *Iudex pro pupillis agere debet, perinde, ac si parentes eorum uiuerent.*
31 *Spurijs, nec donari, nec legari de iure quare non possit.*
32 *Spurijs de iure ciuili alimenta non debentur.*
33 *Spuriorum variæ species sunt.*
34 *Alimenta spurijs ex omni coitu inatis debentur de iure canonico.*
35 *Spurius, nomen vti generale, omnes comprehendit, quouismodo natos.*
36 *Filius ex meretrice natus, an relicti in testamento sit capax.*
37 *Ius Pontificium seruatur in alendis spurijs, etiam in terris Imperij.*
38 *Filiæ spurij dotandæ sunt, & quare.*
39 *Alimenta legati modum excedere non debent.*
40 *Alimenta, quæ miserationis gratia debentur, iuxta necessitatem sunt præstanda.*
41 *Spurio famulari quando verecundia sit.*
42 *Appellatio suspensiua non admittitur in causa alimentorum.*
43 *Alimenta vxori, quando si litem agit debeantur.*
44 *Alimenta, quando in pecunia, vel rebus præstanda.*
45 *Gabella, an ab alendo, vel alimentario soluenda.*
46 *Hæreditaria bona, si fructus non sufficiant, an pro alimentis vendenda.*
47 *Aes alienum, antequam ex hæreditate dentur alimenta, soluendum venit.*
48 *Alimenta crescente patrimonio augentur, & minuto minuuntur.*
49 *Alimenta secundum loci consuetudinem præstanda.*
50 *Fructus bonorum ad tertiam generationem, non sunt pro relictis alimentis obligati vti nec.*
51 *Fructus legitimè descendentium ex testatore.*
52 *Hæres simpliciter adeundo hæreditatem si fructus pro alimentis non sufficiant, de suo tenetur.*

De Commiss. appellationis in causis alimentorum.

1 Limēta humano corpori, alitum quasi metentia, summopere priuilegijs, a iure cōmuni referta fore, lippis, & tonsoribus (vt ita dicam) patet. Quade re, si agi de ipsis contingat, celeri manu causam expediendam fore testatur, Iodoc. Domaud. in tract.
2 Enchir. parium, in verbo, alimenta: Nec litis cōtestatione opus est, quia primus actus pro ea, & habetur, & reputatur, Afflict. decis. 346. numero quinto, nec solum habito respectu ad prorogatiuas ipsis, a iure indultas sunt priuilegiata, verum etiam, quo ad probationes, vnde merito omni postposita dilatione summariè proceditur: & non solum ipsorum causa concursum alterius iudicij admittit, sed illud suspendit, Veral. decis. 22. numero quarto, parte prima: ac de talibus priuilegijs meminit, Cassad. decisione prima, numero primo, de mut. petit. Pieta-
3 temque respiciunt, ac de causa patrono Ecclesiæ indigenti, condecenter ex redditibus Ecclesiæ, in qua ius patronatum habet, veniunt præstanda, cap. nobis de iur. patron. Cassad. decisione tertia, numero tertio, eo-
4 dem titulo, & ibidem Iodoc. Domaud. Sicque vrgente necessitate diebus festiuis etiā, iudex de illorum causa cognoscere valebit, vt clare legitur ex text. in l. 2. ff. de fer. & ex Bald. in l. si quis in suo, numero quinto, C. de inoffic. testam. Quod secundum sacros Theologos, nisi maxima vrgente causa, id fieri nequit, quia sine necessitate festū violare peccatū est, oībusque negocijs, & ferijs necessitariæ causæ proximi, in qua primum honor Dei, & legis implementum consistit, Dei gloria præferenda venit. Quo circa manifeste Saluator noster Pharisæorum superstitionem redarguit, qui primum miraculum de curuata muliere, & Hidropico in Sabbato liberatis, incusarent, & incessarent, quando interim ipsi Bouem, vel Asinam in foueam delapsam, extrahere non metuerent, vt habetur Luc. cap. 13. & 14.
5 Tuncq; alimentorum causa pia dicitur, qñ pauperi legantur, Bart. in l. alio, num. quarto, ff. de alim. & cib. leg. & de communi testatur Aret. cons. 97. numero primo, & per totum, Dec. cons. 92. nume. tertio: Ob id, e conuerso, quando ditioribus relinquuntur non erunt causa pia, vt de communi, Alex. & Dec. num. 9. Alciat. num. 19. in l. si certis annis, C. de pact. Ias. in l. 1. limit. 3. C. de fidei comiss. Bald. nouel. in repet. legis primæ, nu-
6 mero 43. ff. solut. matrim. Et licet in die festiuo (vt dixi) pro eis agi possit, verum intellige in illis alimentis, quæ iudicis officio debentur, puta, quando pater illa filio præstare tenetur, & sic de singulis alijs similibus, Necessitatisve causa eo debita dicetur, quando petens, vnde se alio aleat, nō habet,
7 Quæ similiter eo casu pietatem sapiunt, secus vero in alimentis, quæ iure actionis petuntur, ex ea ratione, quia cessat, tunc præfata ratio, Alex. in l. 1. §. Sed & excipiuntur, numero quinto, ff. de fer. Bart. in l. si in principio, ff. de appell. recip. Et quamuis in illorū alimentorum causa, quæ iure actionis petūtur, appellationi deferatur, nihilominus

non

non ad effectum suspensiuum, ob id suam sententia exequutionem habere debet. Decis. Pedem. 25. num. 20. cum add. Guid.
8 Bon. decis. 44. Intantum, quod si appellatio ne pendente super illis exequutio fieri contingat, non erit dicenda attentata. Specul. in tit. de appel. §. pen. in princ. neque vti attentata veniret reuocanda, latè Lancel. de Attent. appel. pend. limit. 24. numero quinto, & num. 601. Vtque appellatio cesset suspensiua, tria concurrere debent in hoc facto. Primo, quod iudicis officio, non iure actionis petantur. Secundo propter inopiā, quę cessante, appellationi locus est. Tertio, quod futura, & non præterita sint, & ita cēsuit Rota coram Domino Orano, in vna Anconitana alimētorum 4 Decemb 1585. Bart. in l. fi. numero primo, versic. Et hoc verum, vbi Cum. numero quarto, ff de appellat. recip. Idemque Bar. in tract. Alimēt. num. 47. Alberi. in l. si iudex in fi. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Rom. in l. 1. num. 15. ff. solut. matrim. & in Auth. Similiter, numero 43. C. ad l. Falcid. Aret. cons. 97. numero tertio, in fin. Bal. nou. in tract. de Dot. par. 9. priuileg. septimo. Circa, quod te non lateat, quod iudicis officium idem non est, quod actio, Felin. in cap. iudicis officium, numero primo, de offic. iud. quamuis actionem largo modo dici posse subdat ibi, numero quarto, ac numero octauo, esse officium nobile, mercenarium multoties, & aliquando merum, & numero decimo, & seq. At si contra certam personam principaliter imploretur, eo casu plena cognitio causæ adhibenda venit, secus si contra ter-
9 tiam personam, vt ibi Felin. Sed quando essent alimenta præterita, tunc & exequendo attentaretur, & vti attentata, forent reuocanda. Duen. Regul. 265. nu. 7. Et Lancel.
10 loco citato, numero 7. Licet Franc. Aret. cons. 97. in princip. semper causam piam illā fore asserat, quia si eo nomine dicenda venit ea, per quam releuatur anima, & corpus animatum sustentatur, in consequens alimentorum causa ad id tendens eo est nomine dicenda, quod sufficere asserit, vt generaliter causa pia alimenta nuncupentur. Quamuis ibidem, numero secundo, idem Aret. præmissa procedere declaret in inope, (vt dixi) quod pariter sentit Bart. in l. alio, numero primo, & quarto, ff. de alim. & cib. leg. licet secund. Cuman. in l. fin. nu-
11 mero quarto, versic. Sed vbi, C. de appell. Id fallit, quando ille, ad cuius fauorem pronunciatum extitisse, pauperē non reperiretur, quia cessante inopia, cum alibi haberet vnde se aleret, non veniret appellatio deneganda, & ita censuit Rota coram Domino Cantuccio, in vna Maceratensi attentatorū 16. Nouembris 1583. At iure actionis debi-
12 ta dicuntur, qn̄ sunt ex testamento petita, vel similiter, istaque sic debita ab illo, qui alendus venit, etiam si alia habeat, vnde se alat, vsque ad mortem peti possunt, quamuis non illa, quæ iudicis officio requirūtur, Bart. in l. libertas, numero secundo, ff. de aliment. & cib. leg. & in l. de alimentis vbi Ias. numero sexto, Dec. numero quinto, C. de transact. Rot. diuers. decis. 585. numero primo, & secundo, & decis 658. parte prima. Quamuis appellationem dari, si iure actionis petantur colligatur, ex decis. Verall. 98.
13 parte prima, puta si legata sint. Quando vero alicui pubertate durante fuerunt relicta, in masculo, vsque ad 18. annum, & in fœmina vsque ad 14. durant, ambobusve respectiuè ad præfatum tempus debentur, vt testatum reliquit Modestinus iure consultus noster, in l. Mela, §. certè ff. de aliment.
14 & cib. leg. Immo, si iure municipali, pacto, siue consuetudine, aliquid, quod illa tolleret, statueretur, tanquam iniquum, non foret, attēdendum, quia nec lege municipali, pacto, aut consuetudine contrarijs tolli valent, vt affirmauit, Bart. in l. 1. §. parens circa finem, ff. de liber. agn. Lud. Bolog. cons. 21. col. 2. & 7. Bal. in Auth. quod si rogatus,
15 col. 2. C. ad Trebel. Vnde si summus Pontifex filijs ex incestō, vel alio damnato coitu natis, per suam particularem sanctionem, pręstari alimenta mandasset, vbique locorum seruanda venirent, eo modo, ac si adesset consuetudo, quia eo casu iuris ciuilis dispositio cessaret, Aret. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. §. 1. nu. 5. Silu. Nupt. lib. 3. num. 2. Couar. de spons. par. 2. cap. 6. num. 6. ver-
16 sic, cæterum. Iterum ad hoc, vt in diebus festiuis pro alimentis agi valeat, dic necessariò requiri, quod sint de futuro, Bal. in d. l. si qs in suo, numero quinto, C. de inoffic. testam. & non de præterito. Ratioque diuersitatis est, quia alias fame alendus futurus perire poterit, quod cesset in præteritis ex transacto tēpore, quod cessare omne periculum facit, vt per Franc. Aret. in dicto cons. 97. numero secundo, versic. Ad tertium, & nu. 4. Semper intelligendo, quatenus alendo paupertas assistat, siue periculum concurreret,
18 vt ibi per eum. Futura vero alimenta a die motæ litis dicuntur, & nō præterita, Veral. decis. 22. numero secundo, & decis. 20. nu. 4. & decis. 24. numero primo, parte prima, &
19 quod secus est. Quamuis per generalia

verba

verba renunciatio facta sit non erit facta de alimentis, vt per Andr. Gail. obseruat. 147. nume. 14. per tex. in c. cũ ij de iure iur. DD. in l. cum hij, ff de transact. & in l. de alia, C. eodem Mascard. de probat. cõclus. 1264. nu
20 mero 39. volumine tertio. Et quando erũt incertè relicta, arbitrio iudicis quãtitas, quæ debetur, taxanda erit, ac terminanda, quia vtrum aliqua impensa dicatur magna, vel parua, aut congrua, consideratis circumstantijs, rei, personarum, status, alijsque qualitatibus, secundum arbitrium ab ipso iudice terminabitur quæstio, Menoch. de Arbitr. iud. libro primo, quæst. 11. num. 8. Marsil. in l. quæstionis, num. 43. ff. de quæst. Tiraq. in repet. l. si vnquam, in verbo si omnia, vel partem, C. de reuoc. donat. glo. in l. hactenus, ff. de vsufr. glo. in l. omino, ff. de im-
21 pen. in reb dot. fac. Quamuis personæ qualitas multum, & operetur, & sit attendenda in præfatis statuendis alimentis, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. cas. 170. num. 23. quia aliter pro puero, vt subnectam, aliter pro iuuene, sunt decernenda, vti etiam aliter pro viro industrio, aliter pro ignaro, aliter pro nobili, & aliter pro ignobili, q̃ omnia eo magis, arbitrio iudicis ... reposita
22 feruntur: Mant. cons. 325. nu. n. 6. volumine primo, Mascard. de probat. cõclus. 1248. num. 106. volum. 3. Preterea, non solum priuatis, verum populo pariter alimenta erũt danda, quoties cœli inclementia, vel solis sterilitate, segetum infelicitate, aut Dei iudicio, seu guerra, vel alias oppressus reperiatur, quia qui in necessarijs alimentis pauperibus de populo non subuenit, illos occidere videtur, sic Bal. in cons. 406. numero secundo, volumine quinto. Quæ autem alendo præstanda sint, subnectendum censeo, Sed primo illud, quod alimenta iure naturæ alia debentur, vt filio a parentibus, & similibus, & alia tacitè, vel expresè, puta, quãdo sunt legata, & tunc tacitè relicta dicuntur, si ex verisimili testatoris mente id præsumatur, exempli gratia, relicta vxori habitatione, seu gubernio, domina, vel madonna, (vt dicitur) & in alijs relatis per Menoch. de probat. 5. præs. 557. a numero primo, vsque ad 23. vol. 2. lib 4. Ac expresè tũc censentur relicta, quando ex claris testatoris verbis id legitur, vt lego Caio alimenta, dum vixerit, siue alio modo, sub quorum nomine, omnia, quæ esui, potui, & corpori, & ad vescendum necessaria continentur, l. verbo victus, ff. de verb. signific. Soc. cons. 10. num. 15. volumine primo, Pontan. in tract. de alim. c. 17. nu. 20. Ruin. cons. 39. nu-
24 mero secundo, volumine quarto. Cibus itaque iuxta statum, & qualitatem personę, q ad deperditi vigoris restaurationẽ datur, decernendus venit, nam si quotidie de corporibus nostris inuisibiliter vires cadunt, cibo, & potu mediantibus, quæ in sanguinẽ, & carnem vertuntur, loco illorum subrogantur, vt eleganter dixit Paul. de Castr. in l. properandum, numero octauo, ff. de iud. Rol. a Val. cons. 22. numero primo, volumine primo, vitęque subsidium merito dicuntur, quia animatum corpus sustentant, l. filia, vbi Bald. in princip. ff. de pat. pot. ac iuxta statum, & qualitatem personæ, si fuerit nobilis, aut impeditus aduersa valetudine, eques, aliaque necessaria, vt per Bal. cons. 192. numero secundo, volumine quinto, Rebuf. in dicto verbo victus, col. 4. vers. Notandũ est, Menoch. de præs. libro quinto, conclus. 557. num. 16. quatenus id personæ qualitas requirat, Bertran. cons. 52. in fi. volumine quarto, Menoch. vbi sup. num. 28. ac introitus sufficiant, l. pen. ff. de alim. & cib. leg. Alexand. in rub. ff. solut. matrim. vbi Rip. nu. 56. Continetur sub eorum nomine, Panis, Caro, Vinum, & reliqua edulia, vsque ad aquam inclusiuè in illis locis, quibus ad potandum vtimur, præterea, vestes laneas, lineas, sericas, & similes iuxta personarum statum: calceamenta, habitatio libera, adeo quod ire, stare, ac redire, non sit interdictum sibi: lectus quoque inter necessaria cõputatur, famulus, (vt dixi) si alendi status, & qualitas eum requirat, cui salariũ erit præstandum, Bal. in Rub. de vit. & hon. cleric. Grat. cons. 67. num. 16. volumine secundo, & cum præmissis Medicinæ connumerantur, quia ad salutem, & ad victus cõseruationem tendunt, Bart. in tract. de alim. numero quarto, Corn. cons. 286. num. 9. volumine tertio, Dec. in l. de alimentis, numero primo, C. de transact. Rol. a Val. cons. 22. num. 3. volumine primo: immo si legata sint alimenta, impensa studiorum, & magister debentur, Bart. in d. tract. numero secundo, & in l. legatis, num. 2. ff. de alimẽt. & cib. leg. Et tunc quando ratione pietatis prę fata subministranda sunt, qui alere tenetur, talẽ impensam debet est, quia ad disciplinam subministrantur, vt ibi Bart. in d. l. legatis, Cuman. in l. alimentorum, num. 7. ff. vbi, & appel. quem pup. educ. deb. ac latè Rol. a Val. dicto cons. 22. a num. 1. vsque ad 9. volum. 1. Id etenim, & sanguinis affectio, & charitas suadent, vt puta filio, nepoti, vel simili. Quæ tamen declara procedere quando alias testator non declarasset, quia

tunc

tunc eius seruanda voluntas foret: At si ex testamento huiusmodi alimenta petantur, erit testatoris consuetudo attendenda, & quæ præstare solitus erat, vt ibidem Pontan. cap. 17. num. 27. Et ex vltimo statu consuetudinem probari asserens, & multa alia, quę videas, Ias. in l. cum ij, §. vult igitur, numero primo, ff. de transact. Sed quando legantur filio spurio, et pro vxore, & filijs relicta censeantur, & licet Calder. in cons. 3. de testam. loquatur negatiuè, ea suffultus ratione, qa cum sint personalia, personam non egrediuntur, l. 4. ff. de aliment. & cib. leg. Tamē distinguit Cardinalis Paleot. de not. spurijsque fil. cap. 47. num. 7. Quod aut alimentandus, vxorem duxerat tempore legati, & tunc personæ, cui relinquuntur, dignitati, & statui ipsius relicta censentur, ac etiam pro vxore, & filijs erunt subministranda, quia, & filiū, & vxorem, ac eorū filios, quos sciebat inesse auus respectiuè de iure alere tenetur Bart. & Doct. in d. l. 1. ff. solut. matr. l. dedit dotem, ibi quippe officium aui, C. de collat. Aut res quæ, C. comm. de lib. Bal. & Salic. in l. 1. ff. de dot. prom. Et an in bonis mariti hæreditarijs vxor alimenta insup & fructus dotales petere possit, ac illi obligati sint, tradit Rom. cons. 454. incip. re pręsenti, numero 29. versic. Quo ad vltimum, id sub iudice relinquit. Quāuis regula multas patiatur fallētias.
25 Non solū aūt in hac alimētorū pstatione hæredis fauor, sed alimētarij considerari debet, licet hæredis intersit illū penes se alere, tū pp minores impensas, tū quia aliqua habere poterit obsequia, tū quia, & domus, & rerum domesticarum curæ incumbet, Bart. in l. Lucius, num. 3. ff. de alim. & cib. leg. plus autem illa, extra domum præbendo expendit hæres, quā si penes se detineret, & ex verisimili mente testatoris, si interrogaretur hodie, hanc suam fore voluntatem, vt minus hæres iactaret, responderet, Alex. cons. 100. numero primo, volumine primo, & cons. 133. numero secundo, volumine secundo, Anan. cons. 150. l. Caio, § fi. vbi Bart. ff. de alim. & cib. leg. Ancher. cons. 254. Et quando locus in eorum præstatione non exprimitur, in testatoris sunt præstanda. Pont. de Alim. cap. 17. num. 8. & 15. & cap. 67. n. in fi. Hancque esse com
26 munem scribentium sententiam, scriptum reliquit Rol. a Val. cons. 22. num. 9. vol. 1. & cons. 82. nu. 14. volum. 3. Alex. cons. 178. numero quinto, volum. 6. Bero. cons. 24. numero decimoquarto, volumine secundo, vel in hæredis domo, si (vt dixi) simpliciter relicta sint, Bart. in l. libertus, §. Lucius, nu-
27 mero quarto, ff de alim. & cib. leg. At quādo minæ, vel metus contra alimentarium adessent, vel alia iusta causa, tunc suum fauorem hæres perdit, ac priuilegium, & in alendum transeunt, sicque vt in loco tuto sibi illa administrentur, petere poterit, Bald. cons. 384. numero primo, volum. 4. Causa nempè legitimę sunt. Primo, si alimentarius alendo successurus erit. Secundo si ob nimimā seuitiā, vel malā tractationem ibi moram trahere non posset, quod tā ab asserente probandum venit, vt latè Menoch. de Arbit. iud. libro secundo, casu 170. numero octauo, & duodecimo, Bero. cons. 182. num. 2. lib. 1. Tertio si lis, vel inimicitia, aut odium inter præfatos adesset, vt ibi Menoc. num. 16. Quarto pluribus existentibus hæredibus, diuisa hæreditate, qui omnes illā præbere deberent, nam si separatim viuerent nisi specialiter locum particularem testator assignasset, legitima pariter erit causa. Quinto casu fortuito, vel impeditiuo eueniente, quo mediante tolli ex hæredis domo alēdus deberet, vt ibi Menoch. num. 17. Sexto, quando ex præsumpta testatoris mente extra domum ali voluisse appareret, vt ibi numero 186. Septimo si puella foret, quæ in hęredis domo malis imbueretur moribus, ac cū honoris prærogatiua salua, ibi nequiret habitare, nam extra domum illa præbere debet, & in alijs similibus casibus relatis per Menoch. de præsumpt. volumine secundo, lib. 5. quæst. 158. a numero decimotertio, ad fi. Corn. cons. 186. numero octauo, volumine tertio, l. pen. ff. vbi, & app. quem. pup. educ. deb. Anan. cons. 554 col. 2 in princip. Alex. cons. 178. col. 2. volum. 6. Rol. dicto cons. 22. a nu. 9. vsque ad 15. multas in hoc facto recensendo causas. At pupillæ, pupilloue, vbi iudici religione, ac ęquitate cognitus videbitur, præstari debent, l. 1. & l. pen. ff. vbi pup. educ. deb. l. 1. C. eod. titulo. Oportet autem Prætorem isto casu agere, vt sine vlla maligna suspitione præfati alantur, præcipuè puella, ne apud eum, qui eius vitæ, vel
28 castitati insidietur. Sed pœnes illum, a quo bonos mores percipiat, nam qui malos ostēdit, corporis, animæ, & honoris inimicus
29 est. Iustus, & æquus itaque sit iudex, eaq; omnia peragat, quæ puellæ, siue pupilli parentes, si uiuerent, fieri curarent, & ad pa-
30 tris instar rationabile, optimumque consilium seligat pro eis, quorum cura ratione officij ipsi commissa, fisaque videtur, & per cōsequens, nil aliud, nisi eorum vtilitatem, honorem, ac animæ salutem cogitare cōnetur: & de his oībus habemus aureū cons.

Bald.

Bald 487. per totum, volum. 5. quod consilium, quia sæpè factum occurrit mente retinendum fore latè dixit Rol. a Val. consil.
31 89. num. 14. vol. 3. Regulam ordinariam habemus, quod spurijs, nec donare, nec legare possumus, idque non eorum vitio, quia nō peccauerūt, sed nostro, ipsi etenim, vt ait text. in l. legem Anastasij, C. de Nat. lib. alieno laborant morbo, quamuis de iu-
32 re ciuili alimenta ipsis nō debeātur, Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. Spuriorū ve
33 ro multę sunt species, nempè ex damnato coitu nati, Adulterini, Sacrilegi, incestuosi, & similes, & adeo ab omni iure exosi, quod Bonifacius Martyr scribens ad Anglorum Regem, ipsos nec bello seculari fortes, nec in fide stabiles, neque hominibus honorabiles, naque Deo amabiles exclamat, immo reputantur infames, sec. Azo. in sum. C. ex qui. caus. infa. irrog. Ob id repellūtur ab honoribus, & testimonio, adeo quod vno ex supradictis in testem producto, non defertur parti producenti iuramentum in supplemētum, & ita obtinuisse in Tribunali Aud. Cameræ testatur. Nic. de Vbal. in tract. de success. ab intest. cap. 1. num. 44. Subdens in causa criminali non credere duos testes plenam facere probationem, si eorum vnus esset spurius, p text. in c. sciant, secunda quæstione octaua, quare ad sacros promoueri ordines prohibiti sunt a iure, Corn. consl. 1. nu. 25. vo um. 3. nec legitur, quod in arca Noè locum habuerint. Ob id Papa in cap. per uenerabilem prope finem, versic. licet igitur, qui fil. sint leg. dicit, quod adeo lex, tam Mosaica, quam canonica eos detestatur, quod in Ecclesiam nō intrabunt, subdens glo. ibi in verbo detestatur, vsque ad decimam generationem, nam eo in loco Innocentius Papa III. Manzares eos appellat, subdens in fine, quod licet a paterna successione, honorib. & ordinibus sacris repellantur, ac be-
34 neficiorum incapaces sint. Tamen quando illis alimenta denegantur, tali denegatio ni annuere summus Pontifex non debet, quia ex quouis coitu natis alimenta debentur, & masculis, & fœminis Matthesil. not. 150. num. 43. Bal. consi. 258. nu. 2. volum. 1. Abb. consi. 50. num. 3. vol. 2. Rol. a Val. cons.
35 54. nu. 57. volum. 2. Est autem istud verbū spurius genericū, & sub se omnes quomodocumq; extra matrimonium natos comprehendit, licet etiam sint Adulterini, incestuosi, & similes, vltra spurietatem antiquarum legum dispositione reiecta, quod spurij solum dicerentur, ex tantum retenta, in domo nati, vt latè per Sarmien. select. sent. libro primo, capitulo septimo, numero ter
36 tio. Quamuis filius ex meretrice ortus capax sit, & capiat ex sui patris testamento, cum non sit natus ex coitu damnato, per leges ciuiles, quæ in successionis materia attenduntur, vt per Achil. decisione quinta, de testam. quemad. hunc propositum videas: iccirco ex præfato coitu meretricio legare poterit Pater etiam filijs legitimis extantibus Put. decisione centesima octuage-
37 sima octaua, lib. 3. Præterea ad eorum fauorem ius Pontificium extenditur in terris Imperij, & sic de æquitate canonica, ibi sunt alimenta præstanda, cap. cum haberet de eod. qui. du. in vxo. quam pol. adul. vbi glo. in verbo secundum, de quo latè Gabr. in titulo de aliment. lib. comm. opin. libro sexto, conclusione prima. Et ratio præmissorū est, quia cum ita ius Pontificium, cui omnes, subsunt disponat, illi derogare cæteri nequeunt, ideo vbique locorum seruandum, But. in capitulo primo, numero quinquagesimosecundo, de constit. in sexto.
38 Nam aliter illa negare esset hominem occidere, l. necare, ff. de lib. agn. quod maximum est peccatum, sed vbi in peccati materia tractatur, ius canonicum est attendendum in vtroque foro Crot. in l. 1. numero septuagesimosexto, ff. solut. matr. vbi Bal. nou. num. 140. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 35. de constit. Ruin. consi. 124. num. 11. vol. 1. Ideo in omni mundi parte eius dispositio, & seruanda, & attendenda venit Rol. a Val. cons. 74. numero 62. & 63. vol. 3. Et hanc quæstionem per multas ampliationes, & limitationes latè tractat Gabr. in d. cōclus. 1. & 2. Acan, & quando ipsis alimenta debeantur. Præsupposito, itaque, quod spurijs alimenta, & donari, & relin-
39 qui possint. Idem pariter quo ad dotes de fœminis censendum erit, vt per Bal. cōs. 45. cons. 258. nu. 2. volumine primo, & consilio 456. numero nono, & decimo, volumine quinto, saltem naturali pietate, canonicaque æquitate inspectis, quia licet spurius sit, tamen filius est ex communi natura, l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accus. Immo vt dicit tex. in cap. vndecumque 56. distinctione, semen hominis, ex qualicunq; hoīe Dei creatura est, & paulo inferius habet in c. Nasci. De adulterio nasci, non est nascētis, sed generantis culpa, lex itaque ciuilis intantum castitatem amauit, quod paternam potestatem destruxit: Vnde merito in hoc articulo, Ecclesiasticæ, ac Pontificiæ sanctiones ius naturale resurgere, quantum ad hanc pietatis speciem faciunt, quo naturali

S iure

iure. Legitimi omnes naſcebantur. Auth. quib. mod. nat. effic. ſuc. Rol. a Val. dicto conſilio 74. numero octuageſimoſecundo, volumine ſecundo. Vtque Bal. verbis vtar in ſupracitato conſilio, num. decimo, crudelitatis exemplum eſſet, ſi cum genitorũ verecundia, & Puellę meretricari, & maſculi mendicare cogerentur, aut alia indecora facere: iccirco benignius ſacræ Pontificiæ ſanctiones cum illis agi debere, ac relinqui poſſe permiſit, vt ibi Rol. numero trigeſimonono, & ſeq. Bar. in l. ſi. columna ſecunda, verſic. Quæro vtrum, ff. de his, qui. vt indig. Alexand. conſilio ſeptuageſimoquarto, numero quarto, volumine ſecundo, Socin. conſilio 161. numero primo, volumine ſecundo, & per conſequens, ſicut ſunt alendi ita & filiæ dotandæ, vt latè ꝑ Coſtãt. Roger. in tract. de dot. quæſtio. ſecunda, numero quinto, & ſeq. Quia dos magis alimentis priuilegiata repetitur, vt per Bal. Nou. eod. tract. de dot. parte ſexta, principali, quæſtione quarta, numero primo. Quod tamen reſtringe, ne legatum alimentorum modum excedat, quia ſi magnę foret quantitatis, daretur fraudis præſumptio de facili, Bal. Nou. ibidem, parte ſexta, prouiſ. 16. colũna quarta, Rol. dicto conſil. numero quadrageſi-
40 mo, Bald. conſilio ducenteſimo vigeſimo octauo, numero ſecundo, volum. primo. Immo, quod plus eſt, alimenta, quæ miſerationis gratia dãtur, (vt in facto noſtro) nõ ſecundum dignitatem, ſed ſecundum viuẽtis neceſſitatem debentur, Bald. in l. ſi maritus, la prima, in fi. ff. ſolut. matrim. Dec. conſilio 311. numero tertio, & conſilio 576. numero primo, & tertio, & non ſolum præmiſſa ad fratrem extendũtur, verum etiã de canonica ęqtate ad quẽlibet aliũ ſucceſſorẽ, etſi extraneus hæres fuerit, & id menti tenẽdum dixit Roder. Suarez in tit. de Todo. homo. numero decimoquarto, Rol. a Val. dicto conſilio ſeptuageſimoquarto, numero 65. & 66. etiam ſi in bonis maternis ſuccedat, quod ampliandum quoque in donatario omnium bonorum ſenſit, Rip. in l. vnquam, quæſtione vigeſimaſeptima, C. de reuoc. donat. Quare, ſi fratri illi dare prohibitum foret, non teneret prohibitio, Iaſ. conſ. 26. numero tertio, volumine primo, Rol. vbi ſupra, num. 69. dato quod cum legiti-
41 mis cohabitare vellet. Nam licet famulare poſſet, nihilominus id ceſſat, quando famulare ſummæ verecundiæ foret, Caccial. in l. ſi qua illuſtris, num. 9. C. ad ſen. conſ. orfic. Calcan. conſilio 62. Bal. nou. d. priuil. 16. colum. 3. & in l. 1. numero 141. ff. ſolut. mat. quamuis de iure ſec. Rebuf. ſup. conc. Franc. in rub. de collat. § cum vero in verbo nobilitatis, Baſtardi nobiles non ſint, & ex pacto, ſuccedere poſſunt, ac illis acquiritur, ſi non tractetur de ſuccedendo patri, vel alii, Afflict. deciſ. 99. Rol. a Val. conſ. 88. volum. 3. Rot. diuer. parte ſecunda, deciſ. 443. nume-
42 ro primo, & vndecimo. Sed ſi lata ſententia ad alimentorum fauorem exequutio petatur, & illi locus ſit, & quatenus Signaturę reſcribere contingat, cum clauſula, ſine retardatione præſtationis alimentorum, tria requiruntur. Primo, quod probetur filiatio. Secundo, quod pro alimentis actum fuerit. Tertio, quod ſuper eis ſententiam fauorabilem obtinuerit, quib. probatis, clauſula ſupradicta non denegatur. Quod multo magis procedere credo in alijs legitimis, & naturalibus filijs, quia in quaſi poſſeſſione filiationis exiſtũt, eadem filiationis quæſtione pendente, alendus venit, Rot. diuerſ. deciſ. 499. num. 1. parte prima. Pariter vxo-
43 ri, aut mulieri, quando ſuper parimonio lis agitur, alimenta debentur, quia vel non cõſtat, quod ſit vxor, vel de hoc controuertitur, deciſ. 1012. parte tertia, diuerſ. At redeundo ad ea, quæ ſupra diximus, ſi alimẽtorum pecunias illorum loco ſubrogari intendat, diſtinguendum cenſeo, quod aut alimenta in pecunia numerata relicta ſunt, aut particulariter ſuper alijs introitibus, ſiue ſuper certis rebus dietim præſtandis. Primo
44 caſu, aut debentur, ſiue legata ſunt alimenta in pecunia, tunc quãtitate relicta aſſignata, alimentarius liberatus eſt, quia per aſſignationem effectus ſortitur, & alendo commodum, ſiue incommodum tunc pertinet, ac ad ſui libitum de ſibi neceſſarijs prouidere poterit, ob id, nec plus, nec minus petere valet, ſeu in ipſo alendo erogare debetur. Aut in ſpecie alimenta præſtanda veniunt, & ad multa teneiur alens. Primum ad domũ, ſeu habitationem, quæ (vt dixi) ipſorum appellatione venit, textus eſt clarus in l. legatis, ff. de alim. & cib. leg. Ang. conſ. 28. numero ſecundo, Butr. conſilio trigeſimoſeptimo, num. 7. l. cum hi, §. qui tranſigit, vbi glo. & Iaſ. ff. de tranſact. Secundo ad cibũ, & potũ, quorũ vnus, ſine alio neqt
45 ſubſiſtere, cũ alijs ſupra relatis. Sed qd, ſi aliqua impoſita ſit gabella, an ab alimentario, ſiue ab alente ſoluẽda veniat? & pro dubij reſolutione breuiter diſtinguendum cenſeo, quod, vel ſuper rebus imponitur, vel perſona. Primo caſu alens illam ſoluere tenetur. Secundo caſus alimentarius, quod verum intellige, quatenus non contempla-

tione

tione rei, Bald. in l. 1. numero quinto, ff. de aliment. & cib. leg. l. verbo viuitur, ff. de verborum signific. Quid si alimenta alicui, vel aliquibus relicta sint, & ad eorum præstationem fructus hæreditarij, minimè sufficiant, an pro illorum supplemento bona hæreditaria sint alienanda, vel iuxta quantitatem, siue portionem fructuum hæreditariorum veniunt præstanda, & Bart. in l. cum alimẽta, numero primo, ff. de aliment. & cib. leg. & in l. Imperator, numero quarto, ff. ad sen. cons. Treb. Secundum quantitatem introituũ hæreditariorum moderanda fore dixit, quia non respectu valoris, sed fructuum debentur, Idemque tenuit Alexand. cons. 100. numero septimo, volumine primo. adeo quod æs alienum in primis deduci debeat, l.

46

47 vniuersa, C. de leg. Bal. cons. 559. volumine secundo, Dec. in l. diuus, ff. de reg. iur. Ioan. de Imol. in l. Imperatores, numero tertio, ff. ad sen. cons. Trebel. Rol. a Val. cons. 74.

48 numero 18. volumine secundo. Quæ pariter crescente ætate augenda veniunt, cum persona alenda hoc casu consideranda sit, ac eius ætas, & vt dixi testatoris facultas, ac redditus hæreditarij, loci consuetudo, & personæ qualitas, vt bene Roman. consilio 169. numero primo. Quæ similiter augen-

49 tur crescente patrimonio, licet prius a iudice taxata fuerint: vti pariter è conuerso diminuuntur, patrimonio diminuto Albert. Brun. in tract. de augumen. conclusione duodecima, numero quinto. Quod procedit pariter in alimentis relictis secund. Gozad. consilio 95. numero quarto, Florian. de Sancto Petro, in l. sed & si quis, §. mancipiorum, ff. de vsufruct. Doct. in l. si cum dotem, §. leuissimo, ff. solut. matrim. Quod subintellige quatenus limitate, aut in certa quantitate relicta non sint, quod ratione suadeatur, nam si a beando bona dicuntur, l. bonos, in princip. ff. de verborum signific. & præ cæteris hæredem testator dilexit, sicque, vt commodius viueret ex delata hæreditate, eiusque fructibus illum, quem præ cæteris diligebat, instituit, ac eius descendentes: ob id testatoris voluntatem interpetrando, absurdum erit dicere, voluisse hæredem alienando, vt præmissum est, bona cito, exhæredatum remanere, ac inopem, l. nec ex liberalitate, ff. de re iud. Roman. consilio 510. numero vigesimo octauo versic. Hæc autem. Nam regulariter, quando de alimentis loquimur, ad fructus, siue redditus respectus est habendus, l. ius alimentorum, ff. vbi, & ap. quem pup. educ. dicta l. Imperator vbi Ang. Gozad. consilio nonagesimoquarto, numero quarto, Et si viuens testator interrogatus foret, magis hæredi, quam alimentario prospicere voluisse responderet Rol. a Val. consilio octuagesimonono, numero duodecimo, volumine tertio, Ancher. consilio vigesimoquinto, columna secunda, versic. Et sic, Alex. consilio centesimo septuagesimo octauo columna secunda, volumine secundo. Sed præmissa præcedere declara in alimentis, quæ proueniunt ex titulo lucratiuo, non ex prouenientibus ex titulo oneroso, quia lucri, & damni diuersa est ratio Rot. diuers. parte secunda, decisione quadragesimaoctaua, numero vndecimo, & duodecimo. Fructus nempè illorum bonorum, quæ iam testator ad tertiam generationem pro se, filijs, & nepotibus conduxit, non connumerantur inter hæreditarios, adeo, quod ex illis alimenta præstanda sint, Alex. cons. 160 numero sexto, volumine primo, Bart. in l. item videndum, §. fi. numero secundo, ff. de petit. hæred. Atque nec fructus legitime ex testatore descendentium, vt ibi Alexand. l. fi. ff. de vsufr. leg. l. proponamus, §. Quarta, ff. de inoffic. testam. Sed quia extra nostrũ tractatũ id directe tãgere propositum esset, vlterius dubiũ discutiendũ relinquo. Quæro, quid si hæres simpliciter hæreditatem, in qua alimenta relicta sint, adeat, & ad ea præstanda fructus hæreditarij non sufficiant, an de suo teneatur, quia adeundo, quodammodo cum creditoribus contraxisse videtur, circa promissa per testatorem? Sed ne vlterius progrediar, facto occurrẽte satis in iure dubio, etiam prolixo, cui sententiæ Doctores assistant, videre poteris.

50 (at "mo. Fructus nempè")

51 (at "cundo, ff. de petit. hæred.")

52 (at "positum esset")

SVMMARIVM.

1 *Alimenta, quando habere, vel non habere, quis dicatur.*

2 *Alimentario bona mobilia, quæ habet non sunt emenda.*

3 *Alimenta relicta per testatorem, an propria auctoritate capi possint.*

4 *Donatarius non dans alimenta, an bonorum donatorum dominium capiat.*

5 *Pater, an de iure naturæ filium alere teneatur, etiã statuto contrarium disponente, nu. 6. & 7.*

8 *Alimenta in quibus casibus filio denegentur.*

9 *Filio, causa filiationis pendente, alimenta præstantur.*

10 *Parentes, quando alere filium non teneantur.*

11 Alimenta, vt donata dicantur, quę requirant.
12 Alimenta, quando donata non præsumantur.
13 Commissio appellationis in causis alimentorum, an & quomodo danda, & quomodo.
14 Clausula non retardata præstatione alimentorum, quando commissioni appellationis addatur.
15 Alimenta denegans, hominem necare videtur.
16 Transactio pro alimentis præteritis tenet, non pro futuris.
17 Ieiunus venter non audit appellationem libenter.
18 Clausula non retardata præstatione alimentorum quando denegetur.
19 Commissio appellationis in alimentis de præterito, quomodo concedatur, & nu. 21.
20 Alimenta de præterito, an in illa specie, in qua fuerunt relicta, præstentur. & nu. 35.
22 Commissio appellationis in causis alimentorum, quando suspensiua, & quando deuolutiua detur.
23 Alimenta, an præterita, vel futura quæ sint, quomodo cognoscatur.
24 Alimenta si agatur de bonis hæreditarijs quando sint præstanda.
25 Paupertas, quando rescribitur cum clausula constito de paupertate, quomodo probetur.
26 Paupertas multis probatur modis.
27 Paupertas probatur, si litis sumptus sustineri non valeant.
28 Clausula subministratis alimentis, & sumptibus litis arbitrio Rotæ quomodo intelligatur.
29 Clausula subministratis alimentis, & sumptibus litis arbitrio Rotæ taxandis non requirit probationem.
30 Spoliatori alimenta, & litis sumptus denegantur.
31 Alimenta relicta illi, qui se alere valet, an debeantur, & nu. 32.
33 Clericus cum laicis alere obligatus, an ad Ecclesiasticum forum causam trahat.
34 Alimentorum causa, quæ dicatur.
35 Alimenta, an in ea specie, qua legata fuerunt, an in pecunia danda.
36 Alimenta pluribus relicta, an ipsorum pars illa petere posset.
37 Alimenta per plures annos non petita, an hodie peti possunt.
38 Pensio assignata facta alimentorum mentione, eodem modo, quo alimenta est priuilegiata.
39 Alimenta ex fundi fructibus relicta an debeātur, si sufficienter non recolligantur.
40 Cōpensatio in causa alimentorū nō est admittenda.
41 Appellatio a sententia prouisionali in materia alimentorum, an detur.
42 Spurio se alicuius filium asserenti, an alimenta sint præstanda.
43 Commissio appellationis simpliciter in quorum alimentorum causa detur.
44 Vsusfructuarius, vel hæres tenetur testatoris debita soluere, residuum pro se capere.
45 Alimenta vxori a marito diuertenti non sunt præstanda.
46 Carcerato pro causa ciuili, quando & quomodo a creditore detinente ali debeat.
47 Pecunia quolibet mense vita durante pauperi legata, an dicatur pro alimentis.

CAP. II.

1 QVæro, qñ vnde se alat habere, vel non, quis dicatur: & dicendum videtur, quod si quis habet bona, quæ vēdere valeat, precium pro necessarijs conuertendo, tunc vnde se alat habere patet, quia bona ad hominis seruitium, & vtilitatem inuenta sunt, & ob id tot acquiruntur laboribus, vt indigentijs occurrant. Sed cōtrarium verius credo, quia post venditionem, consumptis pecunijs, breui temporis interuallo alimenta cessarent, & per consequens, si vera relata essent, posset mulier vendere nomen debitoris, vel aliud, in quo dos consisteret, ac indotata remanere contra text. in l. 1. ff. sol. mat. Tunc autem vnde se alat habere, quis dicendus erit, quando ex redditibus, & alimenta, & victui necessaria percipere valet, absque eo, quod vendat, alienet, vel rem propriam distrahat, l. quæ bonis, ff. de ces. bon. & de illis redditibus intelligendum venit, quorum natura est, vt in alimentis conuerti possint, & an habenti, vnde se alat, sint præstanda, infra dicam. Exemplum pono, recolligitur in tali agro magna vini quantitas, & non frumenti, nihilominus vino vendito, potest panis ad sufficientiam emi, & sic vendere, ac respectiuè conuertere in deficientem substantiam tenetur, ea ratione, quia ad redditus respectus habetur, quoties
2 de alimentis loquitur. Sed quando alimentarius habet de suo, puta pelles, & similia, illasque sibi ab alimētario emi petat, non est audiendus, quia frustra petit, quod intus habet Bald. cons. 30. vol. secundo, per totum. Et an propria auctoritate alimenta sibi per testatorem relicta capere possit, ponit Gozad. consilio nonagesimoquinto, numero tertio, quarto, & sequent. At si aliquid sub modo donatum sit, ad hoc, vt Titio alimēta præstent, si id facere differat, talis denegatio Dominij translationem rei donatæ, impedit quia causa efficiens, seu ratio præfatæ donationis fuit condictionalis, & fauorabilis, ob id condictione non impleta, dominij translatio impeditur, Bald. in l. ea lege, nu. sexto, versic. Octauo idem, C. de condit.

dit. ob cauf. l. 1. C. de don. quæ sub mo. decifione Pedemont. octuagefimaquinta, nu
4 mero decimo. Pater de iure naturæ alimenta filijs præftare tenetur, l. 1. §. ius nalurale, ff. de iuftit. & iur. cap. ius naturale, diftinctione quinta, decifio Pedemont. centefima uigefimaquarta, numero decimo, immo fi in contrarium præmiffa prohibens ftatutum adeffet, vti iniquum, & inualidum fer uandum minime foret Galeot. in tract. de aliment. in verbo pone quæftionem Viu. in lib. comm. opin. in verbo alimenta, numero quarto, Specul. in tit. qui fil. fint leg.
5 columna tertia, verfic. Sed pone Alber. de Rof. in prima parte, ftat. quæftione quadragefima, verf. Item quæro, Et in fimili, quando filius emancipatus, fua habita portione, & dilapidata, in paupertatem redactus foret, etiam illi pater alimenta præftare tenetur, Bald. in d. §. ius naturale, numero feptimo, vbi Alber. Dec. in l. iura fanguinis, numero tertio, ff. de reg. iur. Alexand. in l. fi cum dotē, §. 1. columna tertia, ff. folut. matrimon. Barb. in cap. quæ in Ecclefiarum, columna quinta, de conftit. Bart. in l. 1. §. parens, in fi. ff. de libe. agno. Clarum legitur exemplum Luc. capite decimoquinto, de illo patre, qui filium diffipata fubftantia in fe reuerfum, non folum amplexatus fuit, verum etiam maxima iucunditate, iterum omnibus neceffarijs fubminiftratis, recepit. Et licet Bald. in Auth. conrogatus, C. ad Trebell. filio, qui dolofe fuam confumpfit fubftantiam, alimenta non præbenda dicat, tamen in contrarium eft communis opinio, de qua per eundem Bald. in d. §. ius naturale, numero feptimo, decifione Pedemont. centefima vigefimaquarta, numero vndecimo, quia quæ naturali pietate, ac ratione filio debeantur, nunquam tolli poffunt, l. eas caufas, C. de capt. & poft. limit. reu. Dec. in d. l. iura fanguinis, numero fecundo, vbi Cagn. ff. de reg. iur. Guid. Pap. decifione 568. nota pater. Alber. vbi fupra.
6 Quod non crederem procedere, in mala, ac reproba vita perfeuerante filio, quia ille de quo Lucas meminit, reuerfus ad meliorem vitam fuit, & fic a patre benigne receptus extitit. Quamuis, neque fpurio, quando ali ex fe poffit, fore deneganda, etiam fi ex induftria illa fibi comparare valeat, dixerunt Viu. loco citato, Gab. lib. com. opin. titulo de alim. conclufione prima, numero vigefimoprimo, libro fexto, Bald. confilio centefimo feptuagefimofexto, numero fecundo, volumine fecundo, Alexand. confilio feptuagefimoquarto, numero quarto, columna fecunda, Nic. Vbal. in tract. fuccef. ab inteft. parte prima, numero quadragefimonono, Curt. iun. confilio centefimo quadragefimooctauo, in princ. Tiraq. de iure primog. quæftione feptuagefima quinta: & ita pariter fi diuitiæ fuperuenerint Caccial. in l. fi qua illuftris, numero fexagefimoquarto, verfic. Quod fi dictus, C. ad ad fent. conf. Orfic. lo. Lup. in rep. d. c. per veftras, §. 23. num. feptimo, Surd. in tract. de alim. quæftione nona, numero decimofexto. Tertio in omnibus illis cafibus, in quibus de iure exhæredari filius poteft, alimenta fibi dengari poffe puto, fec. Viu. loco citato, Bart. in l. fi patrem, C. de aleo. lib. Dec. in d. l. iura fanguinis, nume. tertio, glo. in l. fi quis a liberis, §. idem iudex, in verbo detulerit, ff. de lib. agn. Couar. fecnnda par-
8 te relect. numero decimofeptimo. Pendente vero caufa filiationis, quando fe pauperem filius, aut impotentem afferit, quia talis dicitur, fi diues non probetur ex patris exiftentia, cui acquirit, vt in d. decif. 51. Lite pendente alendus venit, decifione 499. numero primo, parte prima diuerf. ac in huiufmodi alimentis decernendis, æquitas feruatur, fed filiatio, vel quiafi probanda eft, l. fi quis a liberis, §. fi vel parens, & §. folent, ff. de lib. agn. l. fi neget, ff. eod. cap. cum habe-
9 ret de eo, qui dux in vxo. Caufæ vero, principales, in quibus filius exhæredari poffit, connumerantur, in §. aliud quoque capitulum. Aut cum de appel. cogn. Quamuis ad alias innumeras, quæ in dicto textu non exprimuntur, noftri Iuris interpetres illas extē-
10 dant, ꝙ nō profequor. Fallunt fupradicta, quādo adeo inops pater effet, quod fe met alere nequiret, quia tunc alere filium non tenetur. Afflict. decifione 290. numero nono, Alciat. de præf. reg. 1. præf. 52. numero quarto, l. pen. ff. de lib. Agn. ac pariter, fi inops mater fit, vltra triennium illa præftare filio non tenetur, Abb. in cap. cum haberent, numero octauo, de eo, qui dux in vxo. quam pol. adult. Rot. decifione 724. num. decimotertio, diuerf. parte prima, afferens, numero duodecimo, fratrem diuitem, & nō alium, teneri vxorem alere. Vtq; donata ratione pietatis dicantur alimenta, ficut pariter expenfę, & non repetendi ani-
11 mo, tria requiruntur Rot. dicta decifione 724. numero fexto. Primo quod in perfona, non in rebus præftita fint. Secundo a perfona coniuncta. Tertio, ꝙ expenfæ non fint magnæ, fed paruę: immo, vt p̄miffa procedāt, requiritur, ꝙ pfona cōiuncta familia nō fit grauata, nā eo cafu ceffaret donationis

præſumptio, cum a ſeipſo prima incipiat charitas, vt ibi Rota, numero ſexto, & ſeptimo, licet ſemper pro alimentis præſu-
13 matur, vt ibi Rota, numero octauo. Videmus oriri ſæpiſſimè lites alimentorum cauſa, lataque ad alendi fauorem ſententia, ea præſtare debens, appellatione interpoſita, commiſſionem porrigit, in qua appellationis cauſam demandari petit ſimpliciter, & quamuis prima facie talis cammiſſio cōcedenda videatur, ex regula, quod omni caſu cenſetur appellatio permiſſa, niſi ſpecialiter prohibita reperiatur, l. 3. in fi. ff. de procurat. capitulo ſecundo, de ſentent. excommunic. & præcipuè ſi ab exceſſiuitate liquidationis, ſeu illorum præſtatione, quis grauatus appellet, non venit ex præmiſſis repellendus: tamen contrarium verius eſt, quia cum ex multis capitibus iſtæc ſit priuilegiatiſſima cauſa, vt ſupra retuli, in hoc regula fallit, ob id quomodo reſcribendū veniat, ſecundum facti contingentiam breuiter videamus, quia cum varijs temperamentis reſcribi ſolet, ob id, Aut ſumus cir-
14 ca præterita alimenta, Aut præſentia, vel futura, quando agitur de præſentibus, vel futuris datur commiſſio appellationis cum clauſula, ſine retardatione præſtationis alimentorum, vel ſine præiudicio legitimæ exequutionis, Veral. deciſ. 39. & deciſ 48. cum addut. parte prima, quia ſi dilationem vēter non patitur, ceſſat appellatio ſuſpenſiua, & intrat deuolutiua, l. 1. ff. de appel. recip. Bart. in l. mora, in fi. ff. de alim. & cib. leg. Socin. reg. 40. verſ. 221. Tiraquel. in tract. piæ cauſ. priuil. 153. Pontan. de alim. cap. pen num. 3. Veral. deciſ 24 parte prima, Cordub. in l. ſi quis a liberis § ſi quis vel parens, num. 26. ff. de lib. agn. Bar. latè in l. Mela, num. 5. ff. de ali-
15 ment. & cib. leg. Vnde nō erit illorū præſtatio retardanda, quia illa denegans, hominē necare dicitur, textus eſt clarus in l. necare, vbi Bart. ff. de lib. agn. Rol. a Val. conſ. 54. numero ſecundo, volumine ſecundo, capitulo primo, 83. diſtinct. quia vitæ ſubſidium ſunt, l. filia vbi Bald. in princip. ff. de pat. pot. cum a præſentibus, & futuris hominis vita pendat, l. de alimentis, vbi Bar. & Iaſ. numero primo, C. de tranſact. Vnde merito pro
16 præteritis tranſigi poſſe, nō pro præſentib. ſeu futuris, niſi cauſa cognita, & cū iudicis licētia, dixit Bal. in d. l. de alimentis in princ. Corpus etenim animarum ex illis ſuſtentatur, ideo verbis, & dilationibus, ventrem paſci difficile eſt, ac impoſſibile, quia ieiunus venter, nō audit appellantem libenter, merito ſuſpenſiua, vt citius liti ſit finis, denegatur, Bal. in l. 1. numero ſexto, C. de fideicom. & in l. ſi quis in ſuo C. de inoffic. teſt. & in d. l. de alimentis, C. de tranſact. Spec. in tit. de appellat. §. in quibus, numero vndecimo, vbi Ioan. And. in addit. Franc. Aret. cōſil. 97. numero tertio Contar. in l. vnica, limit. 3. numero quinquageſimoquarto, C. ſi de moment. poſ. Quod ampliatur procedere, ſiue iure actionis, ſiue iudicis officio petantur, ac ſub futurorum nomine comprehenſa cenſebuntur, ſi poſt illorum petitionem lis conteſtata fuerit. Rota coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente Octauo, tunc Auditore in vna Romana dotis, & alimentorum, de Vrſinis 24. Ianuarij 1575. Et poſtea coram Illuſtriſſimo Blanchetto, in alia Illardenſis matrimonij 15. Octobris 1586. Et diuerſ. parte prima, deciſione 764. numero quinto, Tho. Faſt. deciſione decimaquinta, numero ſecundo, Bald. in d. l. 1. numero ſexto, C. de fideicom. Immo ſi de illis cumulatiuè agatur cum cauſa principali, donec ſuper ipſis alimentis pronunciatū ſit, eam ſuſpendere faciunt, Veral. deciſione quadrageſimaoctaua, numero ſecundo,
17 parte prima. Quod tamen declara procedere, ſi alimentorū fauore pronunciari contingat, ſecus ſi contra, quia eo caſu, ſi alendus commiſſionem porrigat, ſignatur ſim-
18 pliciter. Aut verſamur circa præterita, & tunc, quia ceſſant ſupradictæ rationes, cauſa ordinariè tractatur, & non ſummariè, Iaſ. in d. l. de alimentis, numero quinto, & ſexto, vbi Bal. & Spec. in alleg. §. numero vndecimo Alber. in l. cum ijs in princip. ff. eodem Aret. dicto conſilio nonageſimoſeptimo, numero tertio, Veral. deciſione ſeptuageſimaquarta, parte prima, in terminis, Sic in conſequens non reſcribitur ordinariè cum clauſula exequutiua, ſed datur commiſſio appellationis ſimpliciter. At ſi petantur præterita, non debent peti in pecunia, ſed in Grano, Vino, & ſimilibus nutrito præſtitis, Alexand. conſilio ſeptuageſimo ſecundo, numero ſexto, volumi-
19 mine quinto. Licet etiam in pæteritis aliquando Signatura cum aliqua ex ſupradictis clauſulis exequutiuis, Si eorum occaſione alendus æs alienum contraxerit, quod exemplificari poteſt in filijs, & vxore, quæ fecit diuortium, cui maritus alimenta ſubminiſtrabat, Quando contraxit eorum cauſa æs alienum, tuncque, quia per temporis ſpatium maritus ea non præbuit, in vna Bononiēſis in plena Signatura data fuit clauſula executiua appellanti. Quod fallit ſi dotem vxor non dederit, quia iſto caſu alimenta

menta illi præbenda non erūt l. fi. C. ad Vell. DD. in cap. per vestras de donat. int. vir. & vxo. Cresc. decis. 8 numero primo, de Iudic.
20 & eo minus litis expensę. Et an alimenta de præterito, in ea specie, in qua relicta fuerunt, petantur, puta, carne, vino, oleo, grano, & similibus, remitto te ad Viui. loco sup. ci. nu.
21 5. Aliter autem distinguendo loquitur Spec. in præposita quęstione in d. §. in quibus nu. 11. Quod aut illorum petitio fit officio iudicis, aut iure actionis, si officio iudicis, tunc cessat appellatio suspensiua, quia causa est summaria, vt dixi de futuris, & pręsentibus Veral. decis. 98. parte prima, Bar. in l. fin. in princ. ff. de app. recip. Aut iure actionis, & datur appellatio ad vtrunq; effectum: Sed hāc distinctionem, non vidi per tot annos in Signatura seruari, bene primo loco positam.
22 Futura pariter alimenta a die motæ litis petita dicentur, adeo, quod pro illis erit pariter danda clausula executiua, At si agatur pro illis maturatis ante motam litem, quia
23 de præterito dicuntur, admittitur appellatio ad vtrumque effectum: & ad cognoscendum in hoc particulari qualia sint, attendendum erit tempus petitionis, non autem sententiæ, Veral. decis. 20. nu. 4. decis. 22. decis. 24. & deci. 39. par. prima Lancel. de Attent. cap. 12. limit. 24. nu. 8. Pontan. de alim. cap. 15. numero secundo, & capit. 19. numero
24 tertio. Subministrari alimenta debent, quando de possidētis hęreditate agitur, & quādo valde diues succubuit, qui postea pauperē litibus defatigando, ad curiam trahere satagit, & tunc, quia pro sententia viget præsumptio, & de bono obtinentis iure constat, solet mandare Signatura, interdū non solum alimenta, sed etiam sumptus litis pręstari, lite tamen durante, quando simpliciter, & quando addita clausula conditionali, constito de paupertate, vt habetur in dec. prima, de accus. in antiq. Lite super crimine existente præcise rescribendo subministratis alimentis, & sumptibus litis, vt dixi, aut cum alterius clausulæ temperamento arbitrio iudicis, vel similis, vt alias dixi, tunc illa breui manu subministrari, curare Iudex debet, ac summarie, de quo dari certa nequit regula, quia facti, vel personarum qualitates rescripta alterare solent, l. 1. ff. de orig. iur.
25 circa quod summarie paupertatem probare sufficit, Fulg. in l. quidam quasi num. 4. ff. de probat. l. si iudex ff. de his qui sunt sui vel al. iur. & ante omnia clausula conditionalis constito, &c. licet summarie, vt dixi, venit purificanda, etiam testibus vicinis examinatis, vel alijs, qui verosimiliter statum petentis notum habere possint, & ommisso iudiciario ordine, tam ex officio, quam ad partis instantiam, alijs seruatis de iure seruandis, testes interrogare iudex valebit, Maran. de ord. Iud. parte quarta, dist. 9, numero tertio, Feli. in capitulo cum Ioannes. numero 11. vers. ista intelliguntur, de fid. instr. Glos. in clem. sępe, in verbo interrogabit de verb. Sign. Domin. in c. 1. col. pen. de confes. Rom. in l. admonendi, de Iur. iur. Ratio est, quia cum ista probatio non sit causa finalis, neque magni pręiudicij, eodem modo facta sufficit, Bar. in l. si constante, num. 8. & 9.
26 ff. sol. mat. Alex. cons. 47. num. 5. vol. 1. Probatur autem paupertas multis modis: primo per famam publicam, Glos. & DD. in l. 2. C. quand. fisc. vel priu. Secundo quando non est soluendo per discussionem factam a vicinis, quod quinquaginta in bonis non habeat: Tertio per ęstimum vel inuentarium, & alijs relatis per Ang. in §. hic nobis, col. 1. Aut de hęred. & falc. Alex. & DD. in l. si con
27 stante ff. sol. mat. Sed in facto nostro probatur, quando non potest sustinere sumptus litis, & quo ad id eius uires non sufficiant, §. sed & propter paupertatem, vbi Glos. in verbo sed quis imparē, insti. de excus. tut. l. paupertas vbi Glos. in verbo imparem ff. eod. titulo Bal. in Auth. præterea nume. tertio, C. vnde uit. & vx. Sed menti circa hoc retineas, quod quando ad certum effectum de alicuius paupertate quęritur, illā in genere dicere, vel probare non sufficit, Bal. in d. auth. numero quarto, Afflic. decis. 157. numero tertio, Mandel. cons. 69. numero sexto, vers.
28 & ait Salicetus: sed quando rescribitur subministratis alimentis, & sumptibus litis, arbitrio Rotæ, intelligitur probata paupertate latē, Couar. Prac. qq. capitulo sexto, numero quinto, vers. ego vero, quia cum per Signaturam deberi iudicatum iam sit solum quantitas Rotæ arbitrio reposita erit, Guid. Pap. cons. 164. Alciat. de pres. 3. q. 9. num. 9. Bilig. decis. 1. de Iudic. Vnum autem dicere in hoc non omittam, quod a Domino constituente, procuratori, seu negotiorum gestori non sunt præstanda alimenta, Guid. PP. decis. 68. Suard. de alim. titulo primo, q. 61. num. 2. multo magis a parte conuenta, cuius illa potest esse causa, quia inuiti mandatum suscipere non coguntur, l. inuitus C. de procur. & quia cum ipsis contrahitur, & ab initio sunt contractus voluntarij, quamuis postea coacti, l. commodato §. sicut ff. comm. Bar. in l. imperatores ff. de tutel. & rat. distr. maxime bono iuris præsumptione cessante Cresc. deci. 8. de Iud. & ita postea

Rota

Rota dixit coram D. Orano in vna Romana
29 Rationis Bancharię Veneris 4. Martij 1599. Quamuis clauſula Rotæ arbitrio ſimpliciter poſita, intelligatur quatenus de iure debeantur, Cęſ. de Graſ. deciſ. 7. num. 7. de ſen. & re iud. & coram D. Seraphyno in vna Lunenſis, & Sarzanenſis penſionis 15. Februarij 1593. Pariſ. conſi. 56. num. 5. vol. 1. Soci. iun. conſ. 49. nu. 16. vol. 1. Bart. in extrauag. ad
30 reprimen. in verbo videbitur, nu. 8. Limita premiſſa nõ procedere in ſpoliatore, quia ſi ſpolium erit pendente lite probatum, non ſolum alimenta, & ſumptus litis illi ſunt pręſtanda, immo pro eis data repetuntur, vt per
31 Veral. Deciſ. 19. nu. 2. cum add. par. 1. Quæro deinde, an ille cui, relicta alimenta fuerunt, vel alias ſibi debeantur, quamuis alere ſe ipſum valeat, illa petere ab obligato alere poſſit? & dico quod ſic, quia cum ex debito, ſiue largitate ſint donata, vel relicta, an de ſuo alere ſe poſſit, nec ne, attendendum nõ venit, vt per Bald. in d. l. de alimentis, num. 1.
32 C. de tranſac. Quod limita ceſſare in monaco, q licet alẽdus ab Abbate foret, & illis in præteritum caruerit, contra abbatem agere minime valebit, obſtante exceptione, dolo petis quod reſtituturus es, quãuis bene cõpetat ſibi pro futuris ac[illegible], Alex. in d. l. de alimentis nu. 2. Verſ. item quod Monachus. Rom. conſ. 300. verſ. item quod Monacus
33 Sed quid, ſi plures teſtator reliquerit hęredes, inter eos Solus clericus, & alij laici, cũ niſi omnibus conuocatis in hoc iudicio fieri diuiſio nequeat, & hæredes diuerſi eſſe fori poterunt, liſue pendat, ac pro cauſæ vnione porrigatur cõmiſſio, cui dirigenda erit, Eccleſiaſtico, an laico Iudici, & quia de hoc late memini in com. auocat. cauſ. in q. an clericus coram iudice laico cauſam agere ſit aſtrictus, ibi te remitto, de quo vide late Bar. in l. ſolent numero 14. ff. de alim. &
34 cib. leg. Sed qualis alimentorũ dicatur cauſa? illam, in qua ſunt alimenta nominata, ac illorum materia, vel præſtatio tangitur fore, dicit Bar. in d. l. ſolent numero 15. quem ſequitur Ancher. in Clem. cauſam in princ. &
35 in clem. ſępe de verb. ſig. Detur caſus prætera, in quo menſe quolibet ſint alimenta pręꝫbenda, an pro illorum ęſtimatione, vel vice pecuniæ ſubrogari, ſeu in ea ſpecie in qua legata fuerunt, tradẽda ſint, & breuiter cum Bar. in d. l. 1. & l. ſolent, nume. ſecundo dico, quod, Aut ſunt alimenta, quæ corrumpuntur, vti carnes, piſces, & ſimilia, & tunc ęſtimatio, & non ſpecies eorum loco ſuccedit. Aut non corrumpuntur, vt frumentum, vinum, oleum, & ſimilia, & eo caſu, ſpecies erit debita, Vnum tamen notabile, dixit Ancher. conſ. 383. numero tertio, quod cum pretia rerum ſint varia, l. prætia rerum ff. ad l. falcid, Iudex ſuper eo quod eſt variabile, vel incertum, pro futuro tempore declarando, rectum, certum, & limitatum arbitrium dare poterit l. nõ quemadmodum ff. de Iudic. c. fraternitatis de frig. & malef. licet ab exceſſu, ſicut a modicitate locus ap-
36 pellationi ſit. Pluribus nempe perſonis alimenta relicta fuere, illa vnus, vel duo petũt, & cæteri non, quæritur an facere iſti id valeant, & Bar. in d. l. ſolent num. 10. affirmatiue reſpondit, immo etiam, & pro illorum hęredibus, vt ibi nume. 9. Ratio eſt, quia ius exigendi ſi tradita non fuerunt, ad ipſos trãſmittitur, l. vti frui. §. fi. ff. ſi vſuf. pet. l. fructus in fin. & l. ſeq. ff. de rei vend. l. qui vſumfru-
37 ctum §. fi. & in l. quæſitum, & l. defuncta ff. de vſuf. l. libertos §. fi. ff de alim. & cib. leg. Similiter, ſi quis per multos annos ſteterit, quod alimenta ſibi relicta non petierit, queritur an petere poſſit, & videtur dicendum quod non, quia ſolus longi temporis curſus, tacite remiſſionis præſumptionem inducit, accedente forſan, iuxta facti ſeriem, charitate conſanguineitatis, ac computorum redditione, Nihilominus tex. in l. libertatis §. manumiſſus vbi Bar. & DD. & pręterita, & futura peti poſſe dicunt, & idẽ Bar. in conſ. quidam ſibi filios hęredes, & Bal. in conſ. 205. vol. tertio At ceſſat ſupradicta concluſio in filio, cui a patre iure naturæ alimenta debentur, vel iudicis officio, quia neque ipſe præterita petere poterit Iaſ. in d. l. de alimentis nu. ſexto, C. de tranſ. Quod ſublimita, vt per Iaſ. ibidem, niſi mutuo pecuniam filius accepiſſet pro ſe alendo, quia in hoc vt ſupra dixi, alimentorum frueretur priuilegio, Ite-
38 rum, ſi Papa Penſionem Eccleſiaſticam alicui aſſignat, expreſſo, quod pro alimentis eam elargitur, an beneficij fructus ſint pro illa hypothecati, & dico quod ſic, etiam ſi diues penſionarius ſit, quia per illam aſſignationem pro alimentis, voluit Papa, quod dicta penſio vim alimentorum habeat, ac illorum prorogatiuis, & priuilegiis potiatur. Gig. in Trac. de Penſ. q. 51. nume. decimo, Et an iſto caſu alimẽta Pia cauſa dici valeãt? vide DD. in l. illud. C. de ſacr. ſanct. eccleſ. Immo ibidem ampliat Gig. ſupradicta procedere impenſione ab ordinario aſſignata alicui clerico indigenti, dummodo penſio ſit licita, dato pariter, quod Cleric' ſit diues, vt ibi Gig. numero duodecimo, & ſeq. quẽ
39 in hac materia videas. Compenſationem ceſſare quando alimenta petuntur, adeo quod

quod nec opponi possit, nec opponens audiatur, dixit Gig. loco cit. q. 96. numero 5. & sexto, cũ add. Afferens, quod si executiue ad illa in Rom. Curia agatur, intrat regula, vt in obligatione Camerali, solue, & repete.

40 Quamuis a sententia prouisionali præstationis alimentorum appellatio nõ denegetur, puta propter inopiã, Rebuf. de sent. prouis. Art. primo, Glos. 11. Bar. in l. fi. numero 1. Cuman. numero quarto ff. de App. recip. Specul. de App. §. in quibus numero vndecimo, Rot. diuers. decis. 764. numero primo parte secunda, Veral. decis. 22. & 24. par. 1. Et eo magis, si alendus inops non sit: & quando ille, ad cuius fauorem lata sententia sit, aliunde se poterit alere, Rot. d. deci. 764. numero secundo, par. secunda diuers. Io. And. in add. ad Spec. tit. de App. §. in quibus, n. 11. vers. alios, &c. At si iudicis officio peti isto casu contingat, datur appellatio, Specu. in d. §. in quibus nu. 10 & seq. Bar. in l. 1. in princ. ff. de app. recip. ratio est, quia propter inopiã petuntur, Bal. nou. in Trac. de doct. par. 1. priuil. 7. Rip. in l. 2. num. 4. ff. de re iud. Surd. de alim. tit. 1. q. 120. nume. 13. Quę paupertas in facto de quo agitur, saltẽ (vt dixi) ex cõmuni reputatione probanda venit, Veral. decis. 293. par. 2. Vsufructuarius, vel hæres relictus ęs alienum per testatorem relictum soluere tenetur, & quicquid postea superest sibi appropriare, & suũ facere valebit, tex. est in l. fin. §. sin autem ęs alienum vbi Castr. in dicta l. fina. quamuis Barto. contrarium teneat, qui non viderit præfatum textum.

41 Alimenta vxori diuertenti a marito nõ sunt præstanda, quando ipsa diuertit, nisi prius an causa diuertendi legitima sit, gustato Imol.

42 cons. 16. numero primo, Thom. de Than. decis. 11. Carcerato pro ciuili causa sunt sibi præstanda alimenta a creditore, Strac. de Mercat. folio mihi 299. numero decimo vers. sed quod &c. Alias si non subministrãtur, postquam per aliquot dies carceratus remansit, relaxatur, & ita Rom. Cur. & R. R. P. P. D. D. visitatores carcerum, seruant. An legata pauperi certa pecuniarum quantitate quolibet mense, eius vita durante, dicatur Legatum in causa alimentorum factum, & eorum fruatur priuilegio, tradunt Bar. in l. si cui, sub numero primo, & in l. codicillis ff. de ann. leg. & in l. cum hi §. si in annos ff. de transact. Bal. in l. in annalibus C. de legat. & in Auth. ingressi sub numero 19. C. de sac. sanct. eccles. Et ista in hac frequenter tacta materia per multos ex nostri iuris doctores, ac scribentes, breuiter hoc in loco dicta sufficiant.

Quando aliquis alimentorum præstationem subterfugere satagit post sententiam, seu mãdatum executiuum ad eorum fauorem relaxatum, ordinariam appellationis commissionem expedire curat, cuius formula supra posita fuit, ac postea mediante inhibitione, illius vigore executio impeditur, sed formata alia commissiõne reformatoria, tenoris vt sequitur, in Signatura parte tamen citata proponenda, expeditur pręinserta primo obtenta.

Com. *Vrbis.*

Beatissime Pater si aduersarius in pręinserta narrasset, prout non sine dolo, & fraude tacuit, quod Deuotus S. V. orator A. egit coram D. vrbis Gubernatore, vel eius in ciuil. Locumtenente causa, & occasione alimentorum sibi debitorum &c. quæ fauorabilia sunt, adeo quod appellatio, tam de iure communi, quam alias, quia venter dilationem nõ patitur, saltem suspensiua, non admittatur, stante maxime, quod de sui natura causa sit summarie expedienda, &c. Aut, quia orator, vt se aleret magnũ ęs alienum contraxit, & quia illa præstare aduersarius denegauit. Vel quia agitur, de alimentis futuris adeo a iure communi priuilegiatis, quod appellationem suspensiuam non recipiunt, &c. vtique præinsertam subreptitiè, & obreptitiè, non obtinuisset, & quia falsus pręcator impetratis carere debet, ne sua valeat malitia gloriari; supplicat. S. V. deuotus orator, quatenus eidem D. Vrbis Gubernatori vel eius D. in ciuilibus Locumtenenti committere, & mandare dignetur, vt præinserta, & inhibitione illius vigore emanata, vel in posterum emananda minime obstantibus, iuxta suas ordinarias facultates, ad vlteriorem executionem procedat, expensasque in causa factas præmissorũ occasione taxet, & moderetur, ac quodcunque mandatum executiuum, etiam sub suo paruo sigillo regula contraria non obstante decernat, & relaxet, ac exequi mandet, & faciat, vsque ad integram oratoris satisfactionem, cęteraque omnia gerat, & exequatur, quæ in præmissis, & circa, ea quomodolibet fuerint necessaria, vel opportuna cũ potestate citandi, & inhibendi, &c. pone vt in alia commissione.

Vel eidem D. Locũtenenti cõmittere, & mandare, qđ ad vlteriorem executionẽ procedat, perinde ac si præinserta signata foret, cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, vel non retardata executione.

SVM-

SVMMARIVM.

De Commissione Appellationis in Causis Mercedis.

1 SAlarium, vel mercedē non conuentam, qua suas locare operas solitus foret, nisi Dominus pariter conducere consuetus esset, dato quod id fecissent antecessores, nisi præfatis extremis probatis, non deberi censuit Rota teste Put. decis. prima numero 11. parte tertia: Et licet supradicta extrema probata sint, nihilominus ad summum, nisi pro eo, quod Dominus alterius opera, & mini-
2 sterio fuisset conducturus, non debetur, Feder. de Sen. cons. 18. nume. secundo. Immo si amicus valde quis sit alicuius, illique, (vti amicorum sæpe munus est) inseruiat, vt salarium sibi constituatur, petere minime valebit, Glos. in l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extraor. crim. Pari modo, procurator, cui nullum assignatum salarium extitit, ad illud
3 non poterit agere, Natt. cons. 340. per tot. & ita Rota dixit coram D. Penia in vna Nolana mercedis 12. Iunij 1596. eo magis si non fuerit merces petita, quia remissa ex taciturnitate videtur, Rota coram Illustrissimo D. Mantica, in vna Romana mercedis 14. Februarij 1594. Glos. alleg. in d. §. aduocatos, quam sequuntur Bar. & Doct. quam Glos. refert Alex. cons. 109. numero primo, vol. 6. subdens, quod multo minus ille, cui salarium constitutum non fuit, super eo intentare iudicium non poterit, vt iudicis officio sibi illud constituatur, vt ibi Alex. per doctrinam Bar. in d. l. 1. §. ludi, ea ratione, quia promissum non fuit. Crot. cons. 305. nu. 18. vol. 3. sicque ratione præfatę incertitudinis, nisi merces efficaciter promissa esset, nō debetur, vt ibi Crot. numero 19. exceptis tamē personis, dicto loco connumeratis, Put. dec.
4 44. in fin. parte secunda. Quare, aut est salarium promissum, & agere ex promissione
5 debet, aut non promissum, & eo casu. An solitus operas suas sit locare, quas secundum suam consuetudinem locasse intelligitur, ex locato agere valebit, vt ibi Alex. num. 9. per tex. in l. 1. ff. locat. & instit. §. 1. eod. titu.
6 Probato itaque, quod locare suas operas consueuerat, & Dominus conducere, vsque ad illam summam actio dabitur, quo alius

Dominus

Dominus conducturus esset, & isto casu (vt retuli) iudicis officio vt salarium sibi constituatur, petere poterit. Subdens ibi Alexand.
7 num.4. Procuratores ad lites, Aduocatos nequaquam dici posse; quia tanquam auidi, & rapaces repellendi veniũt, nam si tanquam procuratores inseruiũt, cumulatiue eodẽ cõtextu, indebite tanq̃ Aduocati ad salariũ agunt. Quorũ stãte discordia inter partes, salariũ venit per iudicẽ taxandũ, Deci.cons.654. n.2. per relata p Spec.tit.de Salar.proc.& Tabell. vers. Sed quid erit in tabellionibus. Bal. in l.argentarijs, in princip.ff. de edend. & ibi
8 Alexan. At si versaremur in salario alicuius officiali soliti inseruire, & detinere, puta Procuratoris, Vicarij Episcopi, & similium, eo casu ratione officij, & dignitatis perpetuo constitutæ, modo, & forma quibus cũ alijs antecessoribus consuetum fuerat, erit
9 obligatus, vt per Put.d. decis. 1. & decis. 11. par.3. Subdens, quod Aduocato non solum de pecuniis mutuatis, sed de salario satisfacere Dominus tenetur, vt in fi.d.decis.11. Sed idem Put. Decis 42.& 43. par.2. Refert Ro-
10 tã resoluisse, Episcopum successorem, Vicario antecessoris episcopi, licet probatum esset Vicarium solitum operas locare, & episcopum conducere, non teneri salarium sol-
11 uere. Quia cum sit officium voluntarium, & sine Vicario stare possit episcopus, nõ obstante consuetudine, quod Vicarium detinere solitus sit Episcopus, nisi salarium conuentum probetur, ad illud cogi nõ poterit, quia tantum videtur perscriptum, quantum possessum, & tunc præfatum salarium magis ex pacto, quam consuetudine soluendũ
12 veniret, vt Put.d.decis.44.nu.2. Quæ cessare declara, quando locorum consuetudo vigeret, vt illud solueretur, vt per Corn. consilio
13 116.col.3.vol.4. Hac itaque nactus occasione dicam ex mente eiusdem Put. decis.4.numero 7.& seq. par.1. Quod si ille, cui salariũ traditũ fuit, in testem inductus esset, non repelleretur, nisi maneret ad Domini seruitium, cũ eius sumptibus: vti pariter si absq; salario inseruiret, testificari posset. Ob id respectu solius mercedis, quam a Domino cõsequitur, non debet repelli, nisi cũ mercede familiaritas, puta cohabitationis, ac vict⁹ subministrationis concurrant: vt ibi Put. nu.6.
14 & 7. & per tot. Plures salariorũ sunt species, Certum, quando de illo pactum adest, vel stipulatio, & incertum. Sed certum subdiuiditur, nam si intercessit stipulatio, ex condictione peti illud poterit, at si stipulatio cessauerit, petitur tunc, quando incontinenti post mandatum, actione contraria mandati, puta quando seruantur fines mandati: sin vero ex interuallo, officio Iudicis postulabit l.1. C.mand.l. salarium ff. eod. Et ista procedunt, quando sine salario alias facturus erat. Sin vero sine salario non erat facturus, & tunc, aut erat cõsuetus factum locare, & eo casu, si in pecunia constituatur, salarium, & locatio, & conductio erit; aut non consue-
16 uit locare, & eo casu agitur præscriptis verbis. At quando versamur in salario incerto, si erit, re, & genere, puta si obscuris verbis Domini dicant. Tibi volo benefacere, & similia verba, eo casu nõ petitur, si erit incertum re, non autem genere, tunc si equum promisi, & valet, & peti potest, Sed quando procuratori, vel alteri nullo modo promissum fuit, ac salarium petere extra ordinem procurator, vt sibi constituatur prętendat,
17 Eo casu Iudicis officio faciendũ id erit, Secus autem in aduocato, cui licet salarium constitutum non sit, nihilominus extra ordinem: dummodo Scuta centum non excedat, habito respectu ad labores, ac loci consuetudinem, illud petere valebit, sed quando requiritur vti pactum de quota lite, nec merces, neque salarium dicitur, vt late de his omnibus Petr.de Vnz. in Tracta. pract. art. notar. de cap. de consensus obligatione
17 numero sexto. Quando vero versamur in famulis, ac de salario conuentum non est, aucto labore, augeri debet, vti etiã per cõsequẽs diminuto labore, minui. Pet.de mõte. in Trac. de Dimin. deterior. concl. quarta, numero 26. per doctr. Bar. in l.Seio amica,
19 in princ. ff. de lib. lega. Quare, si scholares vel similes numero tres, famulum conducant, exempli gratia pro scutis sex. quolibet anno, ac numerus scholarium postea augeatur, pariter pro illa rata augeri salarium debet, Alber.Brun.in Trac.de augum. cõcl. 12. numero tertio, vt pariter minuendum, si ex illis recedat, aut moriatur vnus, Ce-
20 pol. in Trac. de seru.vrban.pręd.capit. 5. de furno numero 15. Et quando salarium augetur, circa augumentum eodem potiri debet priuilegio, licet accessorium, vti potitur Principale, vt bene Io. Crot. cons.10. numero primo, & seq. vol. primo, iuribus, & ra-
21 tionibus late ibi per eum add. Duobus itaque casibus peti salarium potest. Primo quãdo fuit promissum. Secundo quando petẽs suas locare operas sit solitus, & dominus cõducere, vt per Io. Crot. cons. 305. numero secundo, volumine tertio. Merces etenim pro rata laboris debetur l. fi. in fi. C. de alluuio. Signor. cons. 157. col. prima circa med. & par laborantium, æquitate ita dictante,

debet

debet esse merces. l. quod si minor §. Scęuo la ibi laboribus, ff. de minor. capitulo recolentes, de stat. monac. capitulo primo, de se pult. cap. scire debet, 76. dist. Rom. conf. 333. col. 1. Vt pariter minus mãducare conuenit eum, a quo negligentius laboratur, l. si duobus §. fi. ff. de noxal. Oldr. conf. 22. nume. secundo in fin., Grau. conf. 694. numero 4. & quinto. Et de salario conuento, habetur Matth. in capit. 20. Amice, non ex denario conuenisti mecum? l. tolle quod tuum est, & vade, & alibi mercenarius dignus est
22 mercede sua. Ideo quando sumus in huiusmodi causis mercedum, ac lata sententia succumbẽs commissionem appellationis porrigat, non solet rescribi nisi cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, aut sine retardatione executionis, quamuis Rota, vt legitur ex decis. 464. par. prima diuers. id solum procedere in tribunali D. vrbis Gubernatoris, vigore indultorum sibi priuilegiorum, & non in alijs Rom. Cur. Tribunalibus afferat. Ob id summarie in præfato
23 Tribunali huiusmodi causæ tractantur, vbi nemo auditur, nisi facto actuali summæ petitæ deposito, vel data cautione in forma depositi iuxta suas facultates, vt p Doct. Mart. Neap. in tract. de Trib. vrb. capitulo secundo numero 20. & seq. nam si omnis labor optat præmium, si inseruiuit, & sudauit, non debet ad sudoris cõsequẽdum expensis, & litibus, sua mercede fraudari, & pro illa denuo vexari & insudare, iterum quæsitum
24 sudore. Sed quando agitur de alijs mercedibus non promissis, neque præmissa de solito locare, & cõducere sint probata, si quis grauatus appellet, tunc cum clausula si quid exequendum, rescribi solet, & dari commissio appellationis, stante dubietate rei, de qua agitur. Quare videbit postea iudex, a quo, an locus sit executioni nec ne. Interdum constat aliquem seruitia impendisse solitum suas operas locare, sed quia de mercede conuentum non extitit, sentiens iudicẽ à
25 quo excessisse, appellat. Sed Signatura interdũ pmissis gustatis, in aliqua parte dare executionem solet, & in alia appellationi simpliciter deferre, aut cum clausula prænarrata, vel alia, iuxta facti qualitatem, vel assecurato iudicio, de quo certa regula dari neqt, quia qualitas, seu diuersitas facti, facit variare Signaturam in rescribendo, Specul. de Aduoc. §. nunc videmus num. secundo, quamuis tot. RR. PP. Domini mei conuotantes, summis laboribus, vigilijs, & assiduitate, &
26 iustitiæ, & æquitati vbi locus est inuigilando, incumbant. Reuerendissimus D. vrbis Gubernator Hodie. Illustris, & R. P. D. Ferdinandus Taberna. Nobilis Mediolanensis ex nostris Referendarijs, quomodo in causa 1500. Scutorum procedere debeat, tradit Veral. decis. 63. par. 2. Sententia lata pro pau-
27 pere in causa mercedis, non est appellabilis ob eius paupertatem, Rot. diuers. decis. 764. numero tertio parte prima. Famulum ad tẽpus conduco, qui toto tempore inseruire nõ
28 vult, & abit, mercedemque petit, vult conuentus illum repellere, pro seruitio preterito aliquid dare negando. Quærit quod iuris, Bal. in l. ędem numero octauo, C. locati, & distinguendo dicit. Aut tantum damnum ex recessu patior, quantum commodum ex seruitio haberem, tunc propter compensationem ad nihilum teneor. Aut damnum, siue interesse cessabit, & illo casu pro rata tẽ
29 poris soluere astringor. Nam si esset actus, in quo interesse pecuniarium, vel publicus honor, vt in doctore conducto ad lecturã, consideratur, seu in Medico cõducto ad practicam, in quo vnus casus, tanquam mille valere potest, nihil ei debetur, ex ea ratione,
30 quia per ipsum stetit, & nihil videtur adimpleuisse, quando aliquid notabile adimplẽ-
31 dum superest, vt ibi Bal. firmat. Quando Domino Referendario commissio appellationis a sententia lata in Tribunali D. vrbis Gubernatoris Signanda pręsentari contingat, non abs re clausulam foret addere, Non tamen ex causa mercedis, ea ratione, quia si ordinarie a præfatis sententijs appellatio suspensiua non admittitur, ad tollendam reformationem, vt suo marte citius causæ terminentur, & ne pauperes, qui ceu omnes mercedem petentes sunt, litibus, & expensis diutius vexentur, optima erit clausula, aut partis citatio iuxta solitum ad dicendum cau
32 sam quare cõmissio signari non debeat, &c. Sindico communitatis, siue alicuius negotia gestori, vt pariter Tutori, an & quando salarium sit debitum, tradit Guid. Pap. dec. 68. per tot. ad quem re remitto. Tandẽ
33 pro regula dicere non omitto, quod causæ salariorum aduocati, procuratoris, & similium, eo in loco cognosci, & tractari debet, vbi præstitum patrocinium fuit: Ibi autem iudex pro fori, & Iudicij consuetudine licitum honorarium assignabit, & non egredietur, tex. est in l. prima §. in honorarijs ff. de var. & extraord. cognit. Nunc ad alia deueniamus.

In causis

In causis mercedis concipi solent commissiones simplicis appellationis, ideo reformantur, vt sequitur.

Com. Formula. Vrbis.

Beatissime pater, si aduersarius in præinserta narrasset, prout non sine dolo, & fraude tacuit, quod deuotus S. V. orator A. egit coram Domino vrbis Gubernatore, siue eius in ciuilibus Locumtenente, in causa mercedis &c. ac ad sui fauorem mandatum executiuum, decerni, & relaxari obtinuit, quo casu, nec ex iuris communis dispositione, neque ita ipsius D. Gubernatoris priuilegijs dictantibus, stante pariter, quod de sui natura causa sit summaria, & appellationē, saltem ad effectum suspensiuum non admittat, Vtique præinsertam subreptitiā, & obreptitiam minime obtinuisset. Cumque falsus præcator impetratis carere debeat, Ideo supplicat S. V. orator præfatus, quatenus eidem Domino Gubernatori, vel eius in ciuilibus D. Locumt. cōmittere, & mandare digneiur, vt præinserta, ac inhibitione illius vigore emanata, vel in posterū emananda minime obstantib. ad vlteriorem executionē, iuxta suas ordinarias facultates, summariè procedat, tam pro summa principali, quam pro expensis in causa factis, vsque ad integram, & totalem oratoris satisfactionē, procedique mandet, & faciat, mandataque quæcunque desuper necessaria, & opportuna decernat, & relaxet. Suppleatur vt in alijs commissionibus, &c.

Solet multoties Signatura rescribere, vel si magis placet, cōmittat eidem D. B. cui primo loco inserta dirigitur, vt procedat perinde ac si præinserta Signata foret cum clausula sine præiudicio legitimę executionis.

Aut alio modo secundum facti qualitatē.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio a decreto de euacuando, & Commissio Appellationis simpliciter, non datur.*
2 *Clausula sine præiuditio legitimæ executionis datur in commissione appellationis a mandato de euacuando.*
3 *Inquilinus antiquus, an cum eisdem pactis, & conditionibus, nouo sit præferendus.*
4 *Inquilinus antiquus facta nouo locatione, expelli potest.*
5 *Locatione finita, relocare domum Domini de iure non tenentur.*
6 *Inquilinus quando locatione durante, possit expelli.*
7 *Inquilini appellatione, veniunt in ciuitate absque cultura, degentes.*
8 *Aegidiana locum habet in causis contra inquilinos*
9 *Decreta cameralia, quæ in causis inquilinorum seruentur.*
10 *Decretorum cameralium dispositio cessat, si illis cum Iuramento inquilini renunciant.*
11 *Decreta Cameralia ad fauorem inquilinorum fiunt prope Annum Sanctum.*
12 *Appellatio, quando detur a decreto de euacuando*
13 *Inquilinus possessionis quæstionem mouere volens, tenetur prius euacuare domum.*
14 *Inquilinus contra dominum domus non auditur, nisi constet de pari titulo.*
15 *Melioramenta liquida absque cautione reficiuntur.*
16 *Melioramentorum exceptio, an executionem quādocunque retardet.*
17 *Domum pro melioramentis retinens, soluere pensionem tenetur.*
18 *Locator conductori, omnia damna sua culpa passa, resarcire tenetur.*
19 *Dominus inquilino relocare domum non tenetur.*
20 *Locatio, quæ non valet per 15. annis, an pro 10. sustineatur.*
21 *Illata, & inuecta, quando pro pensione domus, sint hypothecata.*
22 *Fallit num. seq.*

De Commissione Appellationis a Mandato de euacuando.

A Decreto, siue Iudicis mandato executiuo relaxato de euacuando, vel (vt dicitur) de
1 sfrattando, appellationem neque in consequens appellationis commissionem ad effectum suspensiuum dari, eo quia est causa summaria, & priuilegiata, celeritatem desiderans, dixere Gram. decis. 58 numero decimoquinto, & seq. Contar. in l. vnica numero quarto, C. si de mom. poss. Alex. in l. prima numero quinquagesimo secundo, vbi Ias. numero 45. vers. quarto adde ff. sol. mat. Et quamuis aliqui ex relatis Doctoribus de fabro prope Scolaris, siue doctoris domum malleante loqui videantur, quod expelli dicta de causa possit, Tamen, Gram, loco citato, numero decimosexto, idem de inquilino, & conductore censendum fore asserit, quia eandem celeritatem causa desi-
2 derat. Ideo (ordinariè loquendo) si rescribitur cū clausula sine pīudicio legitimę executionis, iure medio id fit, (iudicio meo) quia si conductor quęstionē domini rei cōductę obijcit, euacuare prius, q̄ de pprietate

agat, tenetur, vt dicit tex. in l. si quis conductionis vbi Salic. & Bald. qui omnia sciuit sec. Strac. i trac. de Mercat. tit. de decoct. par. tertia, numero primo) C. locat. Immo quod plus est, clausula præfata etiam concedenda erit, si Dominus alteri domum locasset, ve-
3 terem inquilinum, qui cum eisdem pactis, conductionibus, modis, & formis, ac pensionis quantitatẽ, vti nouus inquilinus soluere vellet, expellendo, licet quodammodo illum iniuria videatur afficere, saltem ex regula summum ius, summa iniuria, vt in simili videmus de emphyteota, qui nisi finito tempore reinuestiatur, iniuria afficitur,
4 Tamen premissa in vrbani prædij conductore, locum nõ habere, sed bene in rustici prędij, asserit Afflic. decis. 238. num. 3. & 4. attestans de cõmuni: etiam si antiquus inquilinus in locatione perseuerare voluisset, nihil ominus facta noua locatione, expellere illũ poterit, vt tenuit Glo. sup. consuet. Neap.
5 in verbo, sed, & si fundum. Nec antiquo inquilino locatione finita, tenetur relocare Patronus: ratio est, quia in iure cautum non reperitur, Quamuis ex quadam æquitate fieri consuetum aliquãdo fore asserant Host. Butr. Io. And. & alij in capit. ex rescripto de locat. & conduc. l. neutri C. eod. tit. Boer. decis. 107. numero tertio, Afflic. d. decis. 238. numero quarto, Bal. in d. l. ne cui. Licet si nemini vellet locare, non cogatur, maxime si pro vsu ꝓprio domũ retinere liberet, vt ibi Bart. nũ. 2. Subdens eod. loc. non præfata cessare, si Dñs pactus fuerit de alio inquilino nõ præferendo, quãdiu velit rem conductã
6 pro pretio ab alio oblato, detinere. Locatione durante, expelli inquilinus minime potest, sed ea finita, competit domino ad rem repetendam, ac inquilinum eiciendum, actio locati, l. ædem. C. locat. l. Imperator, ff. de in diem adiect. Quod sano modo intellige, dummodo inquilinus debito tempore pensionem soluat conuentam absq; mora. Et nisi Dominus pro se, & suis necessitatibus domo vti vellet, Boccat. ad Aegid. numero vigesimosecundo, aut illam alienare, vel in ea fabricare intenderet l. ædes vbi Bal. C. locat. & ratio, cur stante mora soluendi pensionem inquilinus expelli possit, vel quãdo sit locatio finita, est, quia plenam possessionem habitu Dominus habet, qua stante, non potest illi vis inferri, vel resisti absque causa, l. colonus, ff. de vi, & vi arm. Appel-
7 latione inquilini venit solum domus, vel in Ciuitate, vel extra eam inhabitans, dummodo illam absque cultura conducat, & non venit sub dicto nomine colonus prędij,

Alex. in l. qui pignori num. 2. vbi Imol. ff.
8 de acq. poss. & in l. ædem, C. locat. Vnde cũ sapiat possessorium, & eius sit naturæ, eodẽ modo (vt diximus) in possessorio, & Aegidiana, erit appellatio concedenda, maxime quando inquilinus promisit cum iuramento, sub Camerali obligatione, vel Guarantigia, aut alias executiue locatione finita, domum dimittere vacuam, & expeditã: quamuis in contrarium vrgere videatur ratio pro concessione appellationis, cessante in hoc particulari Aegidiana, (vt dixi) in 30. fall. in commissione possessorij: Nihilominus, qa (vt retuli) versamur in causa celerem expeditionem requirente, non solet dari commissio, nisi cum clausula sine præiudicio legitimæ executionis, vt per Gram. d. dec. 58.
9 numero decimoquinto, cum add. In vrbe adsunt decreta Cameralia, quæ disponunt de re conducta eiici inquilinum non posse, nisi ob domus venditionẽ, vsum propriũ, cum cautione de habitando per se met, aut si inquilinus morosus, vel requisitus, tempore debito soluere pensionem recusauerit, ad Glo. in l. ædem in verbo versata C. locat. Mandant pręterea dicta decreta, ne pro quauis necessitate relocationes fieri possint, nisi prius inquilino in præsentia notarij per Dominũ requisito, spatioque decẽ dierum assignato ad se deliberãdum an pro eodẽ pretio, conditionibus, pactis, & conuentionibus domum eandem emere, aut conducere velit: alias data præfatę Constitutionis ignorantiam, omnes contractus nullius sint roboris, vel momenti, ac pro infectis habeantur, & nihilominus an ad eadem, locatione, venditione, vel alio cõtractu faciendo sit inquilinus astrictus, ibi la-
10 tissime continetur. Sed quando inquilini renunciãt priuilegio præfato, ac iuri inquilinatus, & tantum pro tempore, quo inhabitare conuentum fuit, obligatur, cessant præmissa, Carroc. de locat. prima declarat.
11 At quando prope annus sanctus est, in eadem Camera Apostolica fiunt decreta, quod ad certum tempus præfinitum, neque pensiones augeri, neque expelli inquilini valeant, ad publicam vtilitatem, vt premeditatis necessariis, libentius exteri ad Sanctum Iubileum recipi valeant: sed de his hactenus. Occurrit sæpe disputabilis ca-
12 sus, A decreto de euacuando, vel sfractando appellatio non datur (vt retuli) ex doctr. Gram. decisio. quinquagesimaoctaua, numero decimoquinto, Ang. consilio quadragesimosexto, Couar. pract. qq. capitulo 23. numero 8. vers. pari fine iure. Et licet

verse-

versemur in actu possessorio, qui non potest reparari nisi in petitorio, & nullũ aliud decretũ post se expectet, sec. dec. Pedem. 10. nihilominus, id nõ procedit in inquilino, nullum in domo, vel re locata ius, præter solam detentionem habẽte: Causę autem huiusmodi celerem expeditionem requirunt, Caroc. in tract. locat. & conduct. par. sexta, tit. de appell. Viui. lib. collect. com. op. par. 2. op. 678. in verbo præceptum numero 25. & in verbo executio non retardatur, num. 678. Magon. deci. Lucen. 159. num. 29. Bocac. de Egid. poss. num. 22. & in 4. addit. num. 1. Deci. aũt Pedem. alleg. loquitur in possessorio annexã proprietatem habente, & in materia iurisdictionis diuersa. Imò si inquilinus petitorio agere prætẽdit, vel refricare dominij quęstionem, antequam agat, euacuare tenetur, nã aliàs esset spoliatori similis, ac rei alienæ inuasori, contra quẽ omnia iura clamant, Bal. in l. siquis conductionis nume. 1. vbi Salic. in princ. C. locat. Subdens Bald ibi
14 num. 4. Inquilinũ, nisi de pari titulo constet non fore audiendum cui Melioramenta, si
15 liquida sunt, omnino soluenda veniunt, & tunc cautioni locus non est, l. 4 §. ait Prętor vbi DD. ff. de re iud. & de iure nõ datur actio ad ea, sed solum retentio, l. si in area in fi. ibi nullo alio quam per retentionem, post Glo. ff. de condit. indeb. Put. dec. 471. & 484. part.
16 2. Ista autem melioramentorum exceptio potest quandocunq; opponi, ad retardandã executionem. Qđ tanto magis procedit, & absque dubio, si reseruata in sententia fuerint, Corn. cons. 147. num. 18. vol. 2. Castr. cons. 160. numero tertio, vers. sed bene videri vol. 4. Gram. cons. 148. numero tertiò, vers. amplius. At si liquida non sint, pro illis reficiendis cauere sufficit, Curt. Iun. de communi cons. 122. num. 2. vol. 2. & late per multa iura, & rationes, Benint. dec. 75. nume. 5. Bero. in cap. primo numero 35. de in integ. rest. Gozzad. cons. 160. num. 2. quorum sententiam veriorem fore tenuit Rota, ex dictis per Alex. in l. 4. §. ait Prętor. num. 2. vbi Rip. ff. de re iud. Maxime, quando terminus ad ea verificanda datus sit Put. dec. 473. circa fi. par. prima Soci. Iun. cons. 62. nume. 3. vol. 2. & Rot. diuers. par. 1. decis. 659. nu. 1. & 2. Accoramb. deci. 8. illiq; liquidatis, ea petẽs, auditur aut si incontinenti sit paratus probare, dec. 111. num. 3. par. 3. diuers. & decis. 16. numero tertio parte secunda diuers. Domũ
17 retinens pro melioramentis, durante retentione, tenetur compẽsare pensionem cum illis, exceptis pensionibus perceptis propter melioramenta, Put. decis. 276. parte tertia,

18 Locator omnia damna, per conductorẽ passa ex facto ipsius met locatoris, quomodocunque sint, de iure reficere tenetur, Corn. cons. 23. n. 9. vol. 2. Cot. in lib. mem. in verb. conductor ante finẽ, Firman. in tract. de Gabell. secũda par. q. 12. & ratione lucri cessantis, l. si in lege §. colonus ff. locat. Bos. in tit. de remis. merced. cond. numero octauo, dato quod factum locatoris sit absque eius culpa, sed cum iusta causa, vt ibi Corn. num. 9. & Bos. num. 3. & seq. Etiam quod in se omnes casus fortuitos conductor suscepisset, nam tunc nullo modo venit casus ex facto locatoris contingens, vt ibi Corn. num. 12. quia cum aliena iactura locupletari non debet, Menoch. cons. 27. numero 36. Rimin. Iun. cons. 282. numero 140. & seq. Alciat. respons. 157. numero 12. At si talis exceptio altiorem indaginem requirat, rationibus supra relatis, eo casu non retardatur Cameralis obligationis executio, Canar. in trac. de Exeq. instr. q. 51. Grau. cons. 34. nume. 11. cũ
19 alijs cõgestis per Seraph. de priuil. iuram. q. 77. numero 78. Quandò locatio est finita, non tenetur Dominus relocare domum, quia in vrbanis regula non procedit, sed bene in rustici prædij Conductore, Afflict. dec. 238. numero tertio, & quarto, Gram. decis. 38. numero decimoquinto Alex. in l. 1. nu. 52. vbi Ias. numero 45. ff. solut. matrim. maxime si velit Dominus fabricare, l. si ædes
20 vbi Bald. C. locat. Et an locatio, quæ non valuit exempli gratia per annos 12. teneat per annos nouem, vel septem vide late Vi-
21 till. in addit. ad Afflict. decis. 107. Illata, & inuecta in domo locata obnoxia pro pensione fore colligitur, ex dictis p Iurecons. in l. certi iuris C. locati & in l. interdũ ff. qui pot. in pign. hab. Sed Bar. vtitur distinctione in d. l. interdũ, dicẽs nu. 2. quod aut gratia rerum conseruandarum domus conducitur, & tunc regula vera est, aut pro habitatione, & tunc locator anteriorem habenti hipotecã non pręfertur, & ita censuit Rota Peru. dec. 84. per tot. par. 2. & Carroc. in trac. de locat. & cõdu. par. 5. q. 21. n. 4. qui multos recẽset.
22 Istęc quęstio potest occurrere in causa dotis, stante obligatiõe, & hipotheca generali omnium bonorum, vt fieri assolet, anteriori locatione, quare si pro pensione agat locator contra bona in domo reperta, & mulier sibi anteriori deberi dicat, credo quod cesset, eo magis concurrente digniori priuilegio doti concesso, cum fauore locatoris inferiori ad l. assiduis vbi scrib. C. qui pot. in pign. hab. de quo optime loquitur Bellon. cons. 87. nume. 12. vers. non obstat.

Commissio appellationis in hoc particulari fit, vt in formula generali commissionis appellationis in Ro. Curia, de qua supra: & si reformari contingat, ita concipitur: & si opus erit facere mentionem de Camerali obligatione in reformatoria, fiat.

Com. *Formula.*

BEatissime Pater, si Aduersarius in præinserta narrasset, prout non sine dolo, & fraude tacuit, quod contra ipsum actum fuit ad euacuationem domus, quam inhabitat, & quod contra ipsum fuit per A. C. vel eius in ciuilibus D. Locumt. decretũ, & relaxatum mandatum executiuum de euacuando domum præfatam, & quod isto casu appellationi suspensiuę locus nõ est, quia tales causæ celerem requirunt expeditionẽ, vtique præinsertam subreptitie, & obreptitie non obtinuisset, & quia fallus præcator impetratis carere debet. Ideo supplicat S. V. N. orator præfatus, quatenus eid. A. C. vel eius D. in ciuilibus Locumtenenti committere, & mandare dignetur, vt prçinserta, ac inhibitione illius vigore emanata, seu in posterum forsan emananda, minime obstantibus, ad vlteriorem præfati mandati de euacuando executionem procedat, procedique mandet & faciat, ceteraque omnia insuper necessaria, & opportuna faciat, & exequatur, vsque ad finalem, & effectualem dicti Mandati executionem cum potestate citandi, &c.

Istęc commissio nõn potest esse, nisi reformatoria, quia alias parte inaudita non daretur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicia, quæ lites, & iurgia excitant, tria sunt, & quæ.*
2 *Cap. reintegranda 3. q. 1. facit, quod nil tutò in mundo possideri possit.*
3 *Cap. reintegrandę 3. q. 1. intellectus.*
4 *Momentanea possessio, quare ita dicatur.*
5 *Appellatio, quare de iure ciuili non admittatur, in possessorio, & num. 7.*
6 *Causam ante natiuitatem suam cęptam, & durare aduc. ipso existente annorum 64. neque litẽ contestatam fuisse, dicit Specul. & vbi.*
8 *Petitorij Iudex, præiudicium in possessorio illatum reparat.*
9 *Possessorium Iudicium, est petitorij præparatorium.*
10 *Instantia Iudicij de iure Canonico est perpetua.*
11 *Aegidiana constitutio quare adinuenta.*
12 *Aegidiana intrat in Iudicio retinendæ, recuperandæ, vel adipiscendæ.*
13 *Sententia lata in possessorio est interloquutoria habens vim diffinitiuæ.*
14 *Possessorij, & Petitorii causa, quando cõnexæ sint.*
15 *Appellatio suspensiua in possessorio, & interdicto recuperandæ ordinariè prohibetur, & num. 46.*
16 *Appellatio deuolutiua in possessorio est permissa de iure ciuili.*
17 *Appellatio de iure Canonico in possessorio admittitur ad effectum deuolutiuum, & suspensiuum.*
18 *Possessorium non admittit suspensiuam appellationem, quamuis habeat iurisdictionem admixtam.*
19 *Saluianum interdictum non recipit appellationem suspensiuam.*
20 *Aduocati, & Procuratores malum consilium clientulis dantes, grauissime peccant.*
21 *Pœna legis si quis in tantam, C. vnde vi, non est hodie in vsu.*
22 *Possessio duplex est.*
23 *Possessio instrumentalis, qualis dicatur.*
24 *Possessio instrumentalis, an manutenibilis.*
25 *Possessio instrumentalis dicitur, quando clausula constito non est verificata.*
26 *Possessio instrumentalis continuata per colonos, nõ est legitima, neque manutenibilis.*
27 *Possessio instrumentalis, quando possessio est plena, non probat, sed dicitur clandestina.*
28 *Possessorium iudicium triplex est.*
29 *Adipiscendæ remedium quando ex Prętoris edicto dicatur.*
30 *Statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, quomodo intelligatur.*
31 *Vti possidetis remedium quando intentetur.*
32 *Restitutorium remedium quando dicatur.*
33 *Lite pendente, nemo sua priuandus possessione.*
34 *Mandatum de manutenendo, retinendę interdictum in se habet.*
35 *Possessoriũ Iudicium non silet, Iudicio vniuersali pendente.*
36 *Possessor Pacificus quis sit.*
37 *Pacificus, & quietus possessor, inter se differunt.*
38 *Appellans quatenus contra, in causa possessorij, nõ facit causam appellabilem.*
39 *Mandatum de manutenendo, quare Iudicium sum mariissimum, vel interim dicatur.*
40 *Mandatum de manutenendo est interloquutoriũ, & differt ab interdicto vti possidetis.*
41 *Possessorium remedium, vel mandatum de manutenendo, ne ad arma lite pendente deueniatur, inuenta sunt.*
42 *Mandatum de manutenendo cessantibus molestijs non datur.*
43 *Mandatum de manutenendo, an illi, qui per decem annos non possedit dandum.*
44 *Mandati de manutenendo effectus, durat solum durante lite.*

45 Possidere

De Commissione Appellatio in Possessorio, Saluiano, Mandato de manutenendo, & Aegidiana.

FRequentissimam possessorij
in omnibus mundi tribuna
libus materiam fore dicit le
gislator in l. Fulcinius, § cũ
hoc ff. ex qui. caus. in poss.
eat. Triaque iudicia esse ex
mala legum, vel canonum interpretatione,
siue extensione, ex quibus lites iniustissime,
1 ac iurgia exoriũtur, fore patet. Quarum vnũ
est iactationum, & molestationum, de qui-
bus suo loco particulariter dicetur. Secundũ
Saluiani interdicti, de quo infra verba facie-
mus. Tertium cap. reintegrandæ 3. q. 1. de
quo paulo post aliqua subnectemus, Sarm.
select. sent. lib. 2. capitulo 13. numero primo
& seq. subdens ibi numero secundo, vt eius
vtar verbis, Taliter hoc vltimum extendi
per nostros Iuris interpetres, quod secundũ
2 eorum dicta, nihil tutum esse potest, cum
nec bona fides, titulus, neque etiam mil-
lenaria possessio, & tandem Dominium ip-
sum, ab illo, qui semel possedit, vel cuius
autores possederunt, vix tueri possit. Quam-
3 uis d. cap. reintegrandæ id nunquam cogi-
tasse asserat, quia ibi statuit Papa, quod
Episcopi eiecti, vel spoliati, nulla temporis
diuturnitate obstante, ad res Ecclesiæ, siue
proprias reuertantur, loquendo in malæ fi-
dei possessore rei affectę reali vitio, qui vt
inferius dicam, nulla temporis meta defen
4 ditur, & ideo momentanea nuncupatur pos
sessio, vt in tit. C. si de mom. poss. quia le-
5 uissimi præiudicij, ac paruo temporis spa-
tio, vel momento est duratura, ob celerem
causæ petitorij finem, quæ vti genus posses-
sorium absorbet, ac de iure Cesareo in ea
appellatio non admittitur, l. prima vbi DD.
C. si de momen. poss. Quamuis olim longo
temporis spatio insimul vnitæ reperiebãtur,
Specu. in tit. de Appel. §. breuiter vers. itẽ in
ista causa, afferens cum tunc ętatis 64. anno
rum esset, quod coram ipso, quædam age-
batur causa ante eius natiuitatem ceptam, &
6 adhuc lis non erat contestata. Quare ad li-
tium anfractus tollendos istorum iudicio-
rum cognitione diuisa, Ius Cesareũ regu-
lariter in materia possessorij non audiri ad
effectum suspensiuũ sanxit, vt DD. in d. l. 1.
C. si de mom. pos. Bar. in l. 3. nu 3. vers. quęro
ro quæ ratio ff. de App. recip. ea moti ratio-
ne, quia, de causa, & negotio celerem ex-
peditionem desiderante agitur, quare in-
terim non venit executio retardanda. Me-
noc. de Adipis. poss. rem. 4. num. 876. Quod
(vt latius infra dicam) procedit de iure ciuili
7 non autem de iure Canonico, secundam
DD. magis receptam sententiam. Quamuis
istud possessorium paruum præiudicium,
aut modicum damnũ afferat, & tale, quod
per iudicem petitorij, etiam si res magni mo
menti fuerit, reparari valet, Dec. cons. 28.
nu. 1. in fi. Soci. cons. 266. nu. 26. vol. 2. vt in-
fra dicam, vnde bene momentaneum iu-
dicium, vti paruo momento duraturum,
in tit. C. si de mom. pos. & alibi, nostri iuris
scribentes illud vocarunt, quia cum causa
Dominij, quæ possessionem absorbet, cito
sit finienda, l. momentaneæ C. vnde vi. So-
lum lite pendente præiudicium affert, do-
8 nec aliter ordinatum fuerit, & tanquã præ-
paratorium ad finem alterius iudicij institu
tum, momẽtaneũ aptitudine dicitur, Cagn.
in l. pari casu nu. 6. ff. de reg. iur. & sec. Imol.
in cap. cum venissent de fid. instr. non habet
lõgiorem vitam ipsa lite, Beninten. dec. 27.
numero 34. Ob id prohibet ius appellationẽ
d. l. prima vbi scrib. de cõmuni Calean. cõs.
83. num. 3. Corn. cons. 10. nu. 3. vol. 4. Pract.
Papien. in form. App. ab interloq. Glos. fin.
nu. 12. Ob id possessorio agere tutius, quam
petitorio erit, l. is q destinauit ff. de rei vind.
Ratio vrget, quia melius est posidere, quã
aliũ posidentem quærere: quare, cum iu-
ra partiũ sint obscura, p possessore iudican-
dum erit, cum possessor in dubio Dominus
pręsumatur, l. 2. C. de proba. l. fi. C. de rei vẽd.
§. commodum insti. de interd. cap. inter di-
9 lectos in fi. de fid instr. Secus autem de iure
Canonico, ex cuius dispositione perpetua
est instãtia, Ob id si terminus l. properandũ
C. de Iudic. præfigatur, non habebit de iure
pontificio locum. At ad disputationes tol-
10 lendas, postea Aegidiana cõstitutio, de qua
inferius particulariter nõ nulla erũt breuiter
dicẽda, magis clara iuris dispositioni adiecta
fuit, vt breuiter remoto tanti temporis cur-
su, inter litigantes, quis possessor sit, aut quis
actoris, vel rei partes sustinere debeat, secer
natur l. litigãtes ff. de Iud. l. exitus ff. de acq.
11 poss. Quæ cõstitutio intrat, tã in iudicio reti
nẽdę, q̃ recuperãdæ, siue adipiscẽdę posses-
sionis,

sionis, vt per Bar. loco citato, numero 4. Sal. in l. vnica, C. si de mo. pos. Quia si fuit spoliatus, vel deiectus, aut si quis occupauit bona defuncti, vt ad pristinum statum, quis restituatur, æquum est, & deinde ordinariè agendo, quod prætenditur, petatur: ob id interim nulla ocupanti iniuria inferẽda venit, Rom. consilio 334. numero quinto, Ioan. Andr. & Host. in cap. cum ad sedem de restit. spol. Fed. de Sen. cons. 81. numero quar
12 to cap. cum sit Romana vers. Præterea de appellat. Et licet talis sententia sit diffinitiua, quando offertur libellus, glo. in clem. 1. in verbo possessorio de seq. pos. & fruct. Moder. in rubr. ff. de re iud. Bar. & Bal. in l. post sententiam, nu. 9. C. de sent. & interloc. om. iud. vt latè dixi in alio meo tract. de sent. specieb. earumque differ. & quom. cogn. parte secunda, cap. 27. Tamen interloquutoriæ sapit naturam, quia causa proprietatis non per appellationem tollitur, sed illæsa remanet, Bart. in l. 2. num. nono, & ibi Bald. numero quinto, de appel. recip. Nam causa petitorij, & possessorij eandem rem concernentes, adeo inter se connexæ dicuntur,
13 quod diuidendæ non veniunt. Quia vnius cognitio confert ad alterius cognitionem, secund. Felin. in cap. significauerunt, numero octauo, de iud. glo. in cap. fin. in verbo
14 litteras, vbi Abb. numero 13. de rescript. capitulo primo de caus. poss. & propr. Quod autem ab ista sententia in possessorio lata ordinariè appellare nõ liceat de iure ciuili cõmunis est opinio, Glo. in cap. cum ad sedẽ in verbo interdictum in fi. de restit. spol. decisio Pedemont. 25. numero quarto, & sequent. Alexand. cons. 81. numero primo, volumine tertio, Rip. in cap. sæpè, num. 6. de restit. spol. Dec. cons. 28. numero primo, & in l. fin. num. 29. C. de edict. diui Adr. toll. Calcan. cõs. 83. in princ. Cotta in memoralibus, in verbo appellare non licet, Paris. cõsilio 108. num. 13 & 14. volumine primo, Vant. de nullit. tit. quis dic. pos. de nullit. numero 34. Natt. cons. 131. numero quarto, Bero. quæstione 52. Quod etiam in interdicto retinendæ procedit Afflict. decisione 269. Vti pariter in interdicto recuperandæ intrare dixit Guid. Pap. quæstione 37. numero primo, Bisign. decisione prima, numero tertio, de caus. pos. & propr. Sed præfata intellige, ne impedire appellationem queant ad effectum deuolutiuum; ideo si
15 sententia possessorij retractetur, etiam omnia inde sequuta, puta exequutio, & imissio in possessionem retractabuntur, Rol. a Val. cons. 87. num. 15. volumine secundo, Afflict. decisione 77. in fi. & decisione 169. Ang. consilio 207. Paris. de communi consilio 118. num. 20. volumine primo, Bart. in l. 2. numero nono, ff. de appel. recip. decisio Pedemon. 25. num. 19. Menoch. de adipiscen. Remed. 4. q. 100. nu. 228. & in Rem. retin. & recup. 94. quæst. 42. num. 322. Quare licet non suspendatur per appellationem exequutio, tamen deuolutio nequit impediri, Bar. in l. eius, qui, numero quinto, ff. de appellat. recip. Couar. pract. quæst. cap. 23. numero octauo, Abb. in cap. cum ad sedem, num. 30. de restit. spol. & ita in praxi obseruari testatur Afflict. dicta decisione 269. Bal. in l. 2. num. 22. C. de episc. Aud. Paris. consilio 118. num. 20. volumine primo, Maran. de ord. iud. parte sexta, cap. de appel. numero 294. Quod procedit de iure Ciuili vt dixi, secus aut de iure Canonico, ex cuius dispositione ad vtrumque effectum datur appellatio, vt patet in clement. 1. de sequestr. pos. & fruct. vbi Doct. quẽ sua nõ esse possessionẽ vnica sententia priuandum, asserentes etiã ex hoc textu male loquutum fuisse Gozad. in cons. 50. numero quarto, volentem appellationem de iure canonico non operari, nisi effectum deuolutiuum, nam contra eum est communis Doct. sententia, Couar. loco citato, numero octauo, versic. Ex hoc patet, var. resol. lib. 3. cap. 17. Et quamuis causa possessorij habeat iurisdictionem ad mixtam: tamen neq; isto casu ad effectum suspensiuum appellans auditur, Achil. decisione vigesima, de appellat. vti neque si pronuncietur pro retentione possessionis bonorum, de quibus actum fuit, donec, & quousque de fructibus actor satisfactus non sit. Quemadmodum in simili dicimus de Saluiano, cui pariter adaptatur Aegidiania cõstitutio, vt inferius dicam. Quamuis in foro conscientiæ ista possessoria iudicia valde periculosa sint, quia sine maximo animæ discrimine, etiam, quod in illo bonum ius souëatur nisi in iudicio proprietatis iure medio res, super qua vult possessorio experiri, ad eum pertineat, agere tuta conscientia nequit, & si scienter secus agat, non solum agẽtes mortaliter peccãt, sed ad dãna, expensas & interesse per collitigantem passa tenetur. Ratio est clara, quia si super proprietate prõnũciatur, omnia iura possessorium respiciẽtia absorbentur, cap. cum dilectus de caus. pos. & propr. Vnde si agens in possessorio ius non habeat, vel succumbat in petitorio, vel ex partis confessione excludendus veniret, ex non iure suo Cassad. decisione prima, numero sexto, de restit. spol. Innoc. in

cap.

cap. constitutus de fil. presb. l. naturaliter. §.
nihil commune, vbi Iaſ. numero 43. Alex.
numero 14 Rip. num. 20. 35. & ſequent. ff.
de acquir. poſ. Menoch. de recup. poſ. re-
med. 1. num 733. Ideo ſi ex propriæ conſciē
tiæ motu, quæ ſententia, & re iudicata po-
tētior eſt, rem, quam indebite detinet, reſti-
tuere tenetur: multo magis, & a moleſtijs
ceſſare, ac iniuſta petitione, ac fructus ſi il-
los perperam percepit, cum expenſis, dam-
20 nis, & intereſſe prænarratis reſtituere, ad
quæ certe procuratores, & aduocati, eo-
rum principalem ius non habere ſecernen-
tes, conſilium, auxilium, & opem dantes,
pari modo tenentur, quamuis in poſſeſſo-
rio, ſuorum principalium intentio fundata
ſit, de quo latè per Sarmien. ſelect. ſent. lib.
21 ſecundo, cap. 13. numero quinto, & licet, l.
ſi quis in tantam, C vnde vi, ita malitioſe pę
nam agentibus ſtatuat temporalem. Ta-
men illam exactam, nunquam vidiſſe dicit,
Couar. var. reſol. libro tertio, cap. 16. nume
ro ſeptimo. Quare antiquæ illius legis, &
aliarum ſimilium rigor in foro fori ſubla-
tus eſt, ſecus autem, in foro poli, cuius Deus
ſolus eſt ſcrutator, in quo debitæ pœnæ eui
22 tari non valebunt. Poſſeſſionem duplicem
eſſe, aliam corporalem, & aliam ciuilem di-
cunt noſtri iuris interpetres, quamuis Bart.
in l. 1. vbi Alex. numero 48 ff. de acquir. poſ.
triplicem aſſerant: De corporali dixere text.
in l. 1. §. ſeruum corporaliter, & in l. habere
placet, vbi glo. in verbo corpore, ff. eodem
titulo, & ambæ idem ſunt, ſecund. Alex &
23 Iaſ. in d. l. 1. nu. 44. verſ. Sed capiendo. Poſ-
ſeſſio vero inſtrumentalis, quando quis nō
alias colono, vel inquilino expulſo poſſeſſio
nem capit, neque ſe in Dominum recogno
ſcere facit, vnde, an vere dicantur poſſeſſo-
res, adeo quod manutenendi veniant, po-
24 nit Afflict. dec. 299. nu. 2. & 29. circa quod
Rota coram D. Corduba, in vna Parmen-
ſis Prioratus 20. Iunij 1594. Tunc inſtrumē-
talem poſſeſſionem fore manutenendam
dixit, quando cum fructuum perceptione
cum poſteriori cōtendit, l. prædia, ff. de acq.
poſ. cap. licet cauſam de probat. & ita alias
Rota tenuit in vna Cuſentina parochialis
22. Aprilis 1594. coram Domino Pamphi-
lio, & in alia Lucana Capellaniæ 17. Iunij
1594. Tale namque mandatum de manu-
tenendo etiam in beneficialibus poſſidenti
datur, licet non conſtet de titulo, Rota di-
uerſ. deciſione 595. parte prima, Ideo, quæ
reſpectu tituli dicuntur, ſunt in poſſeſſorio
reſeruanda, Rota in vna Diomen. Capella-
niæ 10. Maij 1580. quamis ſecund. Innoc. in
cap. ſuſceptis, numero primo, de cauſ. poſ.
& propr. iura propriè poſſideri non dicun-
tur, vti iura epiſcopalia, eligendi, iudican-
di, & ſimilia, quia ſi non ſunt, neque poſſi
deri poſſunt, ab his, qui ea non habent, ſub-
dens, numero ſecundo, poſſeſſionem, vel
quaſi, in iure non cadere, niſi ratione exerci
tij, & propriè quaſi poſſidere ratione actus,
cum poſſeſſio ſemper aliquem actum, vel
exercitium requirat, quod declara, vt ibi In-
noc. & quando clauſula conſtito non eſt pu
25 rificata, dicitur poſſeſſio inſtrumentalis, &
non manutenibilis, Rota deciſ. 802. ſub nu
mero 7. diuerſ. parte prima, & ita cenſuit ro
ta coram Domino Seraphyno, in vna Ver-
cellenſis beneficiorum 28. Iunij 1593. Et
prius coram Domino Rubeo, in vna Eugu.
26 bina beneficij 19. Nouembris 1582. Talis
namque inſtrumentalis poſſeſſio, licet per
colonos continuata, nec legitima, nec ma-
nutenibilis eſt, Rot. diuerſ. deciſ. 390. parte
prima, Veral. deciſ. 333. parte ſecunda, neq;
erit reſtituibilis Veral. deciſ. 334. eadem par
te ſecunda, & deciſ. 182. numero ſecundo,
27 parte tertia, Natt. conſ. 198. Et quando poſ
ſeſſio eſt plena, inſtrumentalis non probat,
ſed præſumitur clandeſtina, vt ibi Nat. nu-
mero decimo, Et quod non ſit manutenibi
lis, eſt deciſ. Put. 202. numero 2. parte 2. &
deciſio. 62. parte ſecunda diuerſ. neque per
ceſſionem trāsfertur. Sed opus eſt, vt actua
liter per ceſſionarium apprehendatur, Sil-
uan. conſ. 55. numero quarto, Nat. dicto al
leg. conſ. Vnde ante actualem apprehenſio
nem, non eſt manutenibilis, Menoch. de re
tin. poſ. remed. 3. num. 267. & ſeq. Poſſeſſo
28 rium iudicium triplex, nempè eſt Adipi-
ſcendæ, retinendæ, & recuperandæ, de qui-
bus, in cap. Paſtoralis, glo. 4. de poſ. & prop.
Remedium autem adipiſcendæ eſt ex Præ-
toris interdicto de illa re, de qua nunquam
29 poſſeſſionem habuimus, vnde poſtea iu-
ſtè dicitur poſſidere, qui prætore auctore
poſſidet, l. iuſtè vbi Bar. ff. de acquir. poſ. Ceſ
ſatque hoc remedium in eo, qui ſemel poſ-
ſeſſionem adeptus fuit, licet illam amiſerit,
& iſtud remedium diuiditur, quorum lega
torum, quorum bonorum. Saluianum, &
alias, vt per Menoch. de adipiſcen. poſſeſ. in
30 Prælud. numero decimo, & ſeq. Vnde in ſi
mili, ſtatutum, quod poſſeſſio defuncti in
hæredem continuata cenſeatur, non habe-
bit locum in bonis, quæ a defuncto natura-
liter tantum poſſidebantur, Imol. conſ. 16.
numero tertio, & quarto, Iaſ. conſ. 147. nu-
mero tertio, volumine ſecundo, in termini-
nis, Corn. conſil. 173. num. 29. volum. 2.
Rub.

Rub. Alexand. conf. 121. Et ità tenuit Rota in vna Imolensæ bonorum, coram Domino Pamphilio 10. Aprilis 1594. Retinendæ
31 dicitur, quando iudex vetat aliquid fieri, veluti, ne vim, aut violentiam possidenti, sine vitio inferatur, & in hoc intrat mandatum de manutenendo, & interdictum vti possidetis, ita possideatis, de quo habetur text.
32 in l. 1. ff. vti possid. Restitutorium, quando imperat bonorum possessionem iudex restitui ab illo, qui pro hærede, aut possessore detinet, seu deiecto vi ex possessione fundi, vt latè per Menoch. loco citato, & per Contard. in l. vnica, C. si de mom. pos. De hoc autem, tertio remedio, nonnulla in commissione restitutionis in integrum, dum de spolio verba facturus sum, loquar: Et quamuis ista interdicta in diuersas species diuidātur, vt ex supra relatis iuribus secernere poteris, tamen nonnulla ad propositam materiam tractatus nostri magis oportuna dicere cen
33 sui. Ad secundum itaque remedium primo deueniendo, præsupponendum est, & pro regula firmandum, neminē lite pendēte sua priuari possessione debere, c. 1. vt lite pend. Cassad. dec. 9. nu. 14. de caus. pos. & propr. Guid. Pap. decis. 366. Gabr. lib. com. opin. conclusione prima, numero primo, ti
34 tulo de acquir. pos. Ob id manutentio, vbi possessio deficit, non intrat, quia mandatū de manutenendo in se habet interdictum retinendæ, §. sed quod ait, numero secūdo, & 14. ff. vti pos. Alexand. cons. 92. numero quarto, volumine primo, Paris. cons. 112. numero septimo, volumine primo, Veral. de-
35 cis. 198. parte secunda. Tale autem iudiciū possessorium, pendente vniuersali iudicio, non silet, Bart. in l. si quis libertatem, numero 12. versic. Primo casu, ff. de petit. hæred.
36 Quis autem dicatur pacificus possessor, latè tradit Rebuf. de pacifico possess. numero primo, num. 85. & seq. subdendo, numero secundo, dari differentiam inter quietū possessorem, & pacificum, ex doctr. Abb. in cap. Sanctorum, numero secundo, de præscript. asserentis illum quiete possidere, qui
37 in iudicio non stimulatur, Pacifice vero, quando nullam, nec iuris, nec facti in iudicio, vel extra, controuersiam patitur, glo. & Doct. in clem. gratiæ de rescript. quamuis Milis. in suo repert. quæst. 131. dicat, illum esse pacificum possessorem, qui non turbatur de facto, licet turbetur de iure: Et quod ille, qui in iudicio, neque extra molestias patitur, dicatur pacificus possessor, colligitur, ex Fel. in cap. cum Ioannes, num. 33. de fide instrum. Dec. in capitulo secundo, numero secundo, de confirm. vtil. vel inutil. cap. finne prælat. vices suas Cassad. decis. 9. de caus. pos. & propr. & latè ibi Rebuf. nu. 164. ver-
38 sic. Quæro quando dicatur. Aliud autem te non lateat, quod appellans in causa possessorij a sententia quatenus contra, causam appellabilem non facit, quia in fructibus verificari potest appellatio, & in ea parte sustineri, sed in alia parte, nec valet, nec tenet, A-
39 chil. decis. 8 numero tertio. de appel. Nuncupatur præterea hoc summarijssimum, secundum remedium ab alijs distinctum, & separatum, retinendæ naturam sapiens, sub hoc verbo interim, & nos in Rom. Curia mandatum de manutenēdo dicimus, quod pariter lite pendente petitur, ne dum super meritis causæ discutitur, interim sua, qua tempore motæ litis possessione erat, alter ex collitigantib. nō probatis probandis priuetur, sed interim tueatur, quod decretum de sui natura interloquutorium est, valde-
40 que differens ab alio interdicto vti possidetis, secund. Couar. pract. quæst. 9. cap. 17. numero primo, quem videre poteris cuius dicta non refero, Capic. decis. 72. numero primo. Quamuis in causis beneficialibus, vbi Aud. Cam. non est in litteris Apostolicis iudex particulariter deputatus, vel nominatus, nisi in beneficij possessionem prouisum imiserit, non possit dare mandatum de manutenendo, eo quia in beneficialibus caret iurisdictione, & ita Rota censuit coram Domino Peregrino in vna Ortana Parochialis, de anno 1597. Ac passim tenet Signatura, & si in præfato tribunali huiusmodi mādata dari contingat, absque iurisdictione fit, & per Signaturam tolluntur, quæ omnibus meis Dominis conuotantibus annuentibus, pluries dixit R. P. D. Locumtenenti ciuili, Aud. Cam. ibi præsenti, vt a præfatorū mandatorum concessione se abstineret, quia in
41 hoc caret iurisdictione. Adinuentum quippè fuit huiusmodi remedium, ne lite pendēte, quando vnusquisque possidere, suamq; possessionem tueri contēdit, deueniatur ad arma, Benint. decis. 79. numero tertio. Ex iudicis officio, vt ibi numero quarto. Ob id summariè interim, ad quem pertineat possessio, & manutentio, ius videri statuit, alteri cui ius deficit inhibendo, ne collitigātem tali mediante decreto interloquutorio, turbet, seu molestet, vt per Paul. de Castr. consilio tertio, num. 1. & 2. volum. 2. vbi relatam differentiam inter præsens remedium,
42 & illud vt possidetis tractat. Sed quando non adsunt molestiæ, non datur, quia tunc illo opus non est, huius vti possidetis remedio,

dio, l. 1. & l. si duo § 1. ff. vti possid. glo. in l. 1. versic. nec ne, C. eodem titulo, Dec. consi
43 lio 271. numero vndecimo, versic. Et vlterius, quia molestiæ, Bar. in dicta l. 1. numero quarto. At si per decem annos, quis nõ possederit, iudex petenti tale remedium denegare debet, Rip. in cap. cum Ecclesia su-
44 trina, num. 23. de caus. pos. & propr. quia (vt dixi) non possidet. Duratq; effectus eius lite durante, quæ postea super dicti iuris proprietate, vel super possessione inchoatur, cap. cum venissent, vbi Innoc. num. 3. de in integr. restit. Debet autem in illo obtinere cupiens, probare se possidere concludenter tempore motæ litis, & ab alio turbari: Et sic quando illud petit, caueat, ne se spoliatum asserat, quia vti nõ possidenti denegaretur, vt ibi Innoc. numero secundo, l. 1. § huius interdicti, ff. vt pos. Alex. cons. 88. numero primo, tertio, & seq. volumine quinto, Couar. loco citato, num. 3. vbi plura, quæ agenti hoc interdicto necessaria sunt, num. vndecimo, cum multis limitationibus, & quã do illi locus non sit, commemorat, quem si
45 libet, videas. Speciale etenim in hoc possessorio est, sicut in alijs, quod non obstante appellatione iudex a quo, exequi valeat, & sententia in rem iudicatam transeundo, suum sortiatur effectum, adeo quod eius iustitia, vel iniustitia, nisi in petitorio reparari, nequeat, Salic. in l. vnica, numero tertio, versic. Quinto dixit Bar. C. si de mom. posses. Comprehenditq; etiam causas delegatas,
46 dato, quod ad Papam appelletur. At possessor, donec actor iustificauerit suã intẽtionẽ, non tenetur suæ possessionis titulum, et priuilegiũ ostendere, l. cogi, C. de pet. hæredit. idque procedit etiam in beneficialibus, quia reus, & possessor potest per non ius actoris vincere, Rot. decis. 6. de sent. & re iud. in antiq. Cassad. decis. 2. de re iud. & id ne detur
47 vitiosus ingressus. Sufficit aũt summaria, vel semiplena probatio in hoc possessorio, quãdo vterque possidere contendit, ratio est, quia illa manutentio est parui præiudicij, cũ causę finem ordinariè expectet, Moder. in tract. de interdict. vti pos. cap. 14. num. 22. Et id verum est, quando alter collitigans non melius probat, Bald. in l. 2. numero primo, C. quorum bonorum, Rebuf. in concord. Franc. in rubr. de annat. in fi. vers. Vltimo sufficit. Secus autem in interdicto reti-
48 nendæ. Narratiua in hoc possessorio manu tenendi, vel exigendi iustificanda nõ venit, exempli gratia, quod remaneant centum pro rectore, Mohed. decis. 158. quia manu-
49 tentio datur etiam possidẽti de facto Castr. cons. 3. num. secundo, versic. Secundo principaliter, volum. 2. Couar. latè, pract. qq. capitulo 17. sub numero quinto, Sequestratio vero possessionis, sub prætextu euitandi rumoris, & ne partes veniant ad arma, non ita
50 de facili concedi debet, nec fieri per iudicem, vti neque sub tali prætextu ad se illam auocare, prohibendo ne alter ad eã accedat, quia possessorem tueri suum est, Ias. in l. quidam extimauerunt, num. quarto, ff. si cert. petat. Dec. in l. fi. numero secundo, & septimo, C. de edict. diui Adr. toll. & in l. si quando, C. vnde vi, Menoch. de retinen. pos sess. remed. vlt. numero 52. Rot. Bonon. de
51 cisione 73. sub numero quinto. Et secus faciendo, a tali sequestro, vel decreto datur appellatio, Ang. cons. 107. numero tertio, versic. Conducto igitur, Duen. reg. 49. limitat. 2. Maran. de ord. iud. parte 6. versic. Et quandoque appellatur, num. 307. Contard. in l. vnic. lim. 16. ratione sequestri, num. 11. C. si de mom. pos. Menoch. de retin. pos. re
52 med. vlt. num. 52. Quamuis si æquitas insurgat, moueatque animum iudicis, semper talis possessionis auocatio, siue sequestratio, fieri soleat, maximè si vereatur, ne partes (vt dixi) veniant ad arma, de quo latè videas Contard. in d. l. vnic. limit. 3. nu. 55. & sequ. in quinta ratione decidendi Ioan. Monach. in cap. locupletatur, numero duodecimo, vbi Ioan. Andr. numero octauo, de reg. iur. Abb. in capitulo secũdo, num. 16. versic. Sed quãdoque, de seq. pos. Et etiam
53 in casu, vbi quis non est soluendo. Præterea si dilapidationis timor subsit, iusta causa erit, Abb. & Innoc. in cap. pen. num. 22. eodem titulo, Soc. reg. 372. Paris. cons. 41. num. 44. volumine primo, Nat. cons. 584. numero primo, & secundo, Veral. decis. 188. parte tertia. Et pariter, si pendente appellatione, vel termino ad appellandũ possessio capta sit, Rota id facere solet, & ita censuit in vna Aurien. Parochialis, coram D. Penia, 1. Iulij 1596. cap. non solum vbi glo. de appellat. in sexto, & Ioan. Andr. numero secundo, Mohed. decis. 150. Io. Paul. dec. 78.
54 Ant. Aug. decis. 366. lib. 3. Quamuis appellatio non detur a sequestratione fructuum, quando super possessione contenditur, Alciat. cons. 37. numero quinto, & sexto, glo. pragm. sanctio. tit. de caus. §. nec ad quemcumque, columna quinta, in versic. Nequiret, & versic. ex prædictis non puto, Rebuf. in l. sequester, versic. Tertia conclusio, ff. de verborum signifi. Cõtard. in d. limit. 16. numero tertio. Ratio est, quia talis sequestratio est merè interloquutoria, cuius grauamen,

uamen, & modicum præiudicium affert, & per diffinitiuam reparari potest, quia possessorem non priuat, Mohed. decis. 198. Gomes. super reg. de ann. quæst. 46. in fi. Item
55 possessio turbida, ad sequestrum apponendum sufficit, Bald. in cap. 1. post num. 3. versic. Quæsito sequestrato, de seq. poss. & fruct. & id pariter alia fit ratione, vt sententia ferenda promptam habeat exequu-
56 tionem, l. post rem, ff. de re iud. Talisque sequestratio, est tantæ potentiæ, quod si illa pendente in contemptũ alter collitigans, fructus occupet, non solum, quando apponitur excommunicatio est excommunicatus, verum etiam cadit a iure suo, clement. vnic. de sequestr. pos. & fruct. Quamuis, si versemur in sequestro necessario, non priuetur possessione, Ancher. cons. 248. numero quarto, Bart. in l. interesse, ff. de acquir. possess. Can. in cap. examinata de iud. Regula
57 est ordinaria, quod fur, siue latro, in eius possessione veniat manutenendus, quod tamen non procedit, quando ex actis constaret quem esse furem, quia tunc non est restituendus, neque manutenendus, Grau. cõsilio 248. numero sexto, versic. Non obstat.
58 Hinc videmus possessorem sine titulo possessionem acquirens, detentorem seu detentatorem potius nuncupari: ratio est, quia in beneficialibus maximè, nec sine ti-
59 tulo acquiritur, neque acquisita possessio retinetur, ad text. in cap. in litteris de restit. spol. & tot titulo, de eo, qui. mit. in posses. rei seru. caus. Vti in simili videmus in feudis
60 vbi non acquiritur sine inuestitura possessio, cap. vnic. per quos fiat inuest. Et in hoc
61 prophana, & beneficialis differunt. Quia in prophanis de possessione præcipuè agitur, & in beneficialibus de iure, captus licet causam de probat. glo. sing. in clem. vnic. in fi. de caus. pos. & propr. Io. And. & Doct. in c. Ecclesia vestra de electio. Ob id in pro
62 phanis clandestinum possessorem manuteneri videmus, & in beneficiali (dummodo non sit triennalis possessor) si adsit scandali, vel ne ad arma deueniatur, metus, apponi sequestrum (vt dixi.) Licet in beneficialib. interdictum retinendæ habeat annexã pro-
63 prietatis causam. Tamen sufficit tunc aduersarium excludere per non ius, dato etiam, quod possessor suam non canonizet possessionem, Fel. in cap. olim, numero nono, in fi. de rescript. Rip. respon. libro secundo, cap. 36. vbi subdit sufficere, si ostendatur, puta in prioratu alios ius non habere. Et quia in interdicto retinendæ exceptio inualidi tituli obstat, cap. audita vbi Abb. 1. not. de restit. spol. ac aduersario nõ probãte, qñ constat non habere titulum, mihi ad victoriã sufficit, nã quia suam nõ canonizat intẽtionem, tñ (vt dixi) donec actor suam non iustificauerit, possessor titulum ostendere
64 non tenetur. Præterea in prophanis agens possessorio recuperandæ, ante omnia venit, restituendus, dato quod non doceat de titulo, exceptis tamen illis 50. casibus relatis p Corset. in tract. de potest. reg. quæst. 72. Secus autem in beneficialibus, quia ne detur vitiosus ingressus, c. 1. de eo, qui mit. in pos-
65 sess. &c. Ex præambulo titulo coloranda possessio venit, cap. ad decimas, de restitut. spol. in 6. Præpos. in sum. 3. quæst. 1. Spec. in tit. de teste, §. nunc videndum vers. Sed pone agi, glo. in d. clem. vnic. de caus. pos. & propr. Abb. in dicto cap. in litteris, num. 18.
66 de restit. spol. Quod tamen declarat nõ habere locum in spoliato lite pendente, quia probata possessione tempore motæ litis, & spolio, restituitur, Capel. Tholos. decis. 15.
67 Coloratio autẽ tituli probatur tribus modis. Primo quando ostenditur titulus datus ab habente conferendi potestatem. Secundo, quod illius auctoritate fuerit in possessionẽ immissus: nec de vitijs intrinsecis isto casu discutiendum venit: Vt in similibus videmus in hærede, cui testamentum non viciatum, non abolitum, neque rasum ostendere, ad bonorum possessionem consequendam sufficit, cap. in litteris de restitut. spol. l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. Tertio coloratur possessio, actus exercendo possessorios, Puta quando sciente, & patiente eo, qui habet prouidendi potestatem, sicuti qñ canonicus interfuit in choro, habens stallum in capitulo, & alia fecit ad canonicum, vel rectorem pertinentia, Innoc. in cap. bonæ, el secondo, num. 1. de post. prælat. & in cap. litteris de restit. spol. vbi Abb. num. 14.
68 & seq. Sed hinc inde super hoc probationibus peractis, tunc iudex in iudicando ad plura animaduertere debet. Primo inclinando
69 se ad testium pluralitatem, vt qui plures habet, victoriam reportet, cap. in nostra de testibus, l. 3. §. 2. & l. ob carmen, ff. eod. Bald. cons. 489. nu. 7. colum. fi. lib. 3. Barbat. consilio 25. columna secunda, volumine quarto. Sed infinitas testium per iudicem taxatur, & moderatur, quod non prosequor.
70 Secundo data paritate testium in numero, considerare iudex debet eorum qualitatẽ, statum, nobilitatem, honorem, an sint in sacris ordinibus constituti, nam plus illis, quã alijs præsertim vilibus, & infamibus fides
71 adhibetur, dicto cap. in nostra. Tertio deuenire

uenire debet ad examinis qualitatem, considerando, quinam aptiora, verosimiliorave, deponant, & illos præferre, quorum dictis consonat ius commune, vel quibus ius speciale assistit, Barbat. cons. 29. colum. 2. volu-
72 mine primo. Quarto illos testes, qui super affirmatiua deponunt, alijs super negatiua deponentibus præferre, & deponentes, ad delicti exclusionem, etiã cæteris in pari numero, quia conformia iuri naturæ, quæ vnumquemque, & bonum, & non deliquisse præsumit, deponunt, l. merito, ff. per Soc.
73 Quinto scientię causam concludentiorem assignantes, & meliorem rationem, seu vicinos, in quibus factorum vicini scientia præsumitur, l. Dñs horreorum, ff. locat. l. 1. §. 1. ff. de flumin. Bald. in l. presbyteri, C. de episcop. aud. Dec. consilio 302. numero 18.
74 Sexto, ad ostendendum priorem titulum, siue possessionem, oculos habere suum erit munus, etiam si vterque illum titulum ostẽdat, Bald. cons. 161. numero quinto, volumine tertio, & cons. 445. numero vndecimo, volumine 5. Ias. cons. 148. nu. 1. & 2. vol. 4.
75 Quod intellige, quando ab vno, eodemq; habuerunt, secus si a diuersis, quia possidẽs de præsenti inspicitur, Alex. cons. 130. numero secundo, vlum. 5. Et ideo, (vt dixi) pro-
76 bãti antiquiorem possessionem ius assistit, quia alia posterior clandestina præsumitur, cap. licet de probat. Ancher. cons. 274. numero primo, versic. & proculdubio, Socin. cons. 59. nu. 11. volumine quarto. Et quanto possessio antiquior erit: tanto censetur magis iustificata, Bald. cons. 420. numero 8. volumine primo, & cons. 445. numero vndecimo. Ratio autem, quare vltima posses-
77 sio clandestina præsumatur, est, quia in solidum pęnes duos possessio esse nequit, l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. posses. Corn. cons. 130. numero secundo, volumine primo, Decis. Neap. 324. Ias. cons. 148. viso processu, num. 1. volum. 4. Paris. cons. 53. num. 3. volumine quarto. Immo, quod plus est, antiquiorem possessionem probans sine titulo, obtinere debet, licet aliter cum titulo recentiorem, dummodo allegans, titulum illũ habuerit, post dictam possessionem, & illũ aduersarium habere respectu possessionis ipsius, pateat, nam de facili ab alio emisse, quis supponere posset, quod tamen in plenario possessorio intellige, Guid. Pap. decis. 552. Qui pręmissa ibi declarat, dũmodo talis titulus esset, post antiquam possessionem acquisitus, Alexand. cons. 89. num. 7. volumine quinto, nam ex antiquitate tituli, possessio antiquior præsumitur, Dec. cons. 302. num. 17. Istæc restringe, quo ad manuten-
78 tionem, vt ibi Guid. Pap. Quæ limita non procedere, quando antiquior possessor iure familiaritatis possedisset, vel illum habuisse præsumendum foret, puta in patre, matre, vxore, & similibus, l. qui iure, ff. de acquir. posses. Ias. cons. 6. numero secundo, vol. primo. Vnde in hoc interdicto in specie debet probare possedisse, & possidere, si vult obtinere, cap. conquestus, ibi in cuius quasi possessione fuisse, ac esse dignoscitur, vbi Ancher. secundo not. de for. comp. Ias. cons. 91. numero tertio, versic. Item quia contra Illustr. volumine tertio, cap. auditis, vbi Imol. de præscript. Barbat. cons. 25. numero primo, volum. 4. Dec. cons. 302. num. 18. Et for-
79 tius: Si ego probo bona fide possidere, & tu mala, obtinebo, quia bona fides iusta præsumitur. Concurrentibus autem duobus possessionibus illa, quæ piam causam continet, venit præferenda, vti fauorabilior, l. lege Iulia, ff. de manumis. Corset. in sing. incip. pia cã, rõ est. Quia dũmodo alijs iniuria
80 non inferatur, neque iniustitia, piæ causæ debitores sumus, cap. ex tenore de for. cõp. cap. nuper de don. int. vir. & vxor. Sarmien. select. sent. libro primo, cap. 6. prop. fin. Ita
81 pariter, quando vna probatio esset fauorabilis, & altera odiosa, fauorabilis præfertur & si ambę fauorabiles erunt, fauorabilior seligi debet, d. l. Iulia. Vel qñ æquales sunt probationes, fit diuisio pro dimidio vni,
82 & pro alio dimidio alteri. Si res sit contentiosa, datur, Bart. in l. si duo, numero quinto, ff. vti possid. Ancher. cons. 210. numero
83 primo. Sed impeditur talis exequutio in possessorio, quando quis excipit de dominio, talemque exceptionem incontinenti probat, Bart. in l. 1. num. 3. ff. quor. leg. & in l. vlt. numero secundo, C. quorum bonorum, Afflict. decis. 4. numero quarto, Rip. in l. 1. num. 12. ff. quor. bon. Socin. cons. 33. numero 53. volum. primo, Menoch. de Adipisc. posses. remed. 1. sub num. 104. versic. Se-
84 cundus est casus. Et probans in possessorio specialius, tanto magis ad victoriam tendit, cap. auditis, vbi Imol. de præscript. Barbat.
85 cons. 25. volum. 4. Dec. cons. 302. Ac etiam, si probationes in possessorio essent pares, tunc obtinens in petitorio, facit agentem in possessorio succumbere, Abb. in cap. Pastoralis, nu. 37. de caus. posses. & propr. Quã- uis huiusmodi casib. vt ex relatis patet, multum faciat iudicis arbitrium, ideo eum propitium, & fauorabilem habere tuta conscientia, testibus paribus existẽtibus, vel probationibus bonũ erit, quia dummodo iura

quibus

quibus mouetur animus sint in actis producta, plus vni, quam duo inhęrere, suę consciētiæ repositum est, l. si duo iudices dati, ff. de iud. Bal. in l. cum magistratus, n. 7. C. quan. prou. non est neces. eius, ff. de his qui. not.
87 inf. l. tu magis, C. de testibus. Parimodo sex ad quasi possessionem in incorporalibus, & beneficialibus, acquirendum, requiritur,
88 vltra quod requiritur scientia, & patientia illius de cuius interesse agitur, Calder. cons. 17. in fi. de iur. patro. & cons. vlt. nu. 1. de caus. pos. & propr. Dec. cons. 126. num 4. vers. Nec obstat Rip. in cap. cum Ecclesia Sutrina, nū. 64. de caus. pos. & propr. Rol. a
89 Val. cons. 9. nu. 43. vol. 3. Primo quasi præsentatio, vel electio, adeo quod non sufficeret coadunatio patronorum, vel eligentiū, seu mandatum factum ad præsentandum. Secundo scientia eorum, & omnium patiētia, quibus præiudicatur, Dec. cōs. 126. nu. 4. per l. 2. C. de seruit. & acq. alias vnius tantum contradictio faceret, qđ quasi possessio non acquireretur, vt dixi, nisi quis tanti temporis præscriptionē allegaret, cuius initij memoria in contrariū non esset, quia tali casu, scientiam probare non tenetur, Fel. in cap. de quarta, nu. 41. vers. Fallit primo, de præscript. Rip. de communi in c. cum Ecclesia, nu. 67. de caus. pos. & prop. Tertio opus est, vt credant præsentantes, seu eligentes suo vti iure, Cald. cons. vlt. vers. Item ꝙ p̄sentatores, de caus. pos. & propr. per l. fi. ff. quē seruammit. Quarto electionem, vel præsentationem bona fide factam fuisse, nam alias cassanda veniret, si de mala fide constaret, Abb. in d. c cum Ecclesia, vbi ēt Rip. Quinto, quod electio, vel præsentatio habuerit effectum, Innocen. in capit. cum venissent. num. 4. de in integ. rest. vbi institutionem, vel confirmationem probandam asserit Feder. de Sen. cons. 234. nu. 3. Sexto, quod electus, & institutus adepti possessionem fuerint, & ratione illius tituli fructibus beneficij gauisi, Cald. d. cons. 12. in rub. de Iur. patr. Dec. cons. 124. num. 1. Ista autem cū quotidiana sint in praxi, licet extra nostri tractatus intentionem videantur, ponenda curaui, & si circa prēmissa latius videri cupitis, adeas Io. Franc. in trac. de prēscrip. par. 1. 5. part. q. 8. col. 21. & seq. Possessor itaque si in
90 Summarijssimo iudicio agitur, in sua possessione in primis manuteneri, donec in petitorio aliud iudicium terminetur, debet. Castr. cons. 3. col. 1. vol. 2. late Plot. de in lit. Iur. nu. 36. & seq. Couar. prac. qq. cap. 17. per tot. Menoch. de retin. pos. rem. vlt. col. 1. & seq. Lancel. de attent. par. 2. cap. 42. maxime si possedit ante motam litem, quia continuans non attentat, Glos. in capitulo non
91 solum, de app. in sexto, Clem. 2. vt lit. pend. Rot. decis. 10. de app. in antiq. Bellam. decis. 71. Veral. decis. 198. num. 2. par. 2. Gab. lib. com. opp. tit. de acq. pos. concl. 5. & 6. Et isto casu, sufficit docere de possessione de facto, nam tunc, an sit iusta, nec ne, discutiendum non est, Cephal. cons. 19. in fi. vol. 1. Siluan. cons. 23. num. 3. & cons. 27. Rol. a val. cons. 8. num. 27. vol. 4. Menoch. de retin. pos. rem. vlt. num. 18. & seq. etiam si esset prędo. Paleot. decis. 114. & ita tenuit Rota coram D. Pamphilio, in vna Ciuitatis Castelli bonorum 8. Nouembr. 1589. Quod procedit quoque, si habeat aliquam præsumptionem cō tra se etiā, si vt dicitur fuerit possessio asinina. Couar. vbi supra nu. 5. Plot. loco cit. nu. 96. & seq. Sententia autem iu possessorio la-
92 ta, ex nouiter deductis nō iustificatur, dico ad effectum executionis, Corn. cons. 10. sub num. 2. vol. 4. Veral. decis. 84. par. 2. Immo instante parte, debet iniusta declarari, partem illam obtinentem in expensis condemnando, Put. decis. 72. par. 3. sed prædicta distingue, aut agitur tantum ad effectum executionis, & tunc ratio solum eorum, quæ reperiuntur tempore sentētiæ, habenda est, Corn. cons. 100. num. 2. vol. 4. Nam Mandatum de manutenendo, fundatum super in-
93 strumento non producto, est nullum, vt etiam aliud quodcunq; mandatū, decis. Pedem. 142. Sed quando super petitorio, tunc habetur ratio omnium, quæ etiam post sententiam fuerunt deducta, & ita distinxit Rota coram D. Seraphyno, in vna Bononiensi de Bordulis Veneris 13. Ianuarij 1576. Possessio capta vigore breuis, de beneficio va-
94 cante nomine Reu. Cameræ Apostolicæ, instante D. Commissario Cameræ, est instrumentalis, quæ alio maxime in possessione existente, non releuat, decis. 100. nu. 33. par. 1. diuers. & ita tenuit Rota corā D. Orano de anno 1597. in vna Aquilana Vnionis beneficij. Quod credo verū in petitorio, sed si ageretur pro commissione causæ appellationis, postquam verificatis contentis in breui, A. C. vel alter datus Iudex relaxauit mandatū, & literas declaratorias, talis obiectio nil oparet, qa Signatura ob reuerētiā literarū Apostolicarū, qn̄ cōmitti causā appellationis curat, nō rescribit ordinarie nisi cū solita clausula, Parito breui, vt dixi in cōmis-
95 sione executionis literarū apostolicarū. Dat multoties in rescriptis Apostolicis, & ceu in oībus, clausula, manuteneas, & defēdas, q̄ ro modo, qd talia verba operent, & dico plura:

Primo, cõtra tertiũ turbantẽ cognoscere iudex possit, licet alias careret iurisdictione, & nõ valeret, c. ꝑ illorũ, de preb. c. 1. de offic. de leg. Et quãuis facta executione ordinariè cessset Iudicis delegati officiũ, & virtus, in dicta cl'a tãtę potẽtię erit, ac virtutis, ꝙ ꝑ annũ eius officiũ durabit, sec. Henric. Boic. in d. c. pro illorũ suãq; exercere iurisdictionẽ valebit. Secũdo operatur, ꝙ mortuo cõcedente, gratia vigore pręfatæ clausulæ nõ extinguatur rescriptũ, ad instar conseruatoris officii c. fi. §. officiũ, de off. deleg. in 6. Io. And. & Doct. in c. si cui de præb. Card. cons. 10. Iacob. & c. col. 1. vers. Hæc iñ oritur, & subnectitur cũ il
96 la. Alia clausula in rescriptis beneficialib. & integrè de fructib. rñdeas, ac responderi facias, apponitur, ea ratione, quia sine diminutione beneficia sunt conferenda, & sic ẽt integrè in consequens fructus percipiendi, c. licet de præb. Et scias (quãuis extra propo
97 sitũ, quodãmodo videtur.) Quod iudex in materia beneficiali sup possessorio cognoscens, dẽt veri valoris suppressi exceptionẽ admittere: rõ est, quia ex illa suppressione redditur titulus incoloratus, Doct. in c. ad au
98 tes de rescrip. Iudex possessorij, ẽt petitorij remanere dẽt: ratio est, quia licet super possessorio sñiam tulerit, in petitorio vti diuerso, non põt recusari, c. 1. de caus. pos. & propr. vbi Abb. num. 3. & tot tit. ff. ex quib. caus. ad eund. iud. eat. Et quãuis respectu eiusdẽ subiecti causæ hmõi connexę videãtur, nihilhominus habent separatam defensionis speciẽ, qđ tñ limita (vt dixi in cõmissione de iudicum suspicione) ideo breuitatis causa hic repetendũ non duxi. Sciasq; in hoc, ꝙ si sup petitorio fuerit impetrata cõmissio, ac ẽt su
99 per possessorio pronuncietur, & appellatũ fuerit, Si secundus iudex cõfirmãdo sñiam in possessorio pronunciet, tunc causa petitorij dẽt redire, & reuideri per primũ Iudicẽ, ac ipsi cõmitti, Bellam. decis. 607. Vnde bene disponitur in l. nulli in fi. ff. C. de iudic. & in l. ordinarij, C. de rei vend. ac in c. 1. de caus. pos. & propr. ꝙ eodẽ loco, & petitorium, &
100 possessoriũ terminent. Quod fallit in Ro. Cur. ad quã si possessoriũ, deuoluatur, eo ipso, ꝙ in eo pronunciatũ fuerit, debet pariter petitoriũ ĩ illa remanere, & terminari, Rot. decis. 9. de sent. & re iud. in antiq. Vestr. ĩ sua praxi, lib. 3. c. 9. nu 9. vers. Dicimus aũt cãm
101 instructã. Succũbit aliquis in possessorio, vel alio iudicio, vnde tenẽt fructus, & expẽsas restituere, & tali condemnato, siue ad restituendũ obligato, non est soluendo, stante eius paupertate, & ex alia parte, donec iudicato pareat, fructus, & expẽsas nõ restituit, ꝙ de natura iudicati est, nec agere, & qđ plus ẽst, neq; litis sumptus sustinere potest, ne ita coactus suũ bonum ius, aut pereat, aut relinquere cogatur, dat cõmissionẽ, in qua iudici, ad quẽ committi supplicatur, vt reseruatis fructib. & expẽsis in fine litis, in causa ad vlteriora procedat, q̃ cõcedi solet, cum clausula, præstita per oratorẽ cautione de illis soluendis in fine litis, q̃ clausula intelligit, quatenus talẽ cautionẽ inuenire, vel habere possit, sin secus, additur clausula cõstito de paupertate, procedat reseruatis expensis, & fructibus in fine litis, Aufr. ad Cap. Tholos. dec. 479. prop. fi. vers. insup ꝓponi. Si interdũ petat' in similib. clausula p̃fata, & aliqñ cũ clausula constito de paupertate, solet addi alia, ac de bono iure oratoris, & in hoc scias non esse locũ reseruationi concessæ, seu subministrationi expensarũ litis, qñ subministrari, vel reseruari, cum aliqua ex præfatis clausulis mãdantur, constito de paupertate, (vt dixi in commissione auocationis causarũ) nisi præmissa, vel præmissis conditionib. verificatis, Aret. in c. si quis testamentũ vers. Secunda conclusio, & vers. Tertia conclusio, vbi Fel. col. fi. vers. Secundus est casus de testib. Couar. pract. qq. c. 6. nu. 5. Alciat. de pręs
102 sump. reg. 3. p̃s. 9 n. 9. Et q̃uis addatur sæpè clausula arbitrio Rotę in materia expensarũ subministrandæ, tamen non erit locus clausulæ præfatæ, nisi præuia facta taxatione per Rotam, Alexand. in l. 4. §. ait prætor, nu. 2. ff. de re iud. vbi Doct. Cepol. cautel. 51. At qñ
103 adest clausula simpliciter, subministratis expensis, eo casu absq; aliqua alia conditione debentur, ac nisi expensæ subministrentur, talisque conditio adimpleatur, nulliter iudex procedet, vt in specie de ꝓcessu A. C.
104 cõsuluit Paris. cõs. 106 nu. 4 vol. 4. Pauperẽ vero aliquem esse, in iudicis arbitrio isto casu est repositum iudicare, Bar. in l. si constante, num. 14. quẽ Doct. sequuntur, ff. sol. mat. Couar. var. res. lib. 2. c. 6. nu. 8, Menoch. de Arbitr. iud. cas. 67. qñ id est absolutè, secus vero si ad aliũ effectũ, Rot. 2. par. diuer. dec. 48. nu. 1. Subdens Rot. ibi nu. 4. fructus boni ĩ nõ attendi ad inspiciendam paupertatẽ, Iac. in d. l. si cõstante, nu. 149. in fi. Natt. cons. 590. nu. 14. Licet pauperem illum dici Rota alias tenuerit, cuius facultates ad debita soluenda non sufficiunt, decis. 48. num. 3. parte secunda, diuer. Bald. in auht. præterea num. 4. vbi Salic. nu. 4. C. vnde vir. & vxor. Sed nunquam paupertas vt noceat, est extendenda ad casus in iure non expressos, Cassad. deci-
105 sio. 10. num. 3. de rescript. Et an iudex laicus possit de petitorio cognoscere, in quo incidit

incidet articulus causæ spiritualis, cũ sit extra propositũ nostrũ, inconsultus prætereo, sed dico breuiter, id incidenter, & non principaliter cognoscere posse, vt latè Put. dec.
106 361. pet tot. p. 3. Vlterius status in beneficialib. attendetur, ac vltima prouisio, postea penultima, & ex ordine oẽs aliæ antecedentes seriatim, c. cũ Ecclesia ibi vltima, & immediatè, c. cum olim vbi glo. de cauf. pos. & propr. & nõ intelligitur, de vltima collatione, sed de statu tpe mortis prouisi, quod verius videtur, cũ de possessione, & nõ de titulo q̃ratur, & attendatur, Franc. in c. cũ de beneficio, nu. 9. de præb. in 6. c. dudũ de priuil. & c. 2. de decim. in 6. Nã ex mortui possessione, vacare beneficiũ præsumitur, Cassad. de
107 cis. 2. de renunc. Quare p̃sentatus ab eo, q erat in quasi possessione præsentandi, vero Dño præfertur, in tantũ, ꝙ remoueri non possit, ẽt si alius vincat ius patronatus, Dec. cons. 124. nu. 1. & cons. 129. nu. 4. Grau. cons. 322. nu. 5. Ob id Episcopus conferendo suæ
108 diœcesis beneficia, habet intentionẽ fundatã, in iure, & ꝙ beneficium suæ sit collationis, ad dictũ effectum, Dec. cons. 121. num. 1. Cassad. dec. 3. nu. 2. in reg. Cancel. de decret.
109 & referu. Quamuis postea ad capiendam beneficij possessionem, speciale requiratur mandatũ, maximè lite pendente, Veral. dec.
110 184. p. 2. Et qñ alicuius beneficij possessio capitur, dẽt exprimi, an id fiat vigore Apostolicæ, vel ordinariè prouisionis, alias nõ facta mentione tituli, beneficio possessorij vti minimè poterit, & si quis acceperit possessionẽ non facta de illo mentione, dummodo ille titulus sit sufficiens, non vitiatur possessio Rebuf. super concord. Franc. in verbo mandato Apostolico, vers. Inducentes procuratorem suũ, ibi, & dẽt quis. Et dum duo super possessione concertant, illa adiudicatur habẽti primo aspectu magis apparentẽ, clarum siue coloratũ titulũ, ideo si pars vellet isto casu titulũ alterius falsum probare, nõ admitteretur, rõ est, vt obuietur malitijs volentiũ tales manutentiones impedire, l. quamuis, C. de edic. diui Adr. toll. & proce-
111 ditur ad instar, l. fi. eod. tit. Quod tñ limita, nisi ex dictis litteris appareret rasura, vel euidens falsitas, vt per Rebuf. in tit. de sent. exequut. art. 1. in praxi benefic. Et quamuis interdictũ retinendæ in beneficialib. annexã hẽat causam proprietatis, tñ sufficit, per non
112 ius suũ aduersariũ excludere, dato etiã, ꝙ excludens suã non canonizauerit intẽtionẽ, (vt dixi) Fel. in c. olim, nu. 10. de rescript. Rip. resp. 36. actore aũt nõ ꝓbante, reus absoluitur, l. qui accusare, vbi scrib. C. de eden.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana constitutio, a Cardinali Aegidio Marchia Legato edita.*
2 *Aegidiana constitutio, vt statum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, & immediatè subiectum comprehendat, Papa voluit.*
3 *Aegidiana constitutio per viã comprehensionis extensa fuit.*
4 *Aegidiana constitutio Ciuitatem, & comitatum Auinionensem comprehendit.*
5 *Aegidiana constitutio ab Apostolica confirmatione robur accepit.*
6 *Confirmatio principis multa operatur, & quæ.*
7 *Aegidianam constitutionem iuri canonico Papa præualere voluit.*
8 *Aegidiana constitutio non recipit appellationem suspensiuam.*
9 *Aegidiana cõstitutio, recipit omnes declarationes, quas l. vnica, C. si de mom. poss.*
10 *Aegid. const. nõ cõprehendit causas Ecclesiasticas.*
11 *Canones sacri in statu Ecclesiastico sunt seruandi.*
12 *Lex ciuilis, non potest Ecclesiastica iura dissoluere.*
13 *Cardinalis Aegidius, in constitutionis ægidianæ editione, vt laicus reputatus fuit.*
14 *Papa in Signum supremi Dominij, sibi soli statuere contra Canones reseruat.*
15 *Aegidianæ constitutioni an locus sit, ex sententia dignoscitur.*
16 *Aegidianæ constitutioni locus semper est, nisi clara resultet nullitas.*
17 *Sententia nulla, pro non lata habetur.*
18 *Aegid. const. tam in causis ordinarijs, quã delegatis, etiam si ad Papam prouocetur, intrat.*
19 *Aegidiana constitutio, spurios, quoq; capit, ac ipsis est fauorabilis.*
20 *Aegidiana constitutio comprehẽdit, l. fi. C. de edic. diui Adr. toll.*
21 *Iudex in materia, l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. appellationi deferens, in 25. libris argenti punitur.*
22 *Institutio hæredis absque alio titulo facta in testamento, facit quod Aegidianæ sit locus.*
23 *Agid const. iuri consona, & æqua est.*
24 *Commissio appellationis obtenta, tacito, quod sit Aegidianæ locus, quomodo reformetur.*
25 *Sententia in suum effectum transire, idem est, quod in iudicatum.*
26 *Signatura, quomodo rescribere soleat, quando tractatur de Aegidiana.*
27 *Referendarius renitens esse debet, in signanda commissione, quando de Aegidiana agitur.*
28 *Aegidiana constitutio tam reo, quam actori appellationem tollit.*
29 *Appellationi in Aegid. const. locus est, si quis in eodem capitulo cõdemnatur in negotio principali, & fructibus, secus si in diuerso.*

Aegi-

CAP. II.

1 DVm Bon. Mem. Cardinalis Aegidius. Prouinciae Marchiae Anchonitanae Legationi praeesset, ad commissae sibi Prouinciae vtilitatem, constitutionem, quam ex sumpto vocabulo ab auctore nomine Aegidianam vocamus, compilari, edique curauit, in qua in relatis possessorijs appellare nō
2 licere, sanxit. Illamq; fel. record. Sixtus Papa IIII. Eo quia eadem ratione militabant ī tota Ecclesiastica dictione mediatè, vel immediatè subiecta, ac in Romana Curia, stāte materia fauorabili ex litium amputatione eius vigore facienda, quo stante de vno casu, ad aliū a iure permittitur extēsio, DD. in Auth. Sacramenta puberum, C. si adu. vend. ex suo motu proprio inuiolabiliter seruari mandauit, Potius per viā cōprehensio-
3 nis, vt possessoriū vnica sñia terminaretur. Put. decis. 480. nu. 12. p. 2. etiam in Ciuitate Auinionis in Prouenzia Galliae Prouincia,
4 sita S. Rom. Ecclesiae obedientissima, & fidelissima subdita, Veral. decis. 226. p. 1. Et ideo fauorabilis est, quia per illā ad ius cōe de quo in l. 1. C. si de mom. pos. reducimur, cap. statutum vbi glo. in verbo denumerandū de preb. in 6. Rationi vero congruum visum fuit, vt tam in dicta ciuitate, quā in oib. locis, mediatè, & imediatè S. R. E. c. dictioni subiectis extendatur Veral. dec. 266. nu. 1. & seq. pat. 1. Contar. in l. vnic. c. 5. de mom. pos. de Aegid. q. 6. Licet contrariū dixerit Rota decis. 187. nu. 2. p. 3. diuers. Quae ex Apostolica cōfirmatione robur accepit. Quia cū esset facultas Cardinalis Aegidij conditoris restricta, & concessa in Prouincia prefata, tātū, non poterat extra illam vires suas iurisdictione carentes extendere, nam si alia loca cōprehendebat, & ex se sufficiens erat, confirmatione Apostolica minime indigebat, cū nil de nouo confirmatio tribuat, Bald. in l. 3. in fi. C. si adu. rem iud. Innoc. in c. dudū, nu. 2. de decim. Old. cons. 164 nu. 3. Card. in clem. 1. §. Secundo Not. 20. de iureiur. Dec. in rub. de confir. vtil. vel inutil. Et ideo huic
5 cōstitutioni, vt et alijs multis editis addit. qa rei cōfirmatae plura confirmatio addit. Primo maiorem auctoritatem, c. si dist. 11. Secundo, quod inualidū est, supplet, c. 1. de trāslat. episc. & ex certa scientia facta, infirmū sanat, & firmat inualidū, nedū quo ad sollemnitatem, verū et quo ad substantiam, maximè, si cū causae cognitione facta sit valida, decis. 2. de cōfir. vtil. vel inutil. in no. Tertio & vltimo operatur, q absq; confirmantis licentia, quicquid confirmatum sit, reuocari nequeat, c. 2. vbi Innoc. n. 2. de cōfir. vtil. vel
6 inutil. c. frater vbi glo. in verbo auctoritate 17. q. 4. Licet in consequens, actū inualidum cōfirmās, nihil de nouo tribuat, Bar. in l. more, nu. 5. vbi Ias. nu. 27. Dec. num. 29 ff. de iur. om. iud. Fel. in c. inter dilectos, nu. 26. & 29. & ibi Abb. de fid. instr. Paris. cōs. 49. nu. 535. vol. 3. Dec. cons. 183. nu. 8. & 9. Ias. cons. 139. in fi. vol. 2. Vnde (vt dixi) quia de iure Canonico a quocumque decreto auditur appellans, c. vt debitus de appel. Franc. in cap. cū cessante, eod. tit. & in cap. significauerūt de test. & in cap. ex cōquestione de restit. spol.
7 & in cap. 1. Vbi Card. de dol. & cont. Clem. appellanti de appel. Quod praecipuè seruatur in Romana Curia, tamen voluit summus Pontifex ius ciuile custodiri in hoc casu, appellationem prohibens, expertus, quod causae immortales fiebant, ex appellandi frequentia, si Canonum dispositio attenderetur. Iccirco in qualibet

re; & causa prophana, etiam minima, præfata constitutio Aegidiana, inter constitutiones Prouinciæ Marchiæ, libro sexto, inserta (vt dixi) seruatur, vbique, vt passim fieri vidimus, & videmus, Mohed. decis. 47. & decis. 149 par. 3. Cuius constitutionis mens est, vt vnica sententia possessorium termine tur. Put. decis. 480. num. 12. libro secundo: Et
8 ideo non recipit appellationem suspensiuã, sed lata sententia locus est exequutioni, mãdatumque relaxatur appellatione non obstante, Veral. deci. 141. nu. 1. & 2. p. 3. Recipit autem Aegidiana oẽs declarationes, quas re-
9 cipit, l. vnic. C. si de mom. pos. nam cum tollat iuris canonici impedimentũ, permittentis ab oĩ decreto appellationẽ, illud ad ius ciuile reduxit, & est similis statuto disponenti idem, qđ ius commune, quod secundũ illud recipit interpetrationem, Corn. cõs. 11. col. pen. vers. Nam est vol. 1. Iacob. a Sancto Georgio in l. post tres, num. 7 ff. si quis cautio. Contard. in d. l. vnic. quæst. 1. de Aegid. num. 1. Vnde vim statuti habet, vt ibi Contard. num. 3. Bero. in cap. cum omnes, nu. 11.
10 de constit. Denuo postea virtute motus proprij fel. record. Pauli III. illam simpliciter, nulla facta de causis Ecclesiasticis, & Hospitalium mentione, vt in specie requirebatur confirmauit, ideo tãtum prophanas sub ea, & non Ecclesiasticas comprehendi, & ad illas non se extendi, concludendum venit, vt pluries Rota censuit, sicut ex tot decisionib. factis qua Signatura omnimodè amplectitur, est videre, Cresc. decis. 5. de appel. in vna Hortana Sanctissimæ Trinitatis coram R. P. D. de Rubeis 7. Iunij 1563. in alia Auximana bonorum 20. Nouembris 1579 corã R. P. D. Seraphyno Razellio Oliuario Gallo, nunc Rotæ Decano meritissimo, in alia corã R. P. D. Brauo Hispano 7. Iunij 1583. Et tandem in vna Romana Saluiani interdicti, contra venerabilẽ societatem Archihospitalis incurabiliũ de Vrbe, coram R. P. D. Marcello Bubalo, Rom. 12. Iunij 1589. vbi appellatio a sententia lata p A. C. super Saluiano interdicto, interposita fuerat, illaque nõ obstante, facta exequutio, ideo an nulla, siue attentata esset, Dñi dubitarunt, & quãuis in mero possessorio, ac Saluiano, vbi intrat constitutio præfata, Veral. decis. 106. & 141. p. 3. sñia lata esset, tamen, eam nullã, & attentatã fore, Dñi de Rota dixerunt, & per consequens, nõ fuisse locũ exequutioni, qa vbi de rebus Ecclesiasticis agitur, dicta cõstitutio sibi locũ nõ vindicat, Couar. pract. qq. c. 23. num. 3. Contar. in l. vnic. 3. limit. C. si de
11 mom. pos. Itaq; p indubitabili firmemus, de iure ciuili appellationi i isto remedio possessorio locum non esse suspensiuè, vt bene Alex cons. 1. nu. 1. vol. 3. quo ad Saluianũ interdictũ, Rol. a Val. cõs. 14. nu. 4. & 11. vol. 1. DD. in §. Seruiana instit. de actio. Bart. & scrib. in l. 1. C. de præcar. Rip. in rub. ff. de pignor. Ratioq; est, quare cõstitutio pfata Ecclesiã non cõprehendat, ac causas Ecclesiasticas, sec. Vestr. in sua praxi, lib. 1. c. 3. nu. 5. quia in statu Ecclesiastico (vt dixi) in quo Sacri Canones præcipuè seruandi sunt, Secun
12 dũ illorum dispositionem causæ tractandę veniunt, Alex. cons. 81. nu. 1. vol. 3. multum inquam conuenit, ꝙ totũ Ecclesiæ corpus, eorũ dispositioni subiaceat, & cũ quibus auctoritatẽ traxit, cõcordetur, ibi aũt Seruator Noster Caput, ac toti⁹ Eccclesiæ principatũ posuit, cap. nolite, & c. fi. 11. dist. & Lex ete-
13 nim imperatoria, Ecclesiastica Iura dissolue re nequit, c. lex cum plur. seq. 10. dist. & licet constitutio præfata, vti a Cardinali legato, vel Vicario Papę facta fuerit, tñ non erat apta Ecclesias, neq; causas Ecclesiasticas comprehendere, quia in tali editione, tanquã lai
14 cus reputatus extitit, neq; illi cõtra Sacros Canones, qbus derogare soli Papa reseruatũ est, cap. significasti de elect. Spec. in tit. delegat, §. nunc tractemus, nu. 45. rescribere fas
15 erat, nã Sedes Apostolica contra Canones statuere, in signum generalis Dominij, sibi reseruauit. Quare minimè in Legatũ talis facultas translata extitit, quia veniebat, sub generali dispositione, neq; particulariter concessa illi reperiebatur, cap. quoad translationem de offic. deleg. cap. seruatis 25. q. 2. cap. huic sedi 17. dist. neque condendi leges, vbi Sacri Canones resistunt, ꝙ est meri, & primi Imperij Papæ, data facultas in gñli dispositione fuit, & ita seruandũ tradũt Fel. in c. 2. nu. 8. vers. Stilus Curiæ de rescript. Boer. in tract. de auctor. magn. cons. c. 1. num. 169. &
16 170. An aũt præfatæ constitutioni locus sit ex tenore sñię dignoscitur, ac ex ipsius inspectione, aĩaduertendo, an ad simplex possessoriũ restricta sit, in quo debemus regulari secundũ cons. Corn. 10. nu. 3. vol. 4. & ita corã D. Seraphyno tenuit Rota in vna Fauentina bonorum 15. Aprilis 1580. Et in alia Rauennatensis bonorum corã Domino Pã-
17 philio 26. Iunij 1587. Sed regulariter intrat Aegidiana, dummodo explicita nullitatis mentio in Sñia non occurat, Dec. cõs. 28. Rota in vna Tiburtina Castri Sãbucci corã tũc R. P. D. Hippolito Aldobrandino Rotæ Auditore hodie S D. N. Papa Clem. VIII. de anno 1577. & sñia nulla, eodem mõ habẽda est, ac si lata nõ foret, cap. cum Bertholdus, vbi

vbi Imol. Abb. & Felin. de re Iud. capit. inter ceteras §. primo eod. tit. in terminis tex. in l. exaduerso §. 1. ff. sol. matr. Rota coram D. Pamphilio in vna Rauennatensis bono-
18 rum 26. Iunij 1587. Et tam in causis ordinarijs, quam delegatis hanc constitutionem locum habere, etiam si ad Papam appelletur, dicit decis. Cresc. prima, num. primo,
19 de constit. Immo lata fuit pro spurio sententia in possessorio, quando pro eius executione instabatur, dicebatur hanc constitutionẽ ipsorum fauore non intrare, tamen Rota resoluit, appellationi suspensiuæ interim locum non esse, dum agebatur de legitimitate personæ, rationibus abunde relatis per Put. decis. 278. per tot. & decis. 293. par. 2.
20 Comprehendit pariter hęc Aegidiana oẽs lites, quoties agitur ex remedio l. fin. C. de edic. diu. Adr. toll. vnde eo casu, etiam suspensiua appellatio erit deneganda, vti clare & expresse dicit tex. in l. quisquis C. quor.
21 Appel. non recip. qui Iudicem tali appellationi deferentem, in libris 25. argenti puniendum statuit, vt etiam dixit Bero. q. 44. Couar. prac. qq. capitulo 23. nume. octauo, vers. tertia conclusio, Bal. cons. 141. numero primo, volumine primo, & cons. 203. vol. quarto, Tiraq. in tract. le mort. par. 6. declara. sexta, licet nunquam Iudicem talẽ soluisse pęnam repertum fuisse asserant, Sed sat est, vt in prænarrato casu ius appellationem abhorreat, ad hoc, vt litibus finis sit, de
22 functique mens exequatur. Nam versamur in notorio, inducto ex non abolito, neque cancellato testamento, in quo non requiritur titulus, cum illud, ac institutio in eo contenta non vitiata sufficiat, Veral. decis. 223.
23 numero septimo parte prima. Quamobrem mærito, & in hoc, & vt dixi, in quouis alio possessorio, non auditur in prophanis appellans, ita iubente dicta constitutione, quæ iuri communi consona est, ac æquitatem sapit, Vestr. loco cit. numero quinto, Veral.
24 decis. 226. parte prima. Et quamuis multi procuratores ad lites intrigandas, pronunciato in possessorio, fingendo à simplici sententia ordinariè appellasse, nulla facta mentione, quod in eo pronunciatum sit, consuetã in forma appellationis & appellationũ, ac nullitatis, commissionem expediri curẽt, ac illius vigore inhiberi: tamen postea ille, ad cuius fauorem pronunciatum extitit, si commissionem reformatoriam compilando, illam vel via ordinaria, vel in Signatura proponi curet reformari solet, vbi rescribitur Iudici ad quem ordinariè, nisi gustetur de causis, vel rationibus, ob quas non intraret constitutio, vt plurimum fabricata secunda parte commissionis sub his verbis, Vel si magis Placet, committatur eidem D.B. vt quatenus Aegidianæ locus sit, in primis, & ante omnia exequatur, sin secus causam appellationis cognoscat, ex quo rescripto vtrique parti consultum est, Quia si constitutioni locus erit, non amplius defatigabitur appellans, & suum sentẽtia sortietur effectum
25 l. prima C. si de mom. pos. Nam tantũ est dicere sententia sortitur suum effectum, quantum transit in Iudicatum, ex quo sequitur postea executio, Dec. cons. 28. numero 4. decis. Pedem. 25. numero quarto, cum add. At si constitutioni locus non erit, tunc patienti animo appellatus, vt de appellationis causa commissa cognoscatur, sufferre de-
26 bet, Et simili modo, quando casus est dubius, rescribere solet Signatura Vestr. in sua prax. libro septimo, cap. primo, numero 5. vers. at vbi: Et quando versamur in claris, rescribitur Iudici ad quem, vt suam exequatur sententiam, cum clausulis executiuis aut vna earum, in Cõmissione appellationis ab
27 oblig. Cameralis appositis. At Domini mei Referendarij, quando sciunt, vel ex commissionis tenore agi comprehendunt in materia possessorii, deberẽt in talibus commissionibus signandis esse renitentes, partes audire, ac factum rimari, ne lites litibus inuoluantur, & ne fiant superfluę in registro expensæ, ac causæ immortales, vnde, vt monet ibi Vestr. in Commissione apponẽdam esse clausulã, quatenus Aegidianæ locus nõ
28 sit, Neq; in hoc te lateat, quod prædicta constitutio, quæ reo appellationem tollit, illam actori non permittit, puta in spolio, vt bene per Put. decis. 316. lib. secundo, quia ęqualitas est in Iudiciis seruanda, Franc. in capit. si duobus § denique numero tertio, de app. Put. decis. 315. lib. 2. Sed redeundo ad d. l. fi. C. de edic. diu. Adr. toll. indistinctè Aegidianam locum non habere dico, quia cum sit a iure communi exhorbitans, & appellationem tollat, ac ipsi contraria, strictè ad puros iuris terminos restringenda venit, & breui-
29 ter. Nam, aut in eodem capitulo sententię est fructuum, & expensarum condemnatio facta, vna cum negotio principali, & vnica oratione, & tunc ad vtrunque effectum appellationi locus erit, & ita intelligitur Doctrina Bar. in l. creditor §. iussus numero 4. ff. de app. vt dixit Contar. in d. l. vnic. num. 31. & seq. C. si de mom. pos. qđ procedit ratione damni irreparabilis, vt in alleg. decis. Pedem. 25. per tot. eo quia, in causa proprietatis, quo ad damnum, & interesse illorum

fructuum

fructuum, detrimentum non potest reparari, etiam quod sequantur naturam causæ principalis: Aut talis condemnatio in eadẽ sententia facta est, sed per diuersa Capitula, & tunc, quia tot sententiæ sunt, quot capi-
30 ta, & in separabilibus vtile perinutile non vitiatur, appellatio tantum deuolutiua, vt dicam, datur. Glos. in l. etiam, §. ex causa, ff. de minor. Ang. & Ias. in l. scire debemus. ff. de verb. obligatio. Crot. in l. 1. §. Sed & si mihi nu. 9. ff. eodem. Paris. consi. 66. num. 4. vol. 1.
31 Sed dum dixi tot esse sententias, quot capita, id verum intellige, sec. Bal. in l. edita vers. decimotertio quæritur, C. de eden. quando ad quemlibet rem dabatur vna actio: Secus si pro omnibus rebus cõmuniter vna actio esset constituta, quia, & vnus libellus tantũ dicetur, & vna eademq; sententia erit censenda, cum sententia, et libellus a pari procedant, vt late per Alexan. in l. scire debemus, num. 3. & 4. ff. de verbor. obligat. Nam et si propter vnitatem cartę, & scripturę vnica, & vnita videatur sententia, Abb. in cap. cum dilectus, nu 3. de caus. pos. & propr. Anton. Aug decis. 343. Contar. loco citato limita. 1. nu. 31. & seq. Felin. in c. significauerunt nu. 5 vers. Præterea non est videndum, de excep. Rip. in l. 4 § hoc autem iudicium, nu. 92. ff. de damn. infect. Tamen quia articuli sunt separati, & non connexi cũ articulo causæ possessorij. puta quando quis condemnatur in vno capite ad dimissionem possessionis, & in alio ad fructuum, & expensarum restitutionem, datur in hoc secundo capitulo appellatio, & in primo denegatur, Cresc. deci. 5. de appellat. Et licet condemnatio ad fructus videatur accessoria ad possessionem, ac eius sequi naturam: tamen, quia fructuum, & expensarum condemnationẽ inferũt, vel quis eorum infert irreparabile præiudiciũ, quo ad eos tenet appellatio, etiam suspensiua, vt in d. decis. Cresc. nu. 3. Abb. in c. pastoralis, §. verum, num. 17. de restit. spol. Feli. in cap. debitores, col. 2. Glos. 1. de iur. patr. Rip. in cap. sæpe, l'vltimo nu. 3. de restit. spolia. Et licet sint capita diuersa, nihilominus appellatio ab vno capitulo, ad aliud extenditur: licet diuersum, nam cõnexio operatur, quod res separatę ad alterius naturam trahatur, & sic regula intrat, quod de connexis idem sit iudicandum, & quamuis omnino fructus sint separati à principali possessione, nihilominus ab ipsorum condẽnatione est appellatio permittenda, & non a negotio principali Contar. in d. l. vnica limit. 1. numero 28. & seq. late subdens num. 43. declarando regulam, quod in possessorio detur appel-
32 latio, Quando reparari nisi in petitorio non potest, intellige quo ad fructus, quia (vt dixi) infertur circa illos damnum, quod reparari nequit nisi in petitorio. Hinc ea mixtura non obstante, inoleuit praxis Rotæ in talibus causis circa præmissa, ac expensarum
33 condemnationem appellationi deferre, quo vero ad possessoriũ exequi, vt ibi Cresc. Ant. Ang. decis. 3. & deci. 47. Neque respectu possessorij auditur appellans, nisi quo ad dimissionem possessionis, parito sententię. Ratio est, ne interim in spolio, vel detentione confoueatur, Vestr. vbi supra numero octauo, ver. idem denique Canon. in capit. si duobus de app. Contar. loco cit. numero tertio, & sexto, Bal. in l. creditor §. iussus in fin. & Alex. Ias. Dec. DD. in l. 1. C. de bon. pos. sec. tab. Et maxime quando versamur in materia d. l. fin. vt per Veral. late decis. 223. par. prima, Bero. q. 44. numero primo, & optime Rol. a val. cons. 87. num. 13. vol. primo, rursusque ratione diuersitatis, respectu; fructuũ, & expensarum datur appellatio, quia nec causa est momentanea est, neq; in possessorium influit, vt per Afflic. decis. 57. numero primo. Rip. in capitulo sæpe, num. 102. ves. tertia fuit sententia. Ias. in cons. 87. num. 1. & 2. vers. item quando vol. secundo, Bero. q. alleg. numero secundo, multa ad hunc præpositum eleganter cumulans, subdens in casu huius legis. Adeo appellationem esse abhorrendam, vt non habeat locum statutum, semel tantum à quocunque possessorio appellationem permittens,
34 in l. fin. materia: Legatario, etiam Saluiani interdicti remedium competit, Ang. Aut. in §. item Seruiana numero nono, instit. de actio. Paloet. decis. 303. incip. Forolíuiens. bonorum, Cotta in miscellanis deci. 217. incip. veneris 14. Ianuarij 1561. Dumque agitur in Saluiano, excipitur de fideicommis-
35 so, Quæro an talis exceptio retardet executionem, & Menoch. de adipisc. pos. in rem. Salu. nume. 180. tenet pro negatiua, ea motus ratione, quia talis exceptio, requirens altiorem indaginem, petitorium respicit, vnde non venit in possessorio attendenda, Rip. in rub. ff. de pign. Sarmien. de reddit.
36 eccles. par. tertia, capitulo secundo, no. 22. Rursus pone, fertur prius sententia, puta per A. C. quæ mittitur executioni, appellatur, ac Rotæ causa committitur, & in dicto tribunali pro nullitate sententiæ A. C. resoluitur, possessioneque succumbentem fuisse spoliatum, absque eo, quod sententia A. C. reuocetur, tunc pariter Aegidianæ locum esse, Rota tenuit, coram S. D. H. Clemente

mente VIII. tunc Rotæ Auditore in illa Tiburtina Castri Sambuci, in qua fuerat capta possessio, & nullitate comperta, Rota super ea pronunciauit, & quod locus esset cōstitutioni præfatæ, vnde fuit retractata executio sentētiæ A.C. & ad suā possessionem alter repositus. Præterea euenire potest, qđ
37 criminaliter actum sit, & quis condemnatus ad pęnam fisco, & ad restitutionem possessionis parti: succumbens appellat, quęro an ad vtrunque effectum sit appellationi locus? In quo repetitis supradictis de sentētia quando quis cōdemnatur ad dimissionem possessionis, & fructuum, dico, quod si fuerit in diuersis capitibus pronunciatum, puta in vno ad pęnam fisco, & in alio super restitutione possessionis, licet seruata forma motus proprij circa pęnam fisco applicandam, detur appellatio, tamen in spolio saltem quo ad effectum suspensiuum denegatur, Rip. in d. capitulo sępe num. 102. in fi. de rest. spol. Contar. in d. l. vnica prima limit. numero 28. 30. & 31. cum seq. Cresc. decis. 5. de app. Ant. Aug. deci. 347. Vlterius
38 videndum venit, an Saluianum vendicet sibi locum contra illum, qui bona fide præscripsit? Et credo quod nō, Quia reddit quē tutum exceptio præscriptionis, cum bona fide inter præsentes, quod non solum in Saluiano ex prætoris edicto descendente sufficit, verum etiā in hypothecaria, l. prima vbi omnes C. si aduers. credit. Glos. ordinaria in l. cum notissimi in princ. vbi Ang. C. de præscrip. 30. ann. Oldrad. cons. 19. per tot. Alex. cons. 58. numero nono, vol. 5. Paris. cons. 50. numero secundo vol. primo, vbi de communi Afflic. decis. 139. numero primo & in consti. regn. incip. Datam consuetudinem 3. not. de quo late Sarmien. selec. sent.
39 cap. 13. numero secundo, & 3. lib. 2. Quamuis contra tertios possessores intrare Saluianū videatur ratione hypothecę, l. prima, C. de acq. poss. Alex. cons. 85. nume. 7. 12. 36. & per tot. & cons. 121. numero sexto, & 7. volumine sexto, Rol. a val. cons. 79. vol. 1. Et licet Galles. ad oblig. Camer. q. 2. num. 3. & tali casu via ordinaria, non executiua procedendum fore asserat, tamen Rota coram
40 Illustrissimo Cardinali Mantica, in vna Imolens. Saluiani 27. Iunij 1594. post lapsum decem annorum non amplius competere saluianum interdictum tenuit, vt late in dicta decis. quamuis. Paris. d. cons. 50. num. 2. vol. primo, id verū esse inter pręsentes dicat: sed inter absentes, spatio 20. annorū. Successiue
41 videndū est, an intret Aegidiana, quādo agitur de Dominio rei sitæ extra curiā, & Bal. in auth. qua in Prouincia, nume. quarto, C. vbi de cri. agi op. ait, Quod denunciatione facta competenti reo absenti, si non compareat, contra ipsum non contestatur lis, sicuti quando est præsens, & si feratur senten-
42 tia in bonis ipsius absentis executioni demandabitur. An causa possessorij, Quando fit mentio in commissione etiam de spolio in narratiua de nullitate, & attentatis, appellabilis sit, stāte ista mistura, denuo credo distinguendum, Quamuis spolij, nullitatis, ac attentatorum in narratiua dicatur: tamen si dispositiua solum loquatur de spolio, & tantum super spolio pronuncietur, intrabit Aegidiana, quia non attenditur isto casu narratiua, Dec cons. 28. numero tertio, vndē aut Iudex pronunciauit solum super spolio, nullitate, & attentatis, vel eorum altero, vna cum spolio, & tunc quia spolium est mixtum, & vnitum, cum supradictis, vel vno ipsorum, datur appellatio etiam suspensiua, Bal. cons. 141. numero primo, vol. primo, Aug. de Appel. prohib. §. 11. At si in Com-
43 missione causæ super spolio adsit clausula, vna cum toto negotio principali, tam petitorium, quam possessorium commissio cōtinebit, capitulo primo, vbi Abb. num. 16. de seq. pos. Cassad. decis. sexta, de rescrip. & decis. 13. de caus. pos. & propriet. Nam illa verba cū toto negotio principali, important petitorium, & dant facultatem, vt super eo quoque procedatur, Veral. deci. 132. per tot. par. prima. Cognitio autem causæ, non facit
44 causam appellabilem, sed bene finis, super quo pronunciatur, Paul. de Castr. cons. 59. numero primo, volumine primo, Dec. cons. 28. numero tertio, Bero. q 91. numero 8. &
45 cons. tertio numero sexto, lib. tertio, Nam quando spolium prouenit ex attentatis, vt puta in possessione capta appellatione pendente, tunc propter connexitatem datur appellatio, ac propter misturam, vt alias tenuit Rota corā R. P. D. Seraphyno in illa Cesenatens. 10. Februarii 1576. Aut versamur in spolio, quod possit subsistere, absque attentatis, & tunc Aegidiana intrat, & ita intelligitur cons. Bal. 141. volumine primo, vt per Lancel. de attent. 3. par. capitulo 28. tit. de sent. in caus. attent. ferend. num. 101. sicque etiam coram D. Reumano, in vna Firmana hęreditatis tenuit Rota 16. Februarii, 1554. & coram D. Oradino, in illa Anco-
46 nitana bonorum 6. Nouembris 1562. Vnde Signatura saltem de ęquitate quadam, quādo nullitatis remedium non datur, mandat denuo partem grauatam audiri, & causam reuideri, ac Domino Iudici a quo, vt reponat, & audiat

audiat, dummodo non sit in Rota, quia in illo tribunali id non facit, Ang. cons. 107.
47 per tot. Menoch. de retin. pos. rem. vltimo sub numero quinto. Imo quando de notoria iniustitia constat, vel vehemens fumus datur, eo casu Iudici ad quem libentius Si-
48 gnatura rescribit, quia Aegidiana excipit notoriam iniustitiam, tunc appellationi defert. Corn. cons. 10. a numero primo, ad num. 4. vol. 4. Put. decis. 480. num. 13. & 14. par. 2. Iccirco, cum Aequitati consonum minime sit, vt suæ sententiæ merita idem Iudex grauans cognoscat, Bar. in l. a sententia nu. 6. circa fin. ff. de app. Archid. in capitulo primo in verbo grauamen eod. titulo in 6. Luc. de Pen. in l. facultas, col. 3. vers. præsumptio, C de iur. fisc. lib. 10. alteri causa appellationis
49 demandatur, & propter honorē constitutionis præfatæ, cum clausula, quatenus illi locus sit: licet eodem modo rescribere soleat, quando reperitur præuentum in committenda appellationis causa, & petitur reformari commissio, ac exequi vigore dictæ constitutionis: idemque si ex eisdem actis sententiam iniustam fore appareret, quia cū tunc nullitati ęquiparetur, pariter cessabit via executiua, vt dicit Rota in vna Rom. bonorum 15. Martij 1582. coram D. Binarino,
50 Immo neque post lapsum fataliū venit exequenda, quia ex capite iniustitiæ impugnari potest, & in negotio principali videndum erit, vt alias tenuit Rota corā D. Seraphyno in vna Auximana bonorum 15. Nouembr. 1574. ac ex capite restitutionis in integrum,
51 cum iniustitia ex eisdem actis resultans, sit iusta causa restitutionis, vt in alleg. decis. D.
52 Seraph. Achil. decis. 14. de rescrip. Licet expresse sit decisum, ne in hoc remedio possessorio extraordinario, detur restitutio in integrum, neque testium repulsatio, Capic. decis. 13. & decis. 55. Grauat. in add. ad Vest. lib. 5. suæ prax. capitulo vltimo numero 36. tamen contra videtur tenere Bennint. decis.
53 79. numero nono. Fiscum constitutionem hanc Aegidianam comprehendere, quia in iure non reperitur cautum quod sit priuilegiatus, & in causa possessorij appellare valeat, dixere, Grau. cons. 168. numero 10. Dec. cons. 151. numero tertio, & octauo, Glos. in l. item veniunt §. in priuatorum ff. de petit. hęred. Veral. decis. 223. numero 4.
54 parte prima. Neq; attenditur in hoc Saluiani exceptio, altiorem indaginem requirēs, Rip. in rub. ff. de pign. numero 19. prop. fin. Natt. cons. 532. numero quarto, Menoch. de adipisc. pos. rem. tertio, numero 180. vers. & in hoc iudicio, Et licet (vt dixi) Saluianum sit remedium adipiscēdę possessionis sit tū
55 sublata hypotheca Saluianum cessat, quoad possessionem rerum obligatarum pignore, l. secunda §. Saluiani vbi glos. in verbo pignoribus ff. de interd. quia Saluianum quasi pi-
56 gnus, vel hypothecam præsupponit, quia in possessione, quam habet pignorans, vel hipotecās fundatur, vt bene per Cast. in l. rem. alienam numero vndecimo, ff. de pignor. actio. Quare si Saluianum intētans rem sibi obligatam non dicat, excludetur, vt late Rot. decis. 34. a numero 24. ad fin. secunda par. diuers. Et per consequens, quamuis, exceptio excussionis habeat locum in hypothecaria, nō autem in Saluiano, sec. Soci. cōs. 80. numero secundo vers. vel etiam, & tertio vol. tertio, Grau. cons. 201. nu. 45. Rol. a val. cons. 14. numero decimooctauo, vol. 4. tamen id Rota non firmauit pro tuto, cum variæ sint in hoc nostrorum scribētium sententię, & recentiores contrariam sequantur opinionem, Bertr. cons. 213. nume. 17. vol. 2. Bellam. cons. 34. numero octauo, & seq. Rot. diuers. decis. 24. nu. decimo, & vndecimo, parte secunda diuers. Licet possessio vigore Saluiani capta dicatur momentanea, nihilominus talis nō dicitur hypotheca
57 ria, decis. diuers. 356. numero quarto, parte prima. Locum habet Aegidiana cōstitutio, etiam quando Barones litigant de possessione alicuius Castri in Rom. Cur. Contar. loc. cit. de Aegid. q. sexta, numero secundo. Cō
58 prehenditque litigantes in Rota, dato quod in temporalibus non sint sanctæ Rom. Ecclesiæ subditi, per notata in capit. Ecclesiæ S. Mariæ de constit. Rol. a val. cons. 48. nu-
59 mero 20. vol. tertio, Contar. ibid. Et est tantæ potentiæ, quod excludit restitutionem in integrum, Couar. prac. qq. capitulo 17. numero quarto, Capic. decis. 13. Contar. ibid. limit. 8. numero duodecimo. Aggrediamur modo articulum, an, & quando in hoc possessorio appellationi locus sit, vt etiā in Saluiano, in quo ordinariè, sicut in possessorio Appellatio denegatur suspensiua, quia etiam (vt dixi) remedium possessorium est, Rol. a val. cons. 14. numero quarto, & 11. vol. primo DD. in d. §. Seruiana instit. de actio. Bar. & scrib. in l. prima. C. de præcar.
60 Rip. in rub. ff. de pign. Locus itaque primo est appellationi in possessorio, quando vtraque pars habet parem titulum, puta ex eodem testamento, sec. Bal. in d. l. vnica nu. 6. vers. quæro nos dicimus, C. si de mom. pos. Menoch. de adipisc. pos. rem. 4. q. 100. num.
61 856. & num. 858. Sec. etiam appellatio conceditur, quando clare cōstat de iniustitia, dato quod

to quod

to quod versetur in mãdato de manutenen-
62 do. Menoch. loco cit. nu. 850. Tertio quando non citata parte tale mandatum relaxatur, Bar. in l. fi. col. pen. vers. Si vero venit directo, vbi Alber. num. 13 Zuccard. nu. 44. C. de edic. diui Adri. tol. Menoch. ibid. nu. 627.
63 Quarto quando Iudex absq; causę cognitione in possessorio pronunciat, vt ibi Menoch. nume. 855. & ita coram R. P. D. Comitulo nũc Episcopo Perusino meritissimo, tenuit Rota in vna Roma. vineæ 21. Aprilis 1589. Videtur nanque eo casu ab inordinato processu appellatum, sicq;, dum Iudex iura, vel testes recipere recusat, aut non legitimari personas, neque citandos citare, vel similia facere, ac procedendo ad vlteriora omittit, quia tale grauamen reparari per diffinitiuã nequit, appellatio datur: quod notandum asserit, Ang. cons. 46 numero quinto, Ias. in l. prima numero quarto, C. de bon. pos. sec. Tab. & cons. 60. numero quinto, volu. 1.
64 Quinto appellatio in possessorio admittitur, quando illi Iudex detulit, Rol. a Val. cons. 77. numero primo, & 18. vol. secundo. Grau.
65 cons. 36. nume. 32. Sexto licet ab vno capite denegetur Appellatio, tamen stante vnione, & connexitate alterius causæ multoties permittitur l. si quis separatim §. qui separatim ff. de app. Alex. cons. 113. num. 2. vol. 5. ac talis mixturæ ratione, quãdo Appellatio intrat (vt dixi supra) ab vtroq; capite datur, Bal. cons. 141. vers. illud, & in omnibus lib. primo, tunc pars appellabilis ad se non appellabilem trahit, Franc. in capit. si duobus, numero septimo, de app. Capic. decis. 34. vers. & Iudex. Miscel. decis. 14. & decis. 17. Veral. decis. 131. par. secunda: nec isto casu
66 ratione misturæ Aegidiana intrat. Septimo cessat constitutio præfata in secunda instantia, & in causa appellationis, Peregr. decis.
67 37. lib. primo. Octauo cessat etiam, quando quis habet sententiam pro se absolutoriam Chassaneus. deci. 51. de quo vide Put. decis.
68 48. parte secunda. Nono locus est appellationi, quando fertur sententia super manutentione per viam cedulæ Christi nomine inuocato, tunc pariter cessat Aegidiana, nam quando ordinariè fuit per diffinitiuam processum, censetur in possessorio ordinario, a quo datur appellatio, sententia lata, Be
69 ninten. deci. 79. numero primo, vers. in cõtrarium. Decimo locus constitutioni pręfatę non est, quando spoliator vnam sententiã iniustam obtinuerit, quia illo casu stantibus verbis in prædicta constitutione expressis, nisi sententia fuerit notorie iniusta, non erit attendenda, & ita in vna Rom. seu Aquilana spolii coram D. Fabio 15. Decembris 1544. Rota tenuit, ea ratione quia sententia nulla eo habenda est, ac si lata non esset. cap. cum Bertoldus, vbi Abb. Imol. & Fel. de re Iud. & in cap. inter cęteros col. prima, eod. tit. & optime tex. in l. ex aduerso §. 1. ff. sol. matr. Rota coram D. Pamphilio in vna Rauennaten. Bonorum 26. Iunij 1587. Vn-
70 decimo intrat appellatio, quando ex eisdem actis sententia reuocari potest: ratio est, quia si est iudicium nullum, ipsius nullitatis iudicium est præiudiciale, & absorbet possessorium, Rot. diuers. decis. 349 num. 4. par. prima, & quando iniqua est sententia, non est Aegidianæ locus decis. diuers. 19. nu. 1. lib. 2. par. 3 & decis. 112. num. 4. libro primo eadẽ par. ac vbi constat de manifesta calumnia, non attenditur, diuers. deci. 1040. par. 3. in fin. Bal. in d. l. vnica numero quarto, C. si de mom. pos. Corn. cons. 10 numero primo vsque ad 4. vol. 4 nam si dubium discutiendum adesset, non posset tunc dari de euidẽti iniustitia, vt ibi Corn. Contar. late in d. l. vnic 9. limit. num. 11. Et quod stante nullitate non intret Aegidiana, dixit Lancel. de attent. lit. pend. cap. 17. num. 16. 58. & 90. etiam si ex inobseruatione statuti alicuius, talis nullitas procederet, nihilominus retardaretur executio, vt ibi late Lancel. nume. 50.
71 Duodecimo Appellatio sibi locum vendicat, vbi adsunt statuta particularia, puta Bononiæ, quod semel tantum in quolibet possessorio liceat appellare, Corn. cons 251 nu. octauo, volumine tertio; Rota coram D. Robusterio in vna Bononien. bonorum 27. Maii 1567. decis. 330. numero tertio, diuers. parte prima, & decis. 330. diuers. parte 2. & ita vltimo loco Rota pariter censuit coram D. Orano de anno 1595. in vna Bononiensi
72 de pretis. Quamuis tale statutum semel appellationem (vt dixi) concedens, non intret in sententijs latis extra illum locum statuti vigentis, vt dixi, de statuto Bononiensi, quod non erit aptum comprehendere sententias latas in Rom. Cur. nam tunc venit Aegidiana attendenda. Quia si appellatio est de appẽditijs instantiæ, in qua lata est sñia, merito statuto loci, vbi fertur, subiacet, Alex. cons. 167. sub nu. 6. volumine secundo Rot. decis. 33. numero secundo, parte secunda, diuers. Datur itaque appellatio semel in possessorio isto, ita statuto disponente, quod vti ius municipale loci potentius seruandum est: at eo cessante, Aegidiana obseruatur, decisio 342 numero 21. parte secunda diuers. Videtur quoque omne id, quod turbare, vel executionem, & sententiam impedire posset

ſet prohibitum, dummodo negotij principalis cognitionem attingat, deciſ. Rotæ 251. parte prima diuerſ. Bal. in d. l. vnic. C. ſi de mom. poſ. Neque dicitur Aegidiana ſtatutum vrbis, niſi per extenſionem, quam extra ſtatum Eccleſiaſticum locum non habere, Rota tenuit, deciſ. 187. numero ſecundo,
73 libro tertio, diuerſ. Decimotertio appellatio admittitur, quando articulus poſſeſſorij erit valde dubius in iure. Ang. in l. prima, §. interdum ff. à quib. app. non lic. Contar. loco cit. q. prima, numero 44. quia exceptiones requirentes altiorē indaginem, poſſunt retardare iudicium executiuum, Gall. ad oblig. cam. par. prima q. tertia, & ita Rota tenuit coram D. Robuſterio in vna Ro. de Preruſchis 30. Maij 1580. Put. deciſ. 233.
74 & 234. parte tertia. Decimoquarto appellatio in poſſeſſorio datur, quando Iudex excedit modum, ſiue in condemnando, ſiue in exequendo, quia non reperitur aliquis caſus in Iure, in quo a modi exceſſu tollatur appellatio. Bal. in cap. licet de off. ord. Dec. in capitulo nouit, nume. tertio, de app. Feli. in cap. quo ad conſultationem numero 20. circa fin. de re Iud. Contar. vbi ſupra limit. 19. numero ſeptimo, & ſeq. late, Quamuis cauſa, ſiue modus exceſſus in appellatione interpoſita exprimendus, & ex actis conſtare, & euidens, ac iuſtus eſſe debeat, Bald. conſ. 203. in fi. lib. quarto, Menoch. de adipiſc. poſ. rem. 4. à numero 840. vſque ad numerum 845. Contar. ibid. limit. 3. numero
75 29. 30. & ſeq. Decimoquinto Aegidiana tertium non comprehendere ſcias, quando appellat a ſentētia lata in poſſeſſorio, Capic. deciſ. 34. ſub numero quinto, verſ. ſic eſt in iſto caſu. Menoch. d. rem. 4 num. 846. quia dum appellatio tollitur, ſtricte ipſos litigantes comprehēdit, adeo quod tertium capit. Bar. in l. 1. § interdum, nu. quarto, ff. qui app. non licet vbi Ang. numero primo, capitulo ſuper eo de off. deleg. Franc. in capitulo paſtoralis in princ. & numero 25. vbi Dec. nu. ſeptimo, de App. Alex. conſ. 84. numero 5. volumine tertio, Put. deciſ. 47. par. ſecunda. Ideo in fortioribus poſt tres ſententias conformes, quando de illis notitiam non habuit, vel ſi non fuerit in cauſa, appellare tertius poteſt, Put. deciſ. 71. parte tertia, Contar. ibid. limit. 23. numero ſexto, & ſeptimo,
76. multo magis in hoc caſu. Decimoſexto limita ſolum de Iure ciuili Aegidianam procedere, non autem de Iure Pontificio, permittente ab omni, & quocunque decreto ad vtrunque effectum appellationem. Dec. conſ. 28. numero quarto, Rip. in d. capitulo ſæpe. numero quarto, de re Iud. Bal. conſ. 321. numero tertio, lib. 4. & conſ. 141. lib. primo numero primo, & vt expreſſe habetur in Clem. prima, de ſequeſt. Feder. de ſen. conſ. 76. Rom. conſ. 324. in princ. Abb. conſ. 155. vol. 2. Dec. in l. prima in 3. not. ff. de bonor. poſ. & ob id (vt dixi) non habet locum
77 in cauſis eccleſiaſticis. Decimoſeptimo limita non procedere in cauſa poſſeſſorij, quę admixtam proprietatem habeat, Gloſ. Bar. & ſcrib. in l. prima, C. de bon. poſ. Salic. in l. momentaneę, columna tertia, verſ. ſed tunc quæro, eod. tit. Rip. in capitulo ſępe, nume. 102. col. fin. verſ. ſecunda fuit opinio. Dec. conſ. 28. numero ſecundo, Rebuf. de exeq. ſent. art. 9. Gloſ. 5. num. 110. Quod tamen in poſſeſſorio iuriſdictionis exemplificari poteſt, quia cum adminicula Iuris deſideret, & in aliquo Iure vero, vel præſumpto fundetur, & mixtum dicatur, in conſequens appellari permittitur, Abb. in cap. fin. num. 12.
78 de Iudic. deciſ. Pedem. 25. numero decimo, Decimooctauo limita non procedere, quando eſſet lata ſententia ſuper petitorio, & intentatur poſſeſſorium, nam tunc ab illa ſententia appellari poterit, quia non amplius petitorium expectat, ad trad. per Bar. in d. l. vnica, & Io. Monac. in capitulo vt circa, de elect. in ſexto, Et idem dicendum erit, quando fertur ſententia contra poſſeſſorem, ſi ipſi nullum ius competat, nec reſtat remedium, niſi in petitorio, Bal. in l. 2. numero 4. & 5. ff. de app. recip. & in d. l. vnica col. 1. prima appoſ. Abb. conſ. 55. numero 2. Aufrer. ad Cap. Tholoſ. deciſ. vlt. Nicel. in concord. ſexta, verſ. 17. Iaſ. conſ. 60. num. 5. lib. 1. deciſ. Pedem. 25. numero duodecimo. Immo quia in eodem libello fuit intentatum poſſeſſorium, & petitorium ſimul, ac de ambobus cognitum, & ſuper ſolo poſſeſſorio pronunciatum, præſertim, quando de proprietate conſtabat, Domini de Rota habuerunt talem ſententiam pro nulla, vt patet ex deciſ. 9. Cæſ. de Graſ. numero ſecundo, de cauſ. poſ. & propr. Et quando circumfertur, quod Iudex conſtito de poſſeſſorio omiſſo petitorio pronunciare queat, in dicta deciſione intelligi voluerunt Domini parte inſtante cum ex officio id facere Iudex nequeat, vt ibi nume. nono, quatenus tamen non pronuncietur ad inſtantiam, & fauorem actoris pręſentis, tunc vero, vt ibi
79 numero decimo bene pronunciatur. Decimonono intrat appellatio ab inordinato proceſſu ſuper tali Iudicio poſſeſſorio facto, Iaſ. late in l. prima, C. de bon. poſ. ſec. tab. Bald. in capitulo ex conqueſtione col. 2. de reſti.

ſpol

spoliator. & in lege post sententiam columna secunda, versicul. pone ergo, C. de sentent. & interlocutor. omnium iudi. vbi in terminis, ponit de iudice, quando vult recipere testes, quia eo casu licet appellare, cum tale grauamen per diffinitiuam reparari nequeat, idque notandum clamat Angelus consilio quadragesimosexto, numero quinto, Iason dicto consil. sexagesimo, numero quinto, volumine primo, Decius in capitulo pastoralis columna tertia, versic. vnde licet, post Abb. de Appellatio. & idem Decius in l. fin. numero 47. C. de edic. diu. Adr. toll. Gemin. in capit. inquisitionis de heret. Vi-
80 gesimo limitatur, nam licet appellari vt dictum est, non possit, tamen de nullitate, quando principaliter intentatur, dici non prohibetur, Bal. in l. prima 2. not. C. nec lic. fert. prou. & in l. consentaneum, col. 3. vers. quæro nunquid. C. quo. & quand. Iud. sed necessario isto casu opus est, quod nullitas, siue iniquitas ex eisdem actis resultet, Dec. in l. prima, sexto not. versic. sexto, & vltimo C. de bon. pos. sec. tab. Aufret. vbi supra vers. quod intellige Ias. cons. 60. numero quinto. volumine primo, decis. Pe-
81 dem. 25. nu. 13. Vigesimo primo limitatur, quando per appellatum non esset contra appellationem obiectum, tunc etenim nemine contradicente, & appellatio procederet, & in consequens etiam teneret sententia, Bal. in l. post sententiam col. 2. C. de sent. Dec. in d. l. fin. in 3. not. vers. quarto, si non apponatur. Vigesimosecundo etiam
82 tenet appellatio quando ex vi pacti, stipulationisue possessio auocatur, veluti quando quis vacuam, & expeditam possessionem tradere promiserit, vel ex contractu ageretur, Bald. & Salicetus. in dicta l. vnica. C. si de momentan. possessio. Bald. consil. 210. numero quinto in fi. libro 5. Marant. de ord. Iud. parte sexta, cap. de appellationibus numero 316. Pedem. alleg. decis. 25.
83 numero vndecimo. Vigesimo tertio limitatur vt dixi, quando absolute iudex a quo appellationi detulit, Bald. in d. l. post sententiam col. 2. C. de sent. & inter. om. iud. Rol. a val. cons. 77. numero primo, & 18. vol. 2. Ias. in l. secunda, col. 3. ff. de no. op. nunc. Quod non procedit si illi detulerit cum clausula admisit, si, & in quantum, nam tunc intelligitur talis appellationis ad missio reducta ad terminos iuris, quia si veniret de iure admittenda, illi delatum intelligeretur, sin secus non Soc. iun. cons. 18. numero decimoquinto, volumine primo, Grat. consilio 36. numero 32. volumine secundo, Alciat. consilio 406. numero tertio. Plot. in l. si quando numero 159. l. vnde vi, Ruin. consilio 61. numero vigesimoseptimo, volumine primo, decisio Pedem. 15. numero nono, & decimo, & decisio 131.
84 numero primo, & secundo. Vigesimoquarto limita intrare appellationem, quando sententia lata super possessorio, secum effectum perpetuum traheret, ac probatio petitorij esset difficilis, etenim eo casu tractatur de magno præiudicio, ideo etiam ad effectum suspensiuum indistincte appellari potest, Abb. in ca. cum ad sedem num. 30. de rest. spol. Dec. d. cons. 28. numero primo, & secundo, Maran. par. vlt. suę prax. iudic. in secundo actu iudicij appel. numero 297. 299. & 355. cum seq. idque sępe inter Communitates, quando de finibus tractant, euenire solet, carentes multoties antiquis contractibus, & probationibus, ex quibus petitorium probari debet, & solum fundant eorum iura super possessorio, quia sic semper ab antiquo fuit possessum: Quare si in similibus vna succumbat, ac habere in petitorio probationes sibi sit impossibile, quia quodammodo in se petitorij effectum ista sententia continet, poterit appellare, & mediante tali appellatione executio impediri, vt ibid. Marant. nume-
85 ro 301. Vigesimoquinto limita, quando sumus in dispositione l. vnic. C. si de mom. pos. quia tunc versamur circa possessorium iuris idcirco intrat appellatio, secus vero si versamur circa possessorium facti, vt late per Iason in l. prima, numero quarto, C.
86 de bon. pos. sec. tab. Vigesimosexto limita constitutionem præfatam non procedere, quando intentatur remedium capituli reintegrandæ 3. quæstio. prim. §. quia cum sit remedium Canonicum, illud intentans debet ipso vti cum suis qualitatibus, & sic, si (vt dixi) ad vtrunque effectum appellationi in facto nostro de iure Canonico locus est, neque venit in hoc deneganda. Nonnullas autem ex istis limitationibus recenset Caball. in comment. super constitutione Aegidiana, inter constit. Marchiæ recentioris impress. in verbo ciuili, quem breuiter negotia ibi tangentem videre, si occurrat ne graueris, licet quo ad dictum capitulū reintegrandæ multa in Commissione restitutionis in integrum Deo dante sim dicturus. Vigesi-
87 moseptimo limita etiā locū appellationi esse

X

esse, quando ex sententia lata in possessorio, maximum oriatur scandalum, exempli gratia, si ex ea aliqua insignis fabrica veniret dissoluenda, præcipue si fuerit loci pij, ac inferretur irreparabile damnum, eo nempe casu, donec terminetur causa in petitorio, veniret possessorij executio retardanda, Paul. de Castro in lege secunda, numero tertio, in fine, vbi Iason, numero primo, versic. vnam teneas &c. Dicit id cordi tenendum. C. de edicto Diu. Adria. tollend. Rip. post alios, in l. naturaliter, § nihil commune, numero septuagesimoquinto, & septuagesimosexto, ff. de acquirenda possessio. quia vbi materia, vel causa, vel magni scandali, vel damni affertur, bene a regulis iuris communis, ac eius rigore recedere licitum esset. Roma. consi. 307. numero quarto. & cons. 337. numero decimotertio. Felinus in allegatio. in capitulo secundo,

88 numero secundo de præscriptio. Vigesimooctauo, etiam appellatio est permissa, quando in sententia aliquid adest, a quo liceat appellare, nam eo casu pariter Aegidianæ dispositio cessabit, Paris. consil. centesimotertio, numero decimotertio, volumine primo, Bald. consil. 147. numero septimo, volumine primo. Paris. consil. 108. cum duobus sequent. volumine primo, quamuis non consideretur in hoc possessorio, sicut neque in Saluiano mixtura in processu, sed in sententia, vt pluries Do-

89 mini dixerunt in Signatura. Vigesimonono locus est appellationi, quando mandatum de manutenendo relaxatur in diffinitiua sententia, ita censuit Rota coram Domino Fabio in vna Ispalensi Matrimonij Lunæ 13. Iunij 1558. Et in alia Burgensi coram D. Seraphyno 7. Februarij 1586. Boccac. in tracta. vti possidet capitulo decimoseptimo, numero quinto, & sexto Isto casu intrabit appellatio, & suspensiua, & deuolutiua, Rot. Bonon. decisio septuagesimanona, decisio. Pedemon. decima-

90 quinta numero decimoquarto, in fi. Trigesimo limita, quando sententia continet mixturam, puta manutentionis, & restitutionis in integrum, nam tunc pariter erit appellabilis. Bald. consilio centesimoquadragesimoprimo, numero septimo, volumine primo, Cotta decisio. centesima quadragesimanona, numero duodecimo, Contar. in dicta l. vnica, in secunda limit. numero quadragesimoquinto: Et isto casu, quando continet mixturam, an sit appellationi locus necne, maximam inter DD. de Rota fuisse altercationem, & nihil firmatum, testatur Cęsar. de Graf. decisio. secunda, per tot. de caus. pos. & pro-

91 pr. Trigesimoprimo limit. Aegidianam non habere locum in inquilino, non possidente, sed tantum detinente, tum quia tale grauamen, cum nullum speret petitorium, amplius reparari nequit, Bald. in l. prima, numero septimo, C. si de momen. posses. Menoch. late de adipisc. poss. rem. quarto, numero 865. & seq. & abunde. Contar. in dicta l. vnica, limit. secunda. decisio. Pedem. vndecima, Goffr. decisio. 445. quoniam tractat de magno eius præiudicio, licet, tamen quia versamur in causa celerem expeditionem requirente, rescribi solet in huiusmodi casibus, vel sine præiudicio legitimæ executionis, vel alia clausula executiua, vt late per Gram. decisio. quinquagesima octaua, numero decimoquinto cũ add. & supra dixi in com. App. a mãd. de euacuan. Denegatur autem omnino appellatio in possessorio, seu mandato de immittendo, cum censurarum comminatione, quoad mandatum de immittendo, sed bene quoad censuras, Rota coram D. Seraphyno decis. ducẽtesimaquinquagesimasecunda, libro secundo diuers. alias trigesimaseptima, in vna Perusina

92 beneficij. Causa vero, ob quam à sententia lata in possessorio liceat appellare, est in appellatione exprimenda, Innoc. in capitulo pastoralis, numero quarto, de offic. deleg. Rot. diuers. parte prima, decisio. 659. numero quarto, Quando in iudicio de Ae-

93 gidiana tractatur, non est illa constitutio producenda, quia iam in Romana Curia nota est, & vti extrauagans ab omnibus dignoscitur, Felin. in capitulo primo, numero duodecimo, vers. sed visus, de re iud. Cassad. decisione secunda, numero sexto, de præsump. Mandos. ad reg. cancell. vigesimãoctauã, & debet in iudicio de illa censeri, perinde ac si esset producta, vt per Contar. in dicta l. vnic. questione secunda, de

94 Aegid. per tot. Ius tertij, vt quis se tueatur, non potest allegari in possessorio. Cassad. decisio. quarta, in princip. de restit. spol. Alex. in l. finali, numero vigesimotertio, & vers. sed non obstat, C. de edic. diu. adr. toll. Ruin. consilio centesimo uigesimo nono, numero nono, vol. secundo, Pu-

95 teus decisio. 216. par. prima. Nec te lateat, quod si in causa possessorij appellatũ fuerit, & in cõmissione inserta solita clausula,

vna

vna cum toto negotio principali, & causa in possessorio deseratur, tamen in principali negotio petitorij non erit dicēdā deserta, & id respectu diuersitatis, cum nil commune habeat petitoriū cum possessorio Achil. decisio decimaseptima de rescript. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirenda pos. Mortuo actore, quamuis Bellame. decisio 156. & Cassad. decisio prima, de re iudicata, litem fore finitam asserant, Tamen recentius illud dictum Rota declarauit intelligi, nisi reus causam prosequatur, & ob id non erit dicenda finita, ad hoc vt reus incipiat esse triennalis possessor, nisi per aliquos actus, tali iudicio illum cessisse constaret, vel reuocasse omnes suos procuratores. Sin secus, cum sit in ipsius potestate litem prosequi, vel non, interim non erit censendus pacificus possessor, Achil. decisione octaua, vt lite pendente, Cumulatio
97 petitorij, & possessorij, vel spolij, porrecta commissione in Signatura Papæ, ex gratia aliquando conceditur, Bellam. decis. 406. Gomes. super reg. Cancell. de Iur. quęs. non toll. ca. sexto, numero decimo, subdens numero nono, per Principem dari rescriptum præfatum, vt per illum ius quęratur, & non tollatur, sed vt iustitia fiat, nec Ius acquiritur ex eo, quod si esset verum, commissionis, vel rescripti nomen perderet, vnde priuilegium veniret nuncupandum, & ista de causa (vt dixi) Signatura Iustitiæ statutis nō derogat. Sed in Signatura Sanctissimi cu
98 mulatur petitorium, & possessorium, quia Papa lites extinguendo, ambo simul videri, vt de principali negotij veritate, ac proprietate videatur, mādat, talia nanq; possessoria remedia multum corrupta Iudicia inuoluunt, sed libentius in Rota, quàm alibi, dictę commissiones diriguntur, Sarmien. select.
99 sent. libro secundo capitulo decimotertio, numero duodecimo. Istæc vero vnio, quando non tangit merita causę, est leuissimi prę iudicij, Alexander consilio quinquagesimo quarto numero quarto, volumine quinto, Brun. cons. vigesimoprimo, columna finali. Grauet. consilio centesimooctuagesimo secundo, numero quarto. Sed præfata
100 Commissio denegatur, quando spoliator super Iure tertij vult audiri, quamuis de illo incontinenti probare velit, capitulo primo vbi Abb. numero quinto, de rest. spol. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune numero secundo, ff. de acq. poss. Felin. in capitulo finali numero tertio, de lib. obl. Rol. a vall consilio primo numero vigesimosexto, vol. primo Dec. consilio centesimoquinquagesimoseptimo, numero sexto, Gabr. libro, com. op. tit. & de rest. spol. concl. prima, numero tertio, Gozzad. consilio decimo, nume. vigesimoquarto. Prędicta nanque cumulatio, quando vnus proponit possesso-
101 rium, & alter petitorium non datur, Bart. in d. §. nihil commune numero vigesimoseptimo. Menoc. de adipisc. poss. rem. quarto, numero quinquagesimoquarto. Nec obstat decis. Put. vigesimanona parte tertia, quia loquitur, quando partium consensus,
102 adest. Intrat autem Aegidiana, tam si feratur sententia contra spoliatorem, quam contra spoliatum non reum, Put. decis. 316. par-
103 te secunda, Actus vnus solutionis ad quasi possessionē Iuris exigendi acquirenda sufficit Doct. maxime Rip. in c. Ecclesia sutrina nu. quinquagesimotertio de foro compet. Rom. consilio trecentesimo vndecimo, numero septimo, & octauo. Et quamuis possit allegari metu facta, tamen nisi tempore solutionis de hoc protestatio procedat, non attenditur talis metus exceptio, Grauetta consilio centesimodecimoquarto, numero 6. Rot. diuers. decis. centesimanonagesimasexta, numero secundo, & tertio, parte prima, & ead. parte decisio ducentesimauigesimasecunda, numero septimo. Et
104 Actus possessorius per triginta annos est sufficiens ad iustificandum mandatum de manutenendo, Rot. diuers. parte prima, decisio 422. numero tertio. Non venit quis
105 audiendus in petitorio, donec satisfaciat de omnibus, in quibus est condemnatus in possessorio, Put. late decisio centesimaquadragesimatertia, parte prima, Iudex Laicus an sit competens in causa possessorij spiritualis, ponit Put. decis. trecentesimasexagesimaquinta, & decis. trecentesima sexa-
106 gesimanona, parte prima. Quando alicuius rei quis possessionem assecutus est, non citato legitimo possessore, & constat non rite iudicem processisse, intrat spolium l. finali. C. si per vim vel alio modo. l. iuste possidet vbi Glos. & Bar. in princ. & Alex. numero quinto, ff. de acq. pos. capitulo conquerente de rest. spol. Grau. consilio centesimoquadragesimo, Veral. decisi. centesimaoctuagesimasexta, parte 3. Immo si quis accepit possessionē, ē autore Pretore, possessore nō citato, incidit in pęnam legis meminerim C. vnde vi Bar. in d. l. iuste possidet col. secunda versiculo, Sed pone, quod est interpositum, vbi Iason numero duodecimo, & sic suo Iure priuatur. Contra vsu-

fructuarium ad creditum consequendum agi non potest, nisi creditores agant contra heredem, Borgn. Caualc. in trac. de vsufru. mul. relic. numero 2771. Matthesil. not. quarto, numero septimo. Contra creditorem habentem anteriorem hypothecam, Saluianum interdictum non competere, tenuit Rota coram Illustr. & Reuer. Cardinali Mantica, in vna Placentina Saluiani interdicti, Veneris 16. Iunij, 1589. & ex istis sit dictis in hoc capitulo finis.

Com. *Vrbis*.

BEatissime Pater, si aduersarius in præinserta cōmissione expressisset, prout nō sine dolo et fraude tacuit, quod actum fuit possessorio, in quo vigore constitutionis Aegidianę appellationi, saltem suspensiuę locus non est, vtique præinsertam subreptitiè, ac obreptitiè forsan non obtinuisset, & quia impetratis falsus præcator carere debet, Ideo dignetur S. V. committere, & mandare R. P. D. in ciuilibus A. C. Locumtenenti, vt ad vlteriorem executionem procedat, iuxta suas ordinarias facultates, præinserta, ac inhibitione illius vigore emanata, seu forsan emananda, non obstante Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. sub censuris, &c. & alijs clausulis vt supra.

Solet autem Signatura in similibus commissionibus rescribere cum secunda parte, quia non iudicat, & iudicium forsan, adeo turbidum esse poterit, quod executioni locus non esset, iudici ad quem, sub hoc tenore.

Vel si magis placet, committatur eidem R. P. D. A. cui præinserta dirigitur, vt constito quod sit locus Aegidianę, exequatur, sin secus causam appellationis cognoscat.

BEatissime Pater, Alias deuotus S. V. orator A, egit contra B. aduersariū causa, & occasione non nullarum pecuniarum sibi debitarum, summam 600. scutorum circiter cōstituentiū, corā R. P. D. A. C. Locumtenēte, a quo vigore saluiani īterdicti fuit immissus in pōssessionē cuiusdam domus præfati aduersarij, sitæ in vrbe, in regione Pontis in via dicta .... iuxta..... & alia sua notissima confinia per oratorem possidendæ, donec, & quousque de pensionibus decurrendis integrè fuerit satisfactus, tam de sorte principali, quam de fructibus, & expensis, verum quia Pater Sācte, creditum oratoris, qui pauperrimus est, vel quia sunt pecuniæ dotales, vel est magnum, & pensiones, quæ quolibet anno de dicta domo, quando locata sit, non detractis expensis, quę continue occurrunt, uix est triginta scutorum monetæ, & orator plures annos ad consequendum sui creditum, cum maximo eius ac familię suæ damno expectare coactus esset, ac ita minutim pecunias percipiendo, non potest corpus de ipsis facere, immo in tam pauca summa illas percipiendo, cōtererent. Ideo vt vnico contextu reinuestire illas, post tot, tantosve labores, & expensas orator possit, ac fructus ex illis percipere, pro sua, & suæ familię substentatione, recurrit ad pedes S. V. illi humiliter supplicando, quatenus eodem A. C. committere, & mandare dignetur, vt ad subhastationem, & deliberationem præfatę domus, plus offerenti (vt moris est) procedat, procediq; mandet, & faciat, ac de pretio ex dicta venditione redigendo, oratori, tam de sorte principali, quam de fructibus, & expensis factis, & faciendis, vsque ad integram sui crediti consecutionem, integre satisfieri mandet, ac effectualiter faciat, mandataque quęcunque necessaria, & opportuna, etiam sub suo paruo sigillo, regula contraria non obstante, decernat, & relaxet, cæteraq; omnia, & singularia faciat, & exequatur, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna. Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. constitutionib. & ordinationibus Apostolicis legib. statutis, etiam iuramēto vallatis, priuilegijs quoq; & indultis, cęterisque in contrarium quolibet facientibus minime obstantibus, quorum tenores.

BEatissime Pater, si aduersarius in præinserta cōmissione S. V. expressisset, prout non sine dolo tacuit, quod actum fuit possessorio corā D. A. C. a quo appellatione a diffinitiua conficta, obtinuit cām auocari, & cōmitti R. P. D. A. vt in præinserta, vtiq; eam subreptitiè, & obreptitiè non obtinuisset: verum quia Pater Sancte Iudex possessorij, pariter iudex petitorij de iure esse debet, ideo supplicat S. V. deuotus illius orator, quatenus præuia auocatione causę, & causarum huiusmodi a præfato R. P. D. A. illam, esset illas, necnō quam, & quas &c. eidē A. C. remittere, & quatenus opus sit cōmittere, & mādare digneī audiēdas, cognoscendas, decidēdas, ac fine debito terminandas summariè, cum omnibus incidentibus

emer-

emergentibus, annexis, & connexis, &c. ac toto negotio principali Cũ potestate Citandi, & inhibendi, &c. ac oratorem in possessione, in qua existit, prout iuris fuerit, manutenendi, mandataque insuper necessaria, & opportuna, etiam sub paruo sigillo, regula contraria non obstante; toties quoties opus fuerit, decernendi, relaxandi, exequendi, exequi faciendi, & mandandi, Cæteraq; omnia alia faciendi, dicẽdi, gerendi, & exercẽdi, quæ in præmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna, constitutionibus, ordinationibus, Apostolicis, stilo palatij, & Curiæ, præinserta, & inhibitione illius vigore emanata, vel in posterum emananda, cęterisque quomodolibet in contrarium facientibus, minime obstantibus, quorum tenores, statum & merita causæ pro expressis haberi placeat.

BEatissime Pater, si aduersarius, qui sub colore Aegidianę constitutionis præinsertam obtinuit executorialem D. A. C. directam S. V. expressisset, quod in causa Ecclesiastica præfatæ constitutioni locus non est, vt toties resolutum fuit, vtique eam non obtinuisset, & quia falsus precator, impetratis carere debet. Ideo ad dubitationes tollendas, præuia quatenus opus sit auocatione a R. P. D. A. C. cui præinserta executorialis dirigitur, Dignetur committere, & mandare eidem R. P. D. D. A. cui primo loco inserta commissio appellationis pro oratoris parte directa fuit, vt iuxta illius tenorem in causa, & causis procedat, præinserta secundo loco, ac inhibitione emanata illius vigore, vel in posterum emanãda, minime obstantibus, Cum potestate citandi, & inhibendi in curia, & extra &c.

SVMMARIVM.

1 *Interloquutoria sententia, vel decretum quæ sint.*
2 *Interloquutoria est genus.*
3 *Interloquutoria, in quibus à sententia diffinitiua differat.*
4 *Commissio Appellationis ab interloquutoria non ita de facili conceditur.*
5 *Appellatio ab interloquutoria venit iustificanda.*
6 *Appellatio ab interloquutoria quare ita passim non admittatur.*
7 *Interloquutoria respectu partis in Iudicatum transit.*
8 *Interloquutoria quo ad Iudicem in iudicatum non transit, & quando.*
9 *Reponendi aduersus decreta, stilus in Rom. Curia, & quare sit.*
10 *Appellatio de iure Canonico a quolibet decreto admittitur.*
11 *Repositio iudicis quid operetur.*
12 *Appellatio admittitur a iudicis repositione.*
13 *Repositio iudicis a quo, annullat processum iudicis ad quem.*
14 *Reponere pluries iudices possunt.*
15 *Repositio cessat lata sententia diffinitiua, seu vim diffinitiuæ habente.*
16 *Index ordinarius, ex causa suam sententiam reuocare potest.*
17 *Regula cancellariæ prohibet appellationem ab interlocutoria.*
18 *Appellatio a decreto interlocutoria, quando, nisi per diffinitiuam non reparatur, est danda.*
20 *Appellatio ab interlocutoria an suspendat iurisdictionem iudicis a quo & num. 47.*
21 *Appellans ab interloquutoria, non venit vlterius ad diffinitiuam citandus.*
22 *Clausula quam, & quas, quid in commissione appellationis ab interlocutoria operetur.*
23 *Commissio appellationis, quare mentionem sententiæ, a qua appellatur, debeat continere.*
24 *Causæ expressio in commissione appellationis a diffinitiua vel illius vim habente, non est necessaria & num. 26.*
25 *Statutum loquens de diffinitiua, comprehendit illius vim habentem.*
26 *Causæ expressio, quando in commissione appellationis a diffinitiua, vel illius vim habente, necessaria.*
27 *Iudices in Rom. Curia statim citata parte ad dicendum contra commissionem inhibent.*
28 *Commissio est in inhibitione inserenda, & quare.*
29 *Clausula nostris, immo Apostolicis obedire mandatis intellectus.*
30 *Clausula auctoritate nostri officij, vel qua fungimur, quando ponatur, vel viuæ vocis oraculo.*
31 *Appellatio an detur a moderatione inhibitionis.*
32 *Sequestrum quando sit decretum prouisionale.*
33 *Appellatio à sequestro quando detur vel non.*
34 *Appellatio a sequestro tangente merum possessorium non admittitur.*
35 *Appellatio a consignatione sequestratæ pecuniæ, quando detur.*
36 *Appellatio datur a reuocatione sequestri.*
37 *Sequestrum quatuor ad eius validitatem habere debet.*
38 *Sequester propter dilapidationem, vel consumptionem bonorum, quando dandus.*
39 *Appellatio ab interlocutoria non iustificatur ex nouiter deductis, secus à diffinitiua.*
40 *Causas exprimere relatiue in appellatione ab interloquutoria, quando sufficiat.*

De Commissione Appellationis ab Interlocutoria.

1 ILlam interlocutoriā sententiam, siue decretum, quādo nullatenus de diffinitiua participat, neque vim illius habet, communiter fore, nostri iuris interpretes sanxerunt, quæ
2 licet genus sit, cum de illa omnis sententia participet, tamen in multis a diffinitiua dif-
3 fert, relatis per Rebuf. in l. quod iussit. ff. de re iud. de qua late dixi infra in meo Trac. de sent. speciebus &c. & Felin. in rub. de re iudi. Aret. in Trac. sentētiā. n. 16. Quāuis loquēdo de sententia, in dubio de diffinitiua intelligatur, Dec. in cap. super eo el 2. nume. 6. de
4 App. Sed quando ab ista interlocutoria appellationis commissio porrigitur, non ita de facili relaxanda venit, quia non solum narrari grauamen de præsenti, sed iustificari, vt etiam causa ipsius appellationis, debet, & pa
5 riter in appellatione a diffinitiua, de vtroque iure, & Pontificio, & Cæsareo, Abb. in cap. 1. num. 6. de dilat. Bar. in l. ait prætor §. permittitur, ff. de minor. Castr. in l. 1. §. fi. nu. 7. vers. ista est bona causa, ff. de App. Felin. in cap. accedens el primo, nu. 6. vt lit. non cōt. Put. decis. 400. num. 2. par. 3. Corn. cons. 28. num. 21. vol. 1. Prompta se se ratio offert, vt
6 discerni possit, an causa, a qua vox appellationis emittitur, sit de approbatis a iure, quod non ita de facili ab interlocutoria appellationē approbat, vt citius sit litibus finis, Bal. in l. cum solum, numero decimo, C. de sent. & interl. om. Iud. Ias. in l. apertissimi nu. 15. C. de Iudic. & in l. eum qui numero primo, ff. de Appel. recip. l. ante sententiæ tempus
7 C. quor. app. non recip. l. 1. C. de Episc. Aud. Et quamuis respectu partium in iudicatum interlocutoria transeat, ac illis præiudicet Castr. cons. 62. num. 4. vol. 4. Canon. in capit. cum dilecta de elect. capit. cum cessante de
8 App. DD. in l. quod iussit ff. de re iud. Tamen non respectu iudicis, qui tales interlocutorias, partes tempore debito reponendo, vt Romanæ Curiæ mos est, eo quia celerius
9 causæ postea expediantur, sæpe reuocare solet. Licet, si de partium consensu feratur interlocutoria, non sit amplius reuocationi locus, Abb. in d. cap. cum cessante num. 14. & in ca. significante numero quarto, & seq. de appel. Subdens ibi, neque posse Iudicē id facere, si appellationi detulerit, vt num. 15. quamuis a quolibet decreto de iure Canonico appellatio approbetur, Franc. Aret. con
10 silio 166. nu. 9. & cons. 107. Et quod in Romana Cur. tam iudices ordinarij, quam delegati reponant, dixit Bart. in l. 2. num. 2. ff. de appel. recip. alias daretur absurdum, qđ nunquam appellaretur, Imol. Franc. & Dec. in cap. cum teneamur de appel. quod parti præiudicium non parit, cum ad expeditionem facilius tendat, Sed quando a Iudice reuocari interloquutoria possit, nec ne, late
11 tradit Dec. in d. cap. cum cessante, num. 10. ad fin. de appel. Operaturve talis repositio, vt ab initio terminus decursus non censeatur, quare appellantem ad pristinum statum reponit, Rot. decis. 12. de probat. in nou. Veral. decis. 264. par. 1. Lancel. de attent. appel. pend. cap. 12. limit. 1. nu. 13. Quare, si grauamen

namen tollit, in consequens, & appellationem interpositam, & processum iustificat Zabarel. in Clem. Appellatio, num. 4. versic. Quarto oppono de appellat. Tuncque reponere iudex poterit ab interlocutoria, quando eius officium non finitur, nam eo casu si bi non permitteretur, Abb. in cap. significantibus, nu. 3. de offic. deleg. Respicit namque talis appellatio modum procedendi, & non est decisoria, ideo ab ea, non a diffinitiua reponit iudex. Rip. in cap. sicut Romana num. 21. & 22. de rescrip. Quia appellatio prima, siue ab iniustitia, est remedium extraordinarium contra ius, l. ante sententiã, C. quor. appel. non recip. & appellatio a diffinitiua est remedium ordinarium, ideo extraordinariũ facilius tollitur de iure ciui-
12 li, Secus vero de iure canonico, qđ ab omni decreto appellationem permittit. Potest autem a tali repositione pars appellare, Veral. decis. 265. parte prima, Rot. decis. 12. de probat. in ant. Lancell. vbi sup. limit. 1. num. 14. Et iudex reponere, vt fit passim, quæ repositio annullat processum Iudicis ad quẽ, Boer. decis. 256. post princ. & ibi Lancel. nu
13 mero 16. Ac pluries etiam reponere potest, Bar. & Alexand. in l. quod iussit, ff. de re
14 iud. Quod non solũ (vt dixi) fallit in diffinitiua, sed etiam in illius uim habente, quę
15 non potest per iudicẽ reuocari, glo. in c. fin. in verbo inanes de elect. in 6. Rom. sing. 129. & in cons. 358. nu 3. & 4. Aufr. ad Cap. Tholos. decis. 48. Alex. in l. iuste num. 24. de acq. pos. Ang. cons. 200. num. 4. Rebuf. in l. quod iussit n. 102. ff. de re iud. Dato etiam, quod sit in exequutiuis, Bald. in l. 1. num. 7. C. de exeq. rei iud. Quia iam semel suo est munere functus, Innoc. in cap. nosti, numero secundo de elec. Quod fallit in multis casibus, relatis per Dec. in dicto cap. in litteris a nu. 5. vsque ad 8. Licet ordinarius ex causa reuocare diffinitiuam valeat, Rot. decisione secunda, & decis. 16. de re iud. in nou.
16 Put. decis. 273. num. 2. parte tertia. Quamuis id ordinariè in interlocutoria seruetur tantum, Card. in Clem. fi. col. 1. in 3. oppos. vbi Vital. num. 34. de appel. Ias. in d. l. quod iussit, num. 22. vbi Rebuf. num. 52. ff. de re iud. Vestr. in sua praxi, lib. 8 cap. 4. num. 6. Et an, & quando Delegatus suam sententiam reuocare valeat, tradit Felin. in cap. in litteris,
17 numero primo, vers. Sed dicat, de offic. de leg. Quamuis ex regulæ Cancellariæ dispositione a præmissis interloquutorijs appellare prohibitum sit, vti ante eas de iure ciuili, l. ante sententiam, C. quor. appell. non recip. ideo idem quod ius ciuile regulę præ-

fatę statuunt, quia cum eo se conformant.
18 Quod procedit (vt dixi) quando grauamen reparari nequit, nisi per diffinitiuam, ex doctrinis supracitatis, Salic. in l. vnica num. 4. vbi Conrard. limit. 5. nu. 7. vers. Ratione interloquutoriæ, C. si de mom. posses. Vel ꝙ perimat totum negotium principale, l. intra vtile, ff. de minor. & d. l. ante sententiæ, Vel totam determinet causam, siue secum exequutionem trahat. Dico de iure Cesareo, non Pontificio, permittente ab omni grauamine appellationem, cap. super eo el secondo de appellat. cap. cordi, eod. tit. in sex
19 to. Id vero, quod supra dixi, quo ad iudicem interloquutoriam nunquam in iudicatum transire, sed bene quo ad partem, Bellam. decis. 51. dicas non esse verum, si fuerit exequutioni demandata, Bar. in d. l. quod
20 iussit, num. 10. versic. Potest intelligi. Et istæc appellatio ab interloquutoria de iure non suspendit iurisdictionem iudicis a quo, cap. non solum de appell. in 6. Et bene in cap. fi. de dol. & cont. eod. lib. Qua-
21 re, si postquam a præfata interloquutoria fuerit prouocatum, & postea pronũcietur, non erit sententia nulla, quia non operatur causæ deuolutionem, Veral. decis. 34. parte prima. Immo, quod plus est, recedens a tali interloquutoria appellando, non est amplius ad sententiam diffinitiuã citandus, neque ob id inualidatur processus, nisi de sui benignitate iudex illum citari mãdet. Abb. in cap. prout de dol. & contum. vt in d. cap. fin. eod. titulo, in 6. Et ideo a futuro grauamine de præsenti appellatur, propter futuri grauaminis timorem, Abb. in ca. 1. nume
22 ro tertio, de dilat. Quare, si a præmissa interloquutoriæ appellatione commissio dari contingat, ne amplius ad iudicem a quo redire pars grauata cogatur, Praxis Romanæ Curiæ clausulam apponi in præfata cõmissione inoleuit, nec non quam, & quas vna cum toto negotio principali, de qua dixi in Com. Appel. in Rom. Cur. super eisdem verbis, quamuis si iuridice interponatur, omnia post gesta annullẽtur, quia tunc iudicis suspendit iurisdictionem, cap. si a iudice, de appel. in 6. cap. super quæstione, & cap. cum olim, el primo. Vbi Abb. nu. 13. de off. deleg. & appellatur à iudicis in Curia, eo quia contra legem pronunciat, vt per Bart. qui omnium iudicio in æquitate, & veritate cęteros scribẽtes præcessit, Abb. in cap. cum nobis, num. 2. de præscript. in l. ait prætor, ff. de minor. quare expressio cau
23 sæ, vt dixi requiritur. Sed vt dignoscatur differentia inter præmissas sentẽtias interlo-
cutorias

cutorias diffinitiuas, siue illius vim habentes, sufficit in cõmissione exprimere; quod appellatur ab interloquutoria, siue diffinitiua, ac decreto illius vim habēte, post verbũ appellationis, & appellationum a quadam prætensa diffinitiua, &c. Quamuis ad cautelam ponatur verbum, seu illius vim haben-
24 te, Rom. cons. 41. numero primo. Parique modo, sicut in diffinitiua causam exprimere necesse non est, ita etiam, neque in interloquutoria illius vim habente, Bald. in l. minoribus, ff. de his quibus, vt indign. Abb. in cap. peruenit, colu. 2. Philip. in cap. vt debitus, Butr. in cap. tua nobis de appell. Maran. in prax. iudic. parte sexta, versic. Et quandoque appellatur, num. 142. & sequēt. Franc. Aret. cons. 106. numero quarto Moder. in cap. peruenit, eodem titulo, Bal. in l. ante sententiæ, numero quarto, C. quorum appellat. non recip. Et ratio præmissorum
25 est; quia statutum loquens de diffinitiua, comprehendit etiam interloquutoriam illius vim habentem, ac etiam iudicis præceptum, Iaf. in rubr. ff. de iudic. num. 13. Alex. cons. 50. numero secundo, volumine secũdo, Borgn. Caualc. decisione sexta, nume-
26 ro tertio. Quod fallit in sententia visitatorum, vel morum correctoria (vt dixi) Fallitque pariter, quando appellatio esset contra ius, quia licet a diffinitiua, siue illius vim habente fuerit appellatum, tamen ex resistētia iuris, causæ expressio omnino necessaria erit Abb. in c. cum speciali. §. Porrò, numero sexto, de appellat. Innoc. in capitulo pastoralis, numero sexto, de offic. deleg. Roman. cons. 424. num. 7. Spec. in titulo de exequut. sentent. §. nunc dicendum, vers. Quid cum iudex, &c. Quamuis causa etiam non expressa, an legitima sit appellatio necne, iudex cognoscere valeat, ac illius validitatem gustare, inhibendo a die cognitionis,
27 vt ibi Abb. Licet in Rom. Cur. ex praxis ipsius diuersitate, præfata non attendantur, nam commissione iudici præsentata, illico iuxta illius formam rescripto Apostolico parendo, inhibet, & de hoc stilo loquitur Staphyl. de lit. iust. in cap. commissione, nume-
28 ro quatto. Sed quando inhibet, commissio in inhibitione inserenda venit; alias & nulla inhibitio foret, ac nulliter iudex procederet: neque in consequens citatus comparere teneretur, quia eo casu, neque de iurisdictione, nec quomodo inhibenti sit tributa, appareret. Quamuis prius citatio ad dicendum contra commissionem præcedere præmissa debeat, nec non etiam ad videndum iuxta cõmissionis tenorē inhiberi, at si nullā præcedente citatione inhibeatur, eodem modo, absque citatione reuocari pariter inhibitio poterit, in qua concedenda, cognitio potius requiritur verbalis, quàm in actis via iuris ordinaria redigatur, Mandos. in sua praxi, in titulo de inhibit. quæst. 41. & 42. Lancell. de attent. parte secunda, cap. 20. ampl. 11. numero quinto, & ideo requiritur partis citatio, quia iura, vt arctent, nec fidem facere dicuntur producta, ante citationem, vt latè colligitur, ex decis. 1. de except. antiq. num. 2. Ideo, quando iudex delegatus, vel quisuis alius alieno nomine iurisdictionem exercens, apponit clausulam, si-
29 cut A. C. passim facit. Nostris, immo verius Apostolicis obedire mandatis, eo vtuntur sermone; quia specialiter a sede Apo-
30 stolica est illis indultum. Sed quando pleniorem habet auctoritatem, aliam subrogat loco præfatę clausulam. Auctoritate nostri officij, seu qua fungimur, vel viuę vocis oraculo, & talis est præfatarum clausularum stilus Rom. Cur. qui seruatur quotidie, vt latè Imol. in cap. cum in iure, numero quinto, de offic. deleg. Appellationem
31 non dari a moderatione inhibitionis, per quã alteri iudici causa remittitur, dixit Rota, decis. 1. de offic. deleg. in no. Lancell. vbi supra, parte secunda, capit. 20. limit. 2. in princip. sed Capic. decis. 144. num. 6. contrarium tenet Rot. de appellat. in nou. decis. 46. Sed prima verior sententia, quia continet simplicem interloquutoriam, Abb. & Doct. in cap. cum tua de ordin. cogn. Reg. cancel. 44. quam solent iudices reuocare, cap. si audita de appellat. in 6. & cap. cum cessante vbi Doct. eod. tit. Prēmissa verò nō procedunt; si pro parte moderari inhibitio contingat, pro alia parte firmā remanente causa coram iudice moderante, quod exemplificari potest circa petitorium, & possessorium, Rot. decis. 46. de appellat. in nou. Eoque magis præfata regula procedit, quando ex Signaturæ decreto, siue ordine, illam iudex tollit, quod sæpè rescribendo iudici, vt suam moderetur inhibitionem, faceret solet. Et ratio est, quia a decretis Signaturæ, & sic Papę, non datur appellatio, Card. Alex. in rubr. de appellat. num. 32. cap. consuluit, el tertio, de apppel. Maran. de ordin. iudi. ibi in verbo, & quandoque appella-
32 tur, num. 356. vers. trigesimoseptimo. Sequestrum tunc dicitur decretum prouisionale, quando ex aliquo emergenti a iudice fiat ad tollendas rixas, aliosue rumores, q de facili oriri possent, prēseruato tamē iure partium. Ob id appellatio ab eo non permittitur

tur, decis. Pedemont. 25. nu. 14. Benint. de decis. 79. numero secundo, & seq. quod inter cetera exemplificari potest in auocatione possessionis, quam iudex facit ad se, Alex. stiatic. in sua prax. iudicia, cap. 9. nu. 45. Bald. in l. æquissimum, ff. de vsufr. Afin. in tract.
33 de exeq. cap. 122. cum plurib. seq. At quando in cæteris causis a sequestro appellationem non dari dicitur, id declara procedere, si sequestratarius acceptauerit sequestrum, sed quando se debitorē negando, illum recusauerit, tunc nisi de debito per instrumētu m publicum conueniatur, nō solū intrat appellatio a decreto consignationis sequestri, sed debet sequestrum reuocari, ac super alijs debitoris bonis exequutio dirigi, l. a di-
34 uo Pio, §. sic quoque, ff. de re iud. Et quando sequestrum merum possessorium concernat, appellationem nō dari tenuere, Bart. & Doct. in l. generaliter, §. Sed iuramento, C. de reb. cred. Bart. & Doct. in l. quisquis, C. quorum appel. non recip. Sed a decreto sequestri, appellatio datur, Ang. cons. 107. dicens, id procedere, quando est nullus, Marant. de ord. iud. p. 6. art. 2. nu. 191. quia fit iure resistēte, & sic grauamen infert, quamuis ordinaria sequestri medicina sit cautio, l. si fideiussor, §. fi. ff. qui satisd. cogn. Secus si causæ cognitio præcesserit, quia nisi causa finita, tunc non relaxatur, tot tit. de prohib.
35 seq. pecun. Maximè si de cognitione agatur, quando sequestratarius illum non acceptauit, neque debitum fassus fuit, aut de illo per publica documenta non conuincatur, Bal. in l. etiam, nu. 3. C. de exequut. rei iud. At quando non est decretum mandatum, dummodo non suspensum per appellationem, & post illud fiat sequestrum, iuribus productis, nullam habet difficultatem, quia
36 bene gesta, & iudicis mens firmantur. Præterea ab eius reuocatione datur appellatio, tū quia idem est grauamen, tum quia contrariorum est disciplina, l. 1. ff. de his, qui
37 sunt sui, vel al. iur. Sed quatuor concurrere debent ad hoc vt sequestrum sub prætextu debiti super re aliena fieri possit. Primo, quod de credito petentis sequestrum constet, Abb. in cap. 2. num. 28. de sequestr. possess. vbi scrib. Rebuf. ad ll. Gall. Tom. 3. titulo de seq. glos. 1. num. 21. Guid. Pap. decis. 246. numero primo. Secundo, quod cōuentus dilapidet bona, vel valde reddatur de hoc suspectus, cap. fi. de sequestr. pos. l. imperatores in fi. ff. de appel. Guid. Pap. decis. 246. numero quinto. Tertio requiritur, quādo actor non habeat sententiam pro se, ita quod illius respectu simus in prima instantia, & q nō sit soluēdo cōuentus, quia si erit soluēdo, et q fructus dilapidet, non venit cōcedendum sequestrum, Aufr. ad Capic. Tolos. decis. 477. in princip. Abb. in cap. fin. de sequestr. pos. Lancel. de attent. appel. pend. limit. 12. num. 4. Quarto requiritur, quod non possit præsumi subesse calumnia, vel emulatio in illo petēdo, Guid. Pap. dec. 146. nu. 3. & 13. Sed in hoc proposito debitoris partes facile esse puto interuertere, cōsume-
38 re, velcelare, & sic eo modo, quo pp dilapidationem datur sequester, ita pariter propter consumptionem, ac conuersionem in proprios vsus possidentis, quamuis iudicis arbitrio id repositum sit, Abb. in c. 2. nu. 24. de sequestr. pos. & fruct. Ioan. And. in cap. locupletari, numero octauo, ante fi. versic. si iudici æquitate suadente de reg. iur. in 6. Salic. in l. vnica, numero quarto, & seq. vbi etiam Bald. numero primo, C. de prohib. seq. pec. Si peti contingat commissio relaxationis sequestri, post collitigantis cessionē, solet dari, addita clausula, quatenus alij collitigantes non adsint, & prout de iure, pariter si agatur pro Hospitali, super deuolutione certorum bonorum stabilium, & ad sui fauorem lata sit sententia, ac interim reus decedat, nemine hæreditatem adire volente, ne fraus a colonis, & alijs fiat, & ne bona dilapidentur, vel pereant, alias vidi seque-
39 strum cōcessum. Redeundo itaque ad præpositam interloquutoriæ materiam, dico appellationem ab ea emissam non iustificari ex nouiter deductis, in qua nec etiam producta post appellationem attenduntur ad effectum talis iustificationis, Corn. cons. 10. numero secundo, volumine quarto, Rot. diuers. decis. 386. numero primo, parte tertia. Secus vero i appellatione a diffinitiua, ratio est, quia appellatio ab interloquutoria derogat iurisdictioni ordinariæ, & est odiosa, ad retroacta solum oculos habens, Rot. decis. 1. vt lit. pend. in nou. Ob id requiritur causa sufficiens, cap. cordi de appell. in sexto, cap. ad consultationem de re iud. Bar. in l. ait prætor, columna secunda, vers. Item nota, quod dicit iniuriam, ff. de minor. & in l. minoribus, columna prima, versic. Quarto notatur, C. ad Sillan. Innoc. in cap. fi. sup. gl. in verbo procurauit, de nou. oper. nunc. Alias redderetur rescriptū nullum, Innoc. in cap. ex litteris vbi gl. in verbo expressum, de offic. deleg. Franc. in cap. ex parte nobis, de appellat. Franc. Aret. cons. 106. num. 9. &
40 seq. Et quāuis causas sigillatim fore exprimendas colligatur ex dicta clem. appellanti, tamen per quandam relationem id facere

re satis erit, vt exempli gratia, causam grauaminis allego vigore exceptionis pacti, mihi competentis, prout de illa cōstat in actis: tuncque, quia virtualiter, siue mentaliter comprehenditur, necessario ex vi præmissorum verborum videtur nominatim, & sigillatim expressa: idemque si ex iuris præsumptione, de grauamine pateat Alex. consil. 126. numero vndecimo, volumine sexto, Bald. in l. in minoribus numero quinto, C. de his, qui vt indign. Dec. consl. 687. numero quarto, Felin. in cap. accedente, el primo post num. 8. vers. In quantum, vt lit. nō contest. At si exprimantur, puta duo causæ grauaminis, subnectendo clausulam, quo multi vtuntur, & alijs suo loco, & tempore exprimendis, erit clausula superflua, & ex stilo Rom. Curię nullius momenti, etiam si notorie forent causæ, quia (vt dixi) in hoc particulari, debet exprimere, & probare cū suę intentionis sit fundamentum, Zabarell.
41 in clem. appellanti, numero septimo, de appellat. Contingere etiam poterit, quod qs appellando ab interloquutoria, vno expresso grauamine, subdat clausulam generalē, nec non ab omnibus alijs grauaminibus, quæ ex actis, & processu causæ colligi possunt. Modo dubitandum venit, an ita appellans super alijs grauaminibus specialiter non expressis, obtentaq; commissione, causas prosequi possit? & licet affirmatiuè videatur primo respondendū, quod acta sunt nota, & publica, & sic de contentis in illis scientia haberi possit, cap. quoniam contra de probat. Innoc. in cap. cum in iure, nu. 5. prop. fin. de offic. deleg. ob id exprimendę non veniant, cap. accedens, vt lit. non cont. capit. audientia de accusat. Tamen contrarium tenuit Rota decis. 2. de appellat. in no. & decis. 44. eodem titulo, in antiq. ea potissimum ratione, ne in incertum appellans vagare debeat, ac vt citius litibus, laboribus, & expensis finis esse possit, l. properandum, C. de iud. Vnde talem committi appellationem instans non debet, nisi super expressis audiri, cap. fi. de dol. & cont. d. cap. cordi de appell. in 6. clement. appellanti eodem titulo, quia præfata incertitudo a iure reprobatur, cap. ad aures de rescript. cap. 1. & cap. 2. de appellat. cap. fi. de lib. oblat. Et quāuis ex alia parte grauamen in specie exprimens, fatuus nuncupari possit: nihilominus in facto nostro id nō procedit: qa nisi nominatim exprimantur alia grauamina, non debet obscure super non expressis dari commissio, sed solum ad ea, quæ sibi appellans ponere elegit, vel expressit, Ioan. Andr. in cap. cum causam de appellat. decis. 2. nume
42 ro secundo, eodem titulo, in nou. Et sic clausulæ, quæ grauamina non expressa continent, veniunt in hac commissione delenda, quia existente appellatione nimis vaga generali, & incerta, vti reprobata de iure, neque concedi, neque circa eam per Signaturam rescribi debet, Vestr. in sua prax. lib. 3. cap. 10. numero primo, cap. ad hæc & cap. fi. de rescript. cap. 1. & 2. de lib. oblat. decis. quinta, de appellat. in nou. Ac vltra prædi-
43 cta talis grauaminis, vel grauaminum expressio duplici de causa etiā fit. Primo vt iudici a quo debitus honor deferatur, ac in quo appellans grauetur, gustari possit, cap. vt debitus de appellat. Secundo, ne appellans, amplius variare valeat, sicque apparet, quod per clausulam præfatam, & omnibus alijs grauaminibus, de quibus in actis causæ, & causarum huiusmodi suis loco, & tempore deducendis, ad quæ se refert, aliquibus ex relatis rationibus satisfactum non esse, ob id recedendum a relatis non venit. Idque
44 fallit, quando appellatur a certo, & particulari grauamine, quia pro illius iustificatione, quicquid ex actis colligitur, tunc allegari poterit, etiam in genere, nil aliud particulariter expecificando, vt in dicta decis. 2. numero primo, de appellat. in nou. Gemin. cons. 102. numero primo, cap. dilecto, de
45 appellat. Secundo fallit, quando ex allegationibus iuris interloquutoria iustificatur, quia eo casu illata grauamina non veniunt exprimenda, Cassad. decis. 5. nume. quarto,
46 & de seq. pos. & fruct. Differentia vero est inter appellationem interpositam a iudice delegato, & ab ordinario, quia si a grauamine per delegatū illato appellationis vox emittatur, in omnibus appellans ab eius iu
47 risdictione eximitur. Quod secus est in iudice ordinario, decis. 15. de appellat. in antiq. Innoc. in cap. olim, in glo. fin. de offic. deleg. Sed an dicta appellatione pendente, iudex a quo procedere valeat, dico quod sic, tamen ante inhibitionem, cap. non solū de appellat. in 6. Bart. in l. eius qui num. 5. ff. de appel. recip. Sed de iure Codicis ita appellans, in lib. 50. punitur, l. 2. C. de episc. aud.
48 Quare in admittendis, vel in rescribendo, quo ad huiusmodi appellationes, quæ nisi illa decem narrata in generali prǣludio de appellat. num. 28. & seq. concurrant, locū non habet: Valde per Signaturam, ac alios Principes, seu Superiores rescribentes, ad tollenda reorum subterfugia, qui millies ita appellarent, inuigilandum venit, illa tantum concedendo, quæ sacri canones, ac leges

ges humanæ statuunt, & vtinam causarum expeditioni opera daretur, nam in l. properandum, C. de iudic. Triennio ciuilis instantia
49 petit, Biennio vero criminalis, l. vnica, C. vt caus. Crimin. & in illis quatuor casib. per Soc. in tract. fallent. reg. 182. connumeratis, licet de iure canonico secus, cap. venerabilis, secundum vnum intellectum, de iudic. cap. tum ex litteris de in integr. restit. cap. cum olim, § iudices de priuil. quamuis sacr. Concil. Trid. in cap. causæ omnes. 24. sess. vt dicam, quo ad causas quolibet ad forum Ecclesiasticum pertinentes, bene pro-
50 uideat. Tertio fallit, quando quis ab articulorum admissione appellat, ipsis impertinentibus, obiectiuis, ac defectiuis existentibus, quia reperto aliquo articulo impertinente, obiectiuo, vel defectiuo, aut male expecificato, iustificatur appellatio, Bellam. decisione 444. Pariter appellationi locus erit, quando protestatione nō obstante, iudex incompetens, super incompetentia articulos admittit, nam tunc videtur exceptionem incompetentiæ repellendo, se competentem pronunciare tacite, Galles. ad oblig. Cameral. quæst. 2. parte tertia, numero octauo, Ro-
51 man. cons. 384. numero quarto. Quare si appelletur ab inordinato processu, siue ordinis peruersione in procedendo, & si nō pariat nullitatem, sed partem grauet, tamen bene fit, nam si alias in negotio principali, grauaminis articulo omisso procedi pateretur, sibique noceret, ac præiudicium pareret, Veral. decis. 6. vel 60. num. quinto, & 6. parte prima, Bellam. decis. 547. de quo vide latè Fel. in cap. suborta, numero quar-
52 to, in prima limit. de re iud. Et licet (vt dixi) regulariter ante diffinitiuam appellatio prohibita sit, regula fallit, quando iudicis interloquutoria, siue decretum, aut ordinatio, principale negotium tangit, aut eius substantiam, nam tunc, quia per diffinitiuā reparari nequit, ac irreparabile præiudiciū, vel damnum affert, ius appellationi assistit, l. intra vtile, ff. de minor. 25. annorum, vbi Bart. & Doct. Duen. reg. 52. incip. appellari a sententia interloquutoria, in tertia fallent. Doct. in l. si is qui, ff. de verb. oblig. melius vero tunc est appellando in tpe occurrere, quam post exitum vindicare, siue sera prece succursum sibi petere, l. 1. C. quand. lit. alien. sing. iud. suff. l. 2. C. de iur. & fact.
53 ignor. Quamuis ante sententiam diffinitiuam, vt puta ab indebita carceratione appellari possit, quia est irreparabile grauamen per diffinitiuam, talis namque appellatio interponi singulis horis, & momentis valet, vt etiam, & in similibus, glo. in clem. 1. in verbo ipso iure, vbi canon. de hæret. Duen. d. reg. 52. limit. 1. Franc. in cap. super, el secondo, numero secundo, in fi. de appel. Bal.
54 in l. si clericus, C. de episc. Aud. Et an ab ijs, quæ ex iudicis arbitrio pendent, appellatio permittatur, dic quod non, Rota decis. 47. de appellat. in nou. Neque a peritorum relatione appellatio deneganda erit, l. arbitrio vbi Bar. Bald. & Ang. ff. qui satisd. cog. l. fin. in princip. ff. a quibus appell. non lic. maximè ad effectum reuisionis, l. 1. vbi Doct. C. de error calc. Paris. cons. 89. num. 18. & consil. 90. num. 29. & cons. 96. num. 3. volumine primo Rola Val. cons. 49. num. 43. & seq. vol. 1. Natt. cons. 39. numero 4. Quia talis relatio, siue declaratio peritorum, non est
55 sententia, nisi postquam per iudicem secūdum illius tenorem fuerit iudicatum, quo fit, vt quando duo hinc inde sint electi periti, tertius illis discordibus veniat eligendus, Felin. in cap. cum ex officij num. 23. de præscript. Bal. in l. 2. C. de resc. vend. Soc. in cōsil. 54. volumine primo, Gab. cons. 168. quæstione octaua, num. 108. volumine primo, vnde neq; iudicis, secundum vnius relationem isto casu sententiare tenetur, Felin. lo. co cit. num. 3. Bald. in l. 2. C. de resc. vend. & in l. hac edictali, § his illud, C. de sec. nupt.
56 Soc. cons. 54. libro 1. Gabr. loco citato. Insuper, si testium examinatorū publicatio peti contingat, & denegetur, vel alia, quando publicationem fieri, ius præcipit, locus erit appellationi, & commissioni, decis. 1. de iudic. in antiq. Cassad. decis. 6. num. 2. de appel. eo casu, quodammodo defensionem
57 denegare iudex videtur. Quamuis etiam ab admissione, seu repulsa examinis testiū, appellatio non denegatur, eo quia, licet interloquutoria, tamen sapit vim diffinitiuā, ac tale grauamen affert, quia in probationibus fundari debet, Bart. in l. arbitrio, numero secundo, vbi Ang. num. 6. ff. qui satisd. cog. Innoc. in cap. significantibus, numero tertio, de testibus Contard. in l. vnica limit. 5. num. tertio, C. si de mom. posses. Appel-
58 lare præterea a futuro grauamine extraiudicialiter, quando iudicium fit validum, potest, etiam si personę, propter quas appelletur, non nominentur: tali autem extraiudicialis appellatio non habet effectum, nisi a tempore illius grauaminis, quia tunc incipit currere, cap. sicut de appellat. decis. 32. eodem titulo, in antiq. Ratio est, quia ista appellatio in se habet tacitam conditionē, quatenus grauamen sequatur, & sic cum semper illius futuri grauaminis timor insit, ideo

ideo nimirum si præfata appellatio deuoluit, quia est appellatum, si contrarium fecerit, ac expressè sub illa cōditione, & in hoc casu taciti, & expressi æqualis est uirtus, Put.decis.71. numero quarto, parte tertia.

59 Causa tractatur, & iudex terminum qui de iure ad probandum statuit: vnus ex colitigantibus appellat, ac appellationis causam committi petit, quod non erit denegandū, Bald. in §. item si vassallus, numero quinto, versic. item nota de controu. inuestit. Prætendens, autem quis ad probandum se non teneri, si ab illo decreto ad id cogatur, quia tale onus per diffinitiuam reparari nequit, Bart. in l. vbi Bal. ff. de minor. Vti, si admittantur probationes non admittendæ, quamuis sit tale interloquutorium decretum, tamen quia (vt dixi) irreparabile præiudicium affert, de iure ciuili quoque datur appellatio; Bart. in l.2.col.fin.versic. Tertio quæro, ff. de appel.recip. Corn. de commu-

60 ni cons.35. in princ. volumine primo. Occurrit sæpè, quod iudex Ecclesiasticus ad iudicem laicum causam remittit, quare appellatur, ideo si detur commissio, neque isto casu deneganda erit, quia tale decretum habet vim diffinitiuæ, Capic.decis.114.num.6. nam se incompetentē declaret, Collect. in cap. significasti, in fi.versic. Sed quid de for. comp. Franc. in cap. duobus, num. 22. de

61 appellat. Franc. Bec. cons.31. per tot. Sicut etiam, quando Ecclesiasticus suam moderatur inhibitionem, appellationi locus erit, eo quia post eam, quo ad causas circa quas fuit, moderata, neque alia ferri sententia, neque expectari decretum debet, sed quia talis moderatio finit illum actum, ob id diffinitiuæ vim hēt, & intrat appellatio Aufr. ad Cap. Tolos. decis. 98. versic. Tamen post se non expectat, Bart. in l. intra vtile, numero nono, ff. de minor. asserens, ibi aliam rationem, nempè grauaminis illati illi, contra quem moderatur, exempli gratia, quia cogitur inhibitione ab Ecclesiastico sublata, coram laico iudice litem subire, Bald. cons. 331. in princ. volumine secundo, Put.decis. 108. parte tertia, Bart. in l.2.num.13.ff. de appellat. recip. de communi Bologn. in auct. habita, num.289. vbi Bald. C. ne fil. pro pat. latissimè, Rol. a Val. cons.53. volum. quar-

62 to. Opponuntur sæpe exceptiones ab vna parte, puta rei, quorum natura semper est fugere, l. properandum, §. & si quidem, C. de iudic. Sed actor litem finire cupiens, illas cognoscens, vel calumniosas, vel a iure reprobatas, instat pro illarū reiectione, quod aut expressè interloquendo iudex negat, vel tacitè, per processum ad vlteriora, nam pariter eo casu actor appellare poterit, siue ab expressa interloquutione illas repellendo, siue a tacita, per processum ad vlteriora, etiā dare, quod iudex latitaret post trinam interpellationem, quare neque isto casu erit cōmissio deneganda, Fel. in cap. suborta nam versi. & istis adde de re iud. Vbi simile faciendum asserit, quando exceptionem iudex nō admittit, pariter quando ad vlteriora procederet, alias in iudicatum transiret. Inhibitio autem operatur, quod actus ante illam licitus, ea subsequuta, reddatur illicitus, Lancel. de attent. cap.20. ampliat.1. Iudice noto-

63 ria iura admittente, terminus tentus iam ad sententiam circunducitur, vnde per consequēs noua partis citatione opus est, ac noua decisione, Gabr. lib. com. opin. tit. de citat. libro secundo, numero 298. Quare, si malitiosè, id fieri iudices videant, vel vt terminus tentus circunducatur, vel vt causæ expeditio impediatur, non debent id attendere: & quando dubitandum venit, poterunt talia iura ad partes sicuti fit in iudicijs exequutiuis, poni mandare, citra præiudicium termini habiti pro seruato, vel si releuantia fuerit, iura admittere, ac de actis illa fieri mādare, super quo certa regula firmari non

64 potest, sed iudicis arbitrium stat pro ea. Sententia, vel decretum, in quo aliquis in expensis, & fructibus condemnatur, vim diffinitiuę habere dicitur, tum quia fertur præcedente causę cognitione, tum quia fructus adiudicando, dominium, seu titulum canonizat, Cresc. decis. 5. de appell. latè Rebuf. in l. quod iussit, numero 42. 58. 63. Et seq. ff. de re iud. Put.decis.123. parte prima, Si ab aliquo decreto, ante sententiam diffinitiuam appellari contingat, & postea si feratur diffinitiua, ac denuo non prouocetur, in iudicatum transibit, quia præcedens appellatio non extenditur ad subsequens grauamē, quamuis si prima appellatio teneat, lata sententia per viam attentari reuocanda erit, & proderit in hoc prima appellatio, vt per Zabarel. in clem. si ante, numero 2. & 16. de dol. & cont.

Com. Vrbis.

Beatissime Pater, vertente lite, & causa inter S. V. oratorem A causa, & occasione, &c. contra B, coram D, Locumtenente in ciuilibus S. V. Vicarij Vrbis, in qua ad multos actus fuit deuentum, &c. Vidensque, Oratori finaliter sibi opportunū esse

esse nõnullorum testiũ examen, siue iura pducere, &c. dum factis articulis, vt moris est, parte citata, instabat pro illorum admissione, illos licet nulliter, perperam, & iniustè, non fore admittendos præfatus iudex declarauit, ipsi oratori, probationes, quæ sunt de iure naturæ auferendo, qui infra legitima tempora sentiens se grauatum, ad S. V. eiusque sanctam Sedem Apostolicã appellauit, & de nullitate dixit Dignetur itaq;, &c.

Vel procuratores parte exhibita, admittere recusauit, cõtra oẽs iuris debitũ:iõ, &c.

Siue ad vlteriora in causa, & causis procedendo, tacite iura oratoris reiecit, licet iniustè, & indebitè, a quibus valde sentiens se grauatum, magis, magisve in futurum se grauari timens, infra legitima tempora, &c.

Vel sub eisdem forma, & tenore, si ab alio interloquutorio appellari contingat, fiat commissio.

BEatissime Pater, si aduersarius in præinserta narrasset, prout non sine dolo, & fraude ad litem in longum mendacijs, & cauillationibus protrahendam tacuit, quod a decreto mere interloquutorio, eo quia iudex præfatus, &c. appellauit, a quo nec de iure communi, neque ex sacri Concilii Tridentidini dispositione, vel regulis Cancellariæ non datur appellatio, vt citius litibus finis fit, vtique præinserta subreptitiam, & obreptitiam non obtinuisset. Dignetur itaque S. V. eidem iudici, &c. Committere, & mandare, vt præinserta, ac inhibitione illius vigore emanata, vel forsan emananda minimè obstantibus perinde, ac si non emanassent, in causa, & causis huiusmodi ad vlteriora procedat, vel iuxta suas ordinarias facultates, &c. Vel si fuerit Delegatus, iuxta formam, & tenorem commissionum in actis præsentatarum. Cum potestate citandi, &c.

Quamuis in huiusmodi casibus soleat interdum rescribere Signatura iudici ad quem, vt suam moderetur inhibitionem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab exequutore, non admittitur.*
2 *Procurator absque speciali mandato ab executione sententiæ non appellat.*
3 *Appellatio, an a sententia de exequendo detur, & nu 4.*
5 *Exequutor facti de nihilo cognoscit.*
6 *Exequutor facti quando dicatur.*
7 *Exequutor merus, an de exceptione cognoscere possit, & num. 8.*
9 *Clausula cõdictionalis, facit exequutorẽ mixtũ.*
10 *Exequutor laudi, de nullitatibus coram arbitris cognoscit.*
11 *Exequutor de principali facto non cognoscit, sed ad superiorem remittit.*
12 *Exequutor facti exceptionem solutionis, compensationis, & similes, cognoscit.*
13 *Exequutor facti, non potest exceptiones falsitatis, vel iniustitiã concernentes, cognoscere, fallit si excedat, num. 14.*
15 *Appellatio ab excessu, non potest denegari ab exequutore etiam facti.*
16 *Appellatio ab excessu causas grauaminis expresse, vt valeat, continere debet.*
17 *Appellatio specifice ab excessu est interponẽda.*
18 *Iudex vnius territorij, quando, & quomodo mãdatum iudicis alterius territorij exequi debet.*
19 *Appellatio, ab exequutione iudicis vnius territorij, quando alterius iudicis mandatum exequitur ad quem interponatur.*
20 *Appellatio datur a decreto de exequendo.*
21 *Cautela, ne pronuncietur super exequutione, sed quod tacitè exequatur.*
22 *Exequutio vltra ordinem ab exequutore facta, non est nulla, sed iniusta.*
23 *Exequutor quomodo, & quando ante præsentatas litteras iurisdictionem habeat.*
24 *Appellatio a mandato de exequendo stante re iudicata cessat.*
25 *Exequutor, an exequi iniustam sententiam teneatur.*

De Commiss. ab exequutore, & exequutione.

1 TRritam, ac omnibus pœnæ notam regulam illam esse, quod ab exequutore regulariter appellatio non detur in iure nostro versatis, cum nota, & lippis, & consortibus regula (vt dicitur) sit, nemo est qui ambigat, l. ab exequutore, ff. de appellat. l. ab exequutione, C. quor. appellat. non recip. Felin. in capitulo quo ad consultationem, numero decimotertio, vbi Abb. de sentent. & re iudic. Alexand. consilio nonagesimo quinto, numero tertio, & quarto, volumine secundo, Bart. in l. si cum exceptione, §. hæc autem in fin. ff. quod met. caus.

Y Ioan.

Ioan. de Amic. consilio vigesimosexto, Rot. decisione quadragesimaquinta, de appellatio. in nou. Alciat. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verborum obligat. licet Alex. consilio centesimo decimotertio, column na fin. volumine quinto, contrariũ, dicat, sibi contrarius, vt in supra allegato consilio nonagesimoquinto, afferit, quod appellatio detur. Tamen primam opinionem magis communiter a nostri iuris scribentibus receptam fore testantur Dec. in cap. nouit, numero secundo, de appellat. Gemin. consilio nonagesimonono, nu-
2 mero secundo. Vnde si voluerit ab exequutione sententiæ procurator pro suo principali appellare, absque speciali mandato non valebit. Ratio prompta affertur, quia non potest ex suo facto procurator facere, quod suus principalis pœnam incurrat, l. prima, § si Procurator, ff. si quis Caut. vbi Bart. Dec. in capitulo nouit, numero quinto, de appellat. merito itaque sine legitima causa procurator ab exequutione sententiæ appellationem interponere non valebit, Cap. Tholos. decisio 476. Et quamuis ab exequutione sententiæ (vt dixi) non detur appellatio, tamen, an a sententia de exe-
3 quendo appellari possit, maximam inter nostros iuris interpretes esse controuersiam testatur Gabr. in lib. com. opin. in titulo, de appellatio. conclusione quarta, breuiter in vnum hinc inde adducta congerens, quæ breuitatis causa prætereo, cum ibi posita videre poteris. Et post multa negatiuam tenendo partem, quod appellari pro regula non possit, il-
4 lam tribus modis limitat. Primo, dummodo ista pronuncia de exequendo solum illud grauamen contineat, quod in prima continebatur, secus autem si nouum inferret, vel diuersum, vt per Felin. post Abb. in capitulo quo ad consultationem, numero decimosexto, vers. limita. Secundo, de re iud. Ruin. cons. 78. num. 1. vol. 5. Spec. de exeq. sent. § pen. vers. Sed secundum eum. Secundo limita, quando pronũciatio fieret eo tempore, intra quod poterat a prima sententia appellare, Fel. in d. c. quo ad consultationem, num. 17. de re iud. Ang. & Imol. in l. ab exequutionẽ, C. quor. appellat. non recip. Ratio esse potest quia si appelletur a prima quatenus connexa, vtique appellatio proderit, ex regula, quia connexorũ eadem est virtus. Tertio limita, si super eo, in quo exequutio petitur, non esset aliqua sententia lata, vel mandatum exequutiuum relaxatum, quia esset ab exequutione incipere, contra iuris regulas, & sec. Sal. in d. l. ab exequutione, quem sequitur, Felin. loco citato, nu. decimoquinto, vers. limita primo, vt ibi latè per Gabr. Sed declarat Ioan. Monach. in capitulo cum venerabilibus, §. Porro de sent. excom. in sexto, præ-
5 fata procedere, quando est merus exequutor, vt puta facti. Ratio est, quia tunc de aliquo cognoscere non debet, neque potest, & per consequens, neq; mandatum, seu litteras, quarum vigore exequutio ei committitur, restringere, neque ampliare, quia nil aliud ipse est, quam merus exequutor, & inferior, qui gesta maioris, neque interpetrari, neque corrigere debet, Bal. in capitulo fin. numero sexto, de dol. & cont. Veral. decisio trigesimatertia, numero 35. parte prima, Fel. in cap. cum dilecta in fin. de rescript. Præterea, maximũ sequeretur absurdum, si appellatio a præmissis admitteretur, quod in infinitũ daretur processus, & ideo non permittit isto casu ius appellationem, quia talis exequutio est iam latè sententiæ præambule
6 declaratio, siue finalis effectus vocatur. Fa ctique exequutio tunc dicitur, quando merus est exequutor, dicta l. ab exequutore, vbi Bart. & in d. l. ab exequutione Specul. in titulo, de appellat. §. in quibus, versic. Quinto, vbi multa congerit, & quã do ab exequutore liceat appellare, tradit Socin. in tract. fallent. reg. 26. Alexand. consilio centesimo decimo, numero decimotertio, volumine quinto, Grat. consilio decimosexto, volumine secũdo, Ruin. consilio octuagesimo, numero primo, volumine quinto, Bero. quæstione centesi-
7 ma trigesima prima. Sed orto dubio, an merus exequutor de exceptione coram ipso proposita cognoscere valeat, illo negatiuè terminato, in decis. Cap. Tholos. tercentesima quadragesimaquarta, auctoritate glo. & Doct. in capitulo pastoralis, §. quia vero de offic. deleg. Quod non ita simpliciter verum, neque sicco (vt dicam) pede, pertranseundum censeo, quia frequentissimè ab huiusmodi exequutore supplices libellos appellationis porrigi quotidie in praxi videmus: Quare magis clara responsione, & distinctione iudicio meo opus est, ac gradus ta-
8 lis exequutoris distinguẽdo, dico, Quod, aut versamur in exequutore, qui datur, a iu-

a iudice superiore, & pronunciante, siue mandante, vel exequente, quod fit, ante omnem causæ cognitionem, vel diffinitionem, vt exempli gratia in exequutore ad conferendum beneficium, vel simili, & tunc si aderit clausula, condi-
9 ctionem importans, exempli gratia, si idoneus est, vel reperiatis, si est doctor, aut similis, clausula, constito, siue amoto, vel vocatis vocandis; & partes iudicis in hoc assumere potest, &c. tenetur, (vt dixi) in commissione appellationis ab exequutione breuium, & litterarum Apostolicarum, vt latè per Abbat. qui hanc materiam prosequitur, in capitulo dudum, numero duodecimo, & numero decimosexto, de probat. cui te remitto, & ibi quomodo talis exequutor procedere debeat; & quando detur ab eius gestis appellatio, videre poteris, & in simili, quando loquimur in exequutione, quæ fit post sententiam, quia etiam plura coram ipso allegari possunt. Si agi-
10 tur de sententia lata per Arbitrum, cuius exequutio ad iudicem ordinarium pertinet, quia deficit in laudo exequendo eius iurisdictio, nam eo casu, tali exequutori omnis cognitio, quæ in exequutione requiritur, confertur, adeo quod super nullitate gestorum ipsa, pronunciare poterit, & pariter, quando inferior tulit sententiam, & ita recurritur ad suum superiorem, vt videmus in Gubernatore, Vicario, & Auditore Cameræ, quando in Romana Curia, aliquis a suis ministris grauatum se sentit, & ad illum recursum habet, qui etiam si mandatum fuerit relaxatum, iuxta suas facultates, alium iudicem in reuisorem deputat, & sic etiam in alijs maiorib. iudicibus, Specul. in titulo de exeq. sent. in §. nunc videndum, versic. Vt autem sequitur, nam quia ex iurisdictione sibi attributa inferior exequitur, ex persona, & auctoritate superioris, potest de retractatione suus superior cognoscere, aut per viam recursus, & remissionis, vel multoties per viam restitutionis in integrum. Quare eadem sententia, vel persona semper dicitur, vt ibi Specul. Præterea casum habemus, quando a Principe, vel statuto sententiæ exequutio alicui committitur, & tunc circa res, super quibus exequutio facien-
11 da venit, poterit iste cognoscere. At quando exceptio opponitur, vel exceptiones factum principalem concernentes, similiter ad priorem iudicem remitten-
12 da exequutio venit. Aut sunt exceptiones, quæ non infringunt, vt solutionis, compensationis, & similes, & bene de illis videre exequutor poterit, ac illam, vel illas loco primi iudicis addmittere. Sed si fuerint exceptiones nullitatem, falsitatem, vel iniustitiam concernentes, tũc
13 de illis minimè cognoscere valebit, nullam autem talis exequutor cognitionem habet põt post discussam causam, & sententiam, qua mediante fuit relaxata exequutio, quia cum iam vera cognitio præcesserit, ipse minister nudus exceptione audire amplius non valet, & Doct. in l. a diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic. quæ omnia latè cumulantur per Aufrer. in allegat. decisione tercentesima quadra-
14 gesimaquarta, Cap. Tholos. cum adduc. Fallit autem supradicta regula, siue exequtor facti, siue iuris sit, in excessu: nam quando adest, semper admittitur appellatio Doct. in dicta l. ab exequutore, & in l. ab exequutione Felin. & Abbas, in dicto capitulo quo ad consultationem de re iudic. capitulo nouit de appellat. vt alias in
15 commissione appellationis ab excessu dixi. Et eo magis supradicta procedunt, quando excedit fines mandati, cap. cum dilecta, vbi Felin. de rescript. Veral. decisione trigesima tertia, numero septimo,
16 parte prima. Causæ vero grauaminis etiam in hac appellatione sigillatim narrandæ sunt, & modus ipsius excessus exprimendus, Romanus consilio quadragesimoprimo, numero primo, versiculo. Si enim, Bartol. in dicta l. ab exequutore, & consilio septuagesimoprimo, numero primo, in fin. Felin. in dicto capitulo quo ad consultationem, numero decimo octauo, Dec. in capitulo nouit, numero decimo quarto, de appellat. Ea nempe ratione, quia nisi probetur excessus, non præsumitur, vt Decius ibidem, & decisione quadragesimaquinta, de appellat. in nou.
17 Dumque appellatur in similibus, specifice ab excessu appellandum venit, & non generaliter, quia tunc talis generalis appellatio vaga, quo ad excessum, nil operabit (vt dixi) in commissione ab excessu.
18 Videmus passim practicari, quod vnius territorij, vel Dominij iudex, ad alium Dominium, vel territorium, seu illius iudicem, vel superiorem relaxato mandato, cũ suis litteris missiuis, illud tranmittit exequendum, rogans alterius territorij, in

quo permanet reus iudicem, cui dirigitur litteræ missiuæ, vt pro iustitiæ complemento, velit ad vlteriora procedendo exequi mādare, vel facere, non obstante appellatione interposita, quod fieri de iure potest, Largentarius, §. nomine, ff. de iudic. dicta l. a diuo Pio, in princ. vbi Bart. in §. sententiā, ff. de re iud. Quæro an benè, vel malè procedat, quia cum iste sit merus exequutor, & talis, qui iustæ requisitioni alterius officialis pro iustitiæ complemento, quando in aliena iurisdictione vires suę, non extendūtur, implorat officium, deesse nequit, Innoc. in cap. cum in iure, numero tertio, de offic. deleg. Sed isto casu ad quem appellatio deuolui debeat, an ad superiorem primi iudicis, vel exequentis; & auxilium præ-
19 stantis, quæro? In quo distingue, quia ex talibus litteris missiuis id facit, cum omnia auctoritate illius superioris, qui ipsum deputauit, operetur, & ratione sui officij, vti delegatus ab ipso ad suum superiorem erit appellandum. At si exequenti auxilium præstat, puta iuris, quando excommunicatur, suspenditur, aut iurisdictio interdicitur, tunc ad ipsum appellabitur, quoniam actus, qui me lędit, ipsius est, sed si brachium, vel auxilium facti præbet, dando exequutores, vel familiam armatam, & similia, illo casu, ad primum iudicem appellatur, quia licet iste exequutor lędat, nihilominus alterius ministerio id facit, vt per Aufr. ad Capel. Tholos. decisio 411. motus ex doctrina Bart. in dicto §. sententiam: Sed qn̄, ille contra quē fertur sententia, vel relaxatur exequutio per alterius territorij iudicem fuerit reus, si fuit conuentus coram non suo competenti iudice, cū in alieno territorio citari non possit, & in contumaciam obtentum mandatum, citato minimè audito, a quo nil forsan consequi debet, ne per indirectum, fraudibus aliquem opprimat, tunc talis exequutio deneganda venit, & non sunt præfatæ litteræ missiuæ attendendę, quia iste reus conueniendus venit in foro, vbi subest, & coram suo iudice, vt iura sua deducere valeat: Sed quando formiter coram alterius territorij iudice conuentus succubuit, & contra ipsum relaxata fuit exequutio, cum litteris illius iudicis, qui exequutionem relaxauit, id facere alterius territorij iudex tenetur, non autem absque illis, vt Bart. in dicto §. sententia, l. argentarium, §. nomine, ff. de iudic. Bald. in l. fin. quæstione septima, C. de edic. diui Adriani tollen. Specul. in titulo, de prim & secundo decreto, § Quarto, versic. Et nota, & in dicto §. nunc dicendum, colum-
20 na sexta, versic. Sed pone, Quod tamen declarat procedere solum, quando petitur exequutio officio iudicis, secus si petatur actione in factum, & ita communiter tenent Doct. in l. a diuo Pio, §. primo, ff. de re iud. & tradit Carauit. super ritu mag. Cur. rit. 26. numero decimoquinto, versic. limita, & Ioan. Bapt. Asin. in sua prax. §. 31. capitulo decimo, sub numero secundo, & sequent. Appellatio, (vt dixi) licet ab exequutore non detur, tamen bene a pronuncia de exequendo concedenda erit, Felin. in capitulo quo ad consultationem, numero decimotertio, de sentent. & re iudic. Qui dat, numero decimoquarto, cautelam, quod aduocati non faciant pro-
21 nunciare super exequutione instrumenti, ne appelletur a dicta pronuncia, sed realiter exequi petant, & numero decimoquinto, quod bene faciunt iudices cauti, & experti, quando super tali articulo non pronunciant, sed tacite procedunt ad exequutionem, vti etiam in materia restitutionis in integrum, procedendo ad vlteriora in negotio principali, & ea non attenta, de quo suo loco dicam. Executio per executorem contra ordinem facta, non dicitur nulla, sed iniusta Put. decisione tercentesima decimaoctaua, per totum, par-
23 te tertia. Exequutor quando, & quomodo ante præsentatas litteras habeat iurisdictionem, & potestatem, latè tradit Bellam. decisione centesima, columna secunda, versic. Circa tertium Appellatio a man-
24 dato de exequendo, vbi res iudicata processit, non admittitur, & ita Rota tenuit coram Domino Robusterio in vna Regiensis iuris patronatus 25. Octobris 1582.
25 Iniustam exequi sententiam exequutor tenetur, nisi causa sit, criminalis, vel corporis afflictiua, maximè si constet de innocentia: quod cessaret, quando prima iussio facta motu proprio foret, quia haberet vim scientiæ, Dec. in capitulo si quando, numero secundo, & tertio, de rescript. quod amplia, etiam si Papa sub excommunicationis pœna aliquid fieri præciperet, nam supersedere, & rescribere poterit, alias si voluntas Papę dubia foret, ad eundē appellare valebit, Secus si dubia non esset: & id in tantum verum est, quod nec etiam legatus de latere præfatum rescriptū declarare valebit, vt ibi Dec. numero quinto,

to, & in cap. sanè, numero primo, de offic. deleg. quia interpetratio cohęret personæ, & ab alio fieri nequit, quod non sit ælidibilis per exceptionem: Idem Dec. in c. ex parte, numero quarto, de rescript.

Com. Formulæ. Vrbis.

BEatissime Pater, lite, & causa vertentibus inter A. reum couentum ex vna, & quendam, C. actorem ex alia, &c. causa, & occasione, &c. tandem latis tribus sententijs (vt dicitur) in causa, &c. Vel vigore prætensæ rei iudicatæ per R. P. D. Locumtenente, in ciuil. Aud. Cam. qui vltimam tulit, præfatus B, ad sui fauorem mandatum exequutiuum (vt dicitur) licet nulliter & iniustè decerni, & relaxari obtinuit, eiusque exequutio Gubernatori Ciuitatis Reatinæ commissa, vel, quod per Guber. Ciuitatis Reatinæ exequutum fuit, super nonnullis bonis communibus, inter A. & S. V. Oratorem C. & sic super portione dicti C. pacifice a multis annis possessa, in exequutione non nominati, nec vllum in causa interesse habentis, nulliter, & iniustè eius fines excedendo, licet coram ipso, id deductum, & protestatum fuerit debito tempore, quod est in maximum oratoris damnum, qui a præfato excessu, & alijs de iure permissis, infra legitima tempora ad S. V. appellauit, & de nullitate dixit, & quia æquitas non patitur, vt tertius ex alieno facto prægrauetur, ac contra eius bona, vbi nil commune habet, fiat exequutio, incipiendo, a spolio, contra omne iuris debitum, Ideo dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, a dicto excessu, & alias prout in actis præmissorũ occasione, nec non nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, nec non quam, & quas idem orator, &c. Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. Oratoremque in primis, & ante omnia in possessione portionis suæ dictarum terrarum, prout iuris fuerit manutenendi, ac mandata insuper quæcumque necessaria, & opportuna decernendi, relaxandi, & exequi faciendi, & mandandi, & quatenus spoliatus existat, in primis, & ante omnia ad suam possessionem reponendi, & ad statum, in quo ante præmissa erat plenarie restituendi, & reintegrandi, attenta & innouata quæcunq; in primis, & ante oĩa, prout iuris fuerit, remotandi, cæteraque omnia, & singula alia, &c.

Si fuerit causa pecuniaria, facta (vt pręmittitur) mentione relaxationis mandati subdatur. Verum quia volens pro præfata summa 500. scutorum dictus iudex assertum mandatum exequi facere, fuit pro oratoris parte coram ipso comparitum, & sufficienter doctum ad dictum computum soluisse scuta, verbi gratia ducenta, ac pro residuo solum exequutioni locum fore: quia pro ea parte, pro qua facta fuit solutum, sublata erat omnis actio, tamen premissis non attentis, pro tota summa, licet nulliter, & iniustè excedendo, illud exequi fecit, & mandauit, a quibus omnibus, &c.

Aut, Dumque dicebatur mandatum præfatum non fore exequendum, quia nullum, & iniustum, eo quia non citato oratore, neque eius legitimo procuratore, fuit decretum, & relaxatum. (Apponantur nullitates in facto occurrentes,) præfatis non attentis, per suum decretum illud mandauit exequi, a quo decreto de exequendo, & notoria iniustitia, fuit ad S. V. infra legitima tempora appellatum, & de nullitate dictum, Dignetur igitur causam & causas appellationis, &c. Et si occurrat in facto subdatur.

Et quamuis a præmissis se abstinere debuisset, appellatione, seu inhibitione pendente, tamen in illius spretum, & contemptum, nõ obstante appellatione nouiter ab vlteriori processu, & exequutione per oratorem legitimè interposita a tali grauamine, & omnibus alijs, &c. ac protestatione per attentatis. Per suum decretũm assertum nullum, iniustum, & attentatum illud exequi mandauit, & fecit, a quibus omnibus, cum inde sequutis, infra legitima tempora ad S. V. fuit appellatum, & de nullitate dictum. Dignetur itaque causam, &c.

Apponantur alia grauamina, seu occurrentes nullitates.

Seu si pro parua summa exequutio super re magni valoris fieri contingerit, quando ex redditibus, vel pensionibus creditori breui satisfieri posset dicatur facto narrato.

Verum quia cum aduersarius sit solum creditor assertus in scut. . . . . . & pro dicta summa super domo valoris mille scutorũ prætensum mandatum exequi curauit, ac vsque ad illius subhastationem procedi, in graue oratoris damnum, licet nulliter, & iniuste, quia æquitas, nec iustitia patiuntur, vt pro vilissimo pretio bona tanti valoris stante modicitate crediti vendantur, & orator

tor illis nil illa priuetur, & quia ex illius pensione breui satisfieri aduersarius potest, ideo dignetur S. V. eidem D. Iudici committere, & mandare, vt assignatis fructibus vel pensionibus domus dicto aduersario, exigendis libere, vsque ad integram eius satisfactionem, tam sortis principalis, quam fructuum (si aderunt) & expensarum legitimè in causa factarum, ad vlteriorem dicti asserti mandati exequutionem minimè procedat, neque procedi mandet, vel faciat, aut permittat cum potestate, &c.

Vel quia a pmissis orator se valde grauatione sensit, ideo aduersarius intra legitima tempora appellauit, & de nullitate dixit, dignetur ideo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Eccessus pluribus probatur modis, & quibus.*

2 *Eccessus dicitur exequendo iuris ordine non seruato, vel oblique interpetrando exequutionem.*

3 *Eccessus dicitur, si iudex sententiam latam ex falsis documentis, exequi intendat.*

4 *Eccessus dicitur, quando pro parua summa fit in re magni valoris exequutio.*

5 *Appellatio modum eccedendo, etiam si fuerit exequutor Apostolicus datur,*

6 *Eccessus tribus modis considerari potest.*

7 *Eccessus locum dat appellationi, quando adest iusta, vel rationabilis causa.*

8 *Appellans ab eccessu causam exprimere tenetur.*

9 *Signatura interdum gustare de eccessu vult.*

10 *Appellatio ab eccessu, nisi exprimatur est interdicta de iure, & num. 29.*

11 *Appellatio ab eccessu si causa non narratur, aut sit nulla, non retardat exequutionem.*

Facit si casus sit dubius, num. 12.

13 *Appellatio expressis aliquibus grauaminibus, si in reliquis ad acta se refert, valida est.*

14 *Appellatio ab eccessu tenet, si causa grauaminis notoria sit.*

15 *Appellatio ab excessu, nisi infra dece dies interponatur, non impedit transitum in iudicatum.*

16 *Eccessus in parte exequutionis, an in totum retardet exequutionem, & nu. 17.*

18 *Cautela pro compilantibus commissionem apellationis ab eccessu.*

19 *Appellans a paruo eccessu non auditur.*

20 *Eccedere dicitur exequutor, & datur appellatio, si non admittit solutionem claram.*

21 *Eccessus in partibus allegatus, ante inhibitionem, in Curia est gustandus per iudicem.*

22 *Appellare ab eccessu omittens, factum iudicis approbare videtur.*

23 *Inhibitio vigore commissionis ab eccessu de partibus, non datur in Curia, nisi de illo gustato.*

24 *Appellatio quare ab eccessiua taxatione detur.*

25 *Appellatio ab eccessiua taxatione expensarum, quando non admittatur.*

26 *Expensarum taxatio ante finem causæ facta reuocatur per viam attentati.*

27 *Exequutor si excedat fines mandati, an appellari valeat.*

28 *Appellatio ab exequutore, quando deneganda.*

29 *Appellatio est interponēda vt valeat, ab excessu taxatione expensarum.*

30 *Clausulæ omnes non concernentes excessum taxationis expēsarum delentur in cōmunem appellationis ab ea.*

31 *Iudex, quando sententiæ condemnationem expensarum omissam, addere possit.*

32 *Expensarum appellatione, quæ comprehendantur.*

33 *Expensæ liquidæ, quæ sint.*

34 *Iudex quando de expensis omissis in sententia cognoscat.*

35 *Deponere expensarum partem, an sufficiat, & numero 36.*

37 *Appellatio ab absolutione, siue a condemnatione expensarum omissa est valida.*

38 *Appellatio ab expensarum omissa condemnatione, quando superflua, & num. 42.*

39 *Appellatio per collitigantes, quatenus contra nō prodest collitiganti, per expensis omissis.*

40 *Appellatio vnius pluribus prodest, & sic sententia pro omnibus sufficit.*

41 *Appellatio ab omissa expensarum cōdemnatione, sequitur naturam appellationis negotij principalis.*

43 *Iudex an teneatur de proprio, si expensarum condemnationem omisit.*

44 *Appellationem ab omissa condemnatione expensarum prosequi potest non appellatus, si appellans, non prosequatur contra principalem.*

45 *Victor debet appellare, si victus fuit absolutus ab expensis.*

46 *Expensæ pro procuratore, & aduocato, quomodo taxantur.*

47 *Floreni in desuetudinem hodie abierunt.*

48 *Expensæ pro procuratore, & aduocato in parua summa recuperantur.*

49 *Appellatio ab eccessiua taxatione expensarum semel tantum a iure permissa.*

50 *Appellatio in negotio principali, suspendit taxationem expensarum, & num. 52.*

51 *Appellatio in negotio principalis cōprehendit etiā appellationem ab expensis.*

53 *Appellatio ab expensis post decem dies non valet.*

54 *Expensarum nomine non comprehenduntur, damna, & intereße passa.*

55 *Commissio pro taxatione expensarum quando superflua sit.*

Com-

De Commißione appellationis ab exceßu, & exceßiua expensarum taxatione.

1 Probari in qualibet liquidatione pluribus modis excessum afferit Specu. in §. nunc videndum numero septimo de exeq. sent. & non solum quo ad summam in exequẽdo; verum etiam quando iudex executor ad elidendam executionem sufficienter exceptiones non admittit, puta, solutionis, vel si ante diem, vel re aliena de cuius iden-
2 titate non constat, modo non seruato, iuris ordinem excedẽdo, vel si iniustè, vel obli-
3 què, sententiam exequendam interpretetur Bar. in l. ab executore numero secundo C. quor. App. nõ recip. Vestr. in sua Praxi lib. 7. capitulo quinto, numero nono. Spec. in d. §. in quibus

in quibus de app. Ruin. conf. 80. num. 2. col. 5. ac pariter si sententiam latam apparenter ex falsis instrumentis, vel in maiori quanti-
4 tate exequi curet, decis. 45. de appel. in nou. Sicut quando in rei magni valoris, possessionem, si modicum sit debitum, immitti faciat. Spec. in d. §. nunc videndum, num. 7. ac mandati fines egreditur, seu alias grauet, Innoc. in c. super quæstionum, n. 2. de offic. deleg. nam vt idem Innoc. in c. ad nostram, num. 1. de appel. dicit excedere, & grauare
5 in hoc paria sunt. Firmemus itaq; regulam generalem, quod istæc appellatio, si modũ excedatur, ẽt si fuerit executor Apostolicus, appellatio sit admittenda: sed excessu probato, & expresso, alias non daretur, aduersus quẽ semel appellare licebit, ea ratione, quia ab excessu appellans, contra se præsumptionem habet, Bellame. in cap. constitutus, nu.
6 31. & seq. de appel. Card. in c. quo ad consultationem in fine, vbi Fel. nu. 2. de re iud. Tribus nempe modis excessus considerari potest. Primo ratione rei. Secundo ratione tẽporis. Tertio ratione repulsionis exceptionum, quæ alias de iure admittendę venirent. vt per Lancel. de attent. Appel. pend.
7 limit. 53 num. 26. & seq. At pręmissa, vbi vere iudex excessit, vel grauauit, locum habent, dummodo excessus sit ex iusta causa, probabiles, vel vera. Innoc. in cap. in nostra, numero quinto, & 6. de procur. Imol. in cap. bonę numero 15. vbi Dec. num. 23. & 24. de Appel. & ideo ita appellans cau-
8 sam in Appellatione exprimere tenetur, propter pręsumptionem, quæ habet contra se (vt dixi) quare per relationem ad acta, non erit id facere sufficiens, Felin. in capit. quo
6 ad consultationem, numero 20. de re iudic. Capic. decis. prima, numero 20. ob id bene interdum Signatura se gerit in huiusmodi commissionibus, si antequam executionẽ transferat, aliquid de excessu gustare intendit, absque, eo quod simplici petentis relationi credat, quia ex illa sola suspitione rescribere non debet, Rot. decis. 45. de App. in nou. numero secundo, & decis. 50. eod. tit. Felin. in cap. dilectus filius, numero 14. de rescrip. & ita pariter censuit Rota coram D. Robusterio, in vna Regmensi Sancti Thomę Lunę 10. Decembris 1576. vt in prima,
10 parte diuers. decis. 100. numero 17. & seq. Quod alia ratione suadeatur, quia ordinariè in præmissis interdicta est appellatio, quare merito ad eius iustificationem, causę expressio requiritur. Abb. in cap. quo ad consultationem numero 30. vbi Butr. de re iud. Spec. in d. §. nunc videndum. Socin. conf. 45. nu. 9. volu. 1. & in l. hac consultissima. §. per nuncupationem numero nono, C. de testam. Card. in Clem. appellanti q. 3. & 4. de App.
11 At causa non expressa, vel ea narrata nulla existente, neque supenditur, neque retar-
12 datur executio. Quod secus foret in casu dubio, vel æquitate suadente, nam in re stabili erit transferenda, ac in re mobili, ne bona pereant, sequestranda, vt pariter rei stabilis fructus inscribendi, vt per Abb. loco prox. citato numero 31. & Spec. in d. §. nunc videndum numero septimo, subdens ibi Abb. numero 32. & 33. Id, quo ad grauaminis expressionem in specie, verum fore, & ita si in genere dicatur appello, quia excessistis in exequendo, ratione incertitudinis, non sufficeret appellatio generalis, quando speciali esset opus. Quod tamen non procederet, quando aliquibus grauaminis causis appel-
13 lans expressis, in reliquis ad acta se referret, in quibus de illis appareret, nam isto casu, & valida, & vera præuia, istęc facti narratione appellatio erit, vt in simili dicimus de sententia, quæ valet, quamuis ad quantitatem in instrumento contentam, dummodo in actis producto se referat, Abb. & Butr. in d. capit. aduersario numero vndecimo, in princ. de except. & licet contrariam sententiam nõ nulli secuti fuerint, nihilominus primam fore veriorem testantur Ias. in l. ait pręto. §. si iudex, numero 13. ff. de re iud. Vant. in tract. de nullit. in titulo de nullit. sent. ex
14 defec. proces. nume. 109. Quod amplia procedere, etiam si causa grauaminis notoria esset, quia tunc pariter erit necessaria expressio, Franc. in capitu. vt debitus, q. 9. de App. Card. in d. clem. appellanti, Gemin. in cap. primo, eod. titulo in sexto, alias, nisi infra decem dies appelletur, in iudicatum sententia transibit, Socin. consilio 45. numero decimo, volumine primo, Ang. conf. 207. Etan
16 excessus in parte executionis allegatus, vt illa in totum retardetur potẽs sit, meminit Abb. in d. capitulo quo ad consultationem numero 33. dicẽs quod non, & ita censuit Vestr. in sua prax. libro septimo capitulo 3. numero duodecimo: ea nempe ratione, quia si in vno allegatur excessus, in alio approbatur sententia, & vnum reprobando, aliud fatetur ratificaturve capit. nonne, de
17 pręsumpt. cum simil. Sicque aut in re, aut in quantitate exprimatur excessus, non suspenditur executio, nisi in quantum sit narratus, & in reliquis suum sortitur effectum,
18 vt ibi Vestr. numero duodecimo, Monens Procuratores, ne se ad præfatas causas exprimendas in specie arctent, sed illas in genere narrent,

narrent,ad effugiendum (vt proxime dixi) quod in executione supersedeatur, in eo tãtum, quod fuit expressum ex eo quia, dum sit expressio in genere, ratione incertitudinis, donec in quantum excessum sit ex euẽtu liqueat, in totum erit supersedendum. Quod ita de plano procedere non credo, sed locum illo tantum casu sibi vindicare, quando appellatur ab excessiua expẽsarum taxatione fructuum, damnorum, & interesse, alijsque interlocutorijs, & similibus,
19 Et ita ipse Romanam Curiam seruare asserit, Sed adeo paruus excessus esse poterit, quod commissione dignus non certe sit,
20 Præterea relaxato mandato, vel executione, puta pro scutis 500. contra Titium, dum iudex exequi intendit, ostenditur solutio puta 200. scutorum ad dictum computum, & probatur, qua non obstante, pro tota summa iudex exequitur, & licet vere sit in residuo debitor, nihilominus quia iura prçfatæ solutionis ad executionis destructionem tendunt, pro illa rata: expressa tamen causa, appellare poterit, vti videmus de tribus sententijs, quæ in eo, quo conformes sunt, exequũtur, in reliquis appellatio-
21 ni defertur: Sed appellatione in hoc facto opus est, Clem. appellanti de Appel. Franc. in capitulo sæpe, el secundo, nume. 59. eod. titulo, quia si omitteretur, omnia per iudicem gesta approbata, & acceptata cẽserentur, nam si a iudicis pronunciatione, vel grauamine non prouocatur, de iniusto, iu-
22 stum pronunciatio facit, l. ingenuum ff. de stat. hom. & è contra, si appelletur, iudex ad quem, sententiam, & male gesta iudicis a quo corrigit, Cagn. in l. vnica numero 145. & sequenti C. de sent. quæ pro eo, quod int. Sed aduertas, quod si ab excessu In partibus fuerit appellatum tum vigore vnius sententiæ, quæ in iudicatum transiuit, quam trium conformium, & Rotæ, siue alteri Prçlato demandata causa, seu iudici Curiæ, si petat inhibitio ad impediendam executionem, non erit concedenda, nisi aliquali verificato excessu in appellatione expresso, stãte præsumptione pro iudice, quod non excesserit, capitulo nouit, de iudi. et eo magis si essemus in appellatione extraiudiciali, capitulo non solum, §. illa vero de app. in sexto, quia clara existente executione relaxata, cũ ad illam infirmandam tendat, iste excessus, merito de illo est ante inhibitionẽ gustandum ad effectum suspensiuum, Rot. de app. in nou. decis. 45. & ideo appellatur ab excessiua taxatione, vel liquidatione tantum quia ab ipsarum taxatione simpliciter, nisi inquantum excessit, auditur appellans. Maranta. de ord. iudi. parte sexta, in verbo. post omnia aduertatur, numero 22. Bart. in d. l. ab executore, numero decimoquarto, las. in d. l. properandũ §. sin autem alterutra, antep. col. Et in commissione erit particulariter appellatio ab excessu narranda, vt ab eo clare prouocare pateat, ratio est, quia expensæ, nisi lite principali, vel per rem iudicatam finita, non soluuntur, Speculat. in dicto §. postremo, numero vigesimo, & taxatio prçfata nequaquam sententia nuncupari valet, sed potius præcedentis sententiæ executio, vel declaratio, Rot. deci. 64. Lap. alleg. 82. in causa matrimonij DD. in Clem. sepe de verb. sig. Bal. in l. terminato, numero 8. C. de fruct. & lit. expen. Rip. in l. quod iussit, ff. de re iud. Dec. in capitulo verum, numero duodecimo de appel. Quamuis Innoc. in capitulo finem litibus, numero secundo, & tertio, & ante finem causæ, alias post repellendas asserat, rationem diuersitatis ibi afferens: & quando quis illarũ reus in causa appellationis debeat declarari, Ordo seu norma iudici exequẽti sæpe datur, qui excedit, Ideo an executio sit nulla, dubitari contingit, adeo quod appellationi locus sit, circa quod Gabr. lib. com. opin. tit. de exec. rei iud. vt breuitati consulam, distinguit, quod aut Iudex normam habuit, & eo casu excedendo nullam, & iniustam executionem reddit, & tũc appellatio, non est necessaria Aut ordo datus non fuit, & debet appellare necessario, vt numero secundo, Afflict. super const. regn. tit. de dilat num. 32. quamuis iuris Ordo sit, vt primo super mobilibus, deinde immobilibus executio fiat, Sed quando denegari ab executore appellationem dixi, intellige de mero executore, nullam causç cognitionem habentẽ, prçter exequendi onus tantum, Glos. in c. nouit in verb. ab executore de appel. text. est in capitulo pastoralis, §. quia vero, de offic. deleg. l. executore, & l. sicut proponas, C. de execut. rei iud. l. si prætor, ff. de iudi. cap. cæterum de re iud. quod sano modo pariter intellige, vt dixi, de causis, in quibus conceditur appellatio vt per Glos. in d. §. quia vero, in verb. si sciat, Immo si post executionis decretum appellatio interponatur, qua non obstante fiat executio, dato quod appellationi cum verbo si, & inquantum delatum sit, non erit attentata, ea nempe ratione, quia appellationi ius non assistit, d. l. ab executore, cum similibus Veral. late decis. 49. per totum, & decis. 52. parte prima, Et licet Iudex a quo, post appellationem immediate

mediate taxare valeat expensas, in quibus ap
pellantem condemnauit cum nihil de no-
uo faciat. Pariter tunc ab excessu appellare
poterit succumbens deci. Cap. Thol. 465. et
quod articulus dependat a sententia diffini-
tiua, quia quãdo in totum, vel in parte adest
excessus, dicitur a sententia separatus, Bald.
in d.l. ab executore, numero secundo, &
ideo ab excessu particulariter appellãdũ ve
29 nit, quia simpliciter a liquidatione non per
mittitur prouocare, Galles. ad oblig. in for.
cam. tit. de liquidatione cap. ex dictis num.
vndecimo. Passimque præsens commissio
conceditur modo prænarrato in Curia, in
30 qua omnes aliæ clausulæ ex quibus turbari,
siue retardari posset executio negotij prin-
cipalis, delendæ veniunt, quia cum iste
prætensus excessus sententiæ latæ non con-
tradicat, solum commissio, ac per conse-
quens inhibitio eius vigore emananda, ad
prefatum excessum venit restringenda, Sa-
li. in d.l. ab executione numero decimoter
tio, Bart. in dicta l. ab executore num. 14. Si
vero Iudex in diffinitiua expensarum con-
demnationem omittat, quia sunt de ac-
31 cessorijs sententiæ, eodem die, quo pronun
ciauit illas addere poterit, & supplere, Bal.
in d.l. terminato, num. 4. l. Paulus vbi Bar. ff.
de re Iud. decis. 1. num. 1. vt lit. non cont. in
nou. capit. cum appellationis de App. in 6.
Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 2. num. 9. sed ex-
32 pensarum nomine iustę, ac honestæ tantũ
continẽtur, Spec. in tit. de expen. §. nunc vi-
dendum nu. 2. Bal. in addit. in verbo con-
33 demnatur. Liquidæ dicuntur expensæ, quã
do omni carent difficultate, etiam si verte-
mur in sola quantitate, l. aufert, §. compen-
satio ff. de iur. fisc. decis. Pedem. 129. nu. 10.
Tiraq. de retract. lign. §. 3. Glos. 5. num. 11.
Et istæ per notarium causæ taxari solent, Fal
lit supradicta regula iure municipali dictan-
34 te, victum victori in expensis condemnari,
& teneri, nam si illarum condemnationem
iudex omittat, vel sibi reseruet, quamuis
appellatum non fuerit, nihilominus cogno
scere de illis valebit, Bar. in l. 3. §. rem. ff. de
leg. 3. Alex. in l. Paulus num. 8. ff. de re iud.
Afflic. super const. reg. num. 12 Grauat. ad
35 Vestr. in addit. loco supra citato nume. 33.
Quare an de illis in parte facere depositum
sat sit, vel integrę veniant soluendę, vide Pa-
36 ris. cons. 105. nu. 2. vol. 4. At si fuerint liqui-
dæ, siue de facili liquidandæ, tale depositũ
non sufficeret, Veral. decis. 138. in manuscri
ptis parte prima, de quo Alex. late in l. 4. §.
ait prætor nu. 2. ff. de re Iud. Cepol. caut. 51.
& Alex. cons. 49. num. 5. vers. nam sequere-
tur vol. 4. Socin. Iun. cons. 62. num. 7. volu. 1.
37 Put. decis. 471. parte 2. Licebit nempe ap-
pellare ab illarum omissa condemnatione,
seu de illis facta absolutione. Rot. decis. 47.
de App. in nou. lat si id facere omiserit, sen-
tentiam approbare, ac illi acquiescere cla-
rum erit, & per consequens transeundo in
iudicatum, nec amplius appellare, nec vlte-
rius succurri sibi poterit a secundo iudice c.
significauerunt vbi Felin. nu. 2. & 5. & Abb.
38 num. 7. de excep. Sed præmissa non habent
locum, quãdo succumbens in negotio prin-
cipali appellauit, quia cum appellatio tunc
sit effecta communis, non est opus, quod ab
omissa expensarum condemnatione vi-
ctor appellet, quamuis non interposita ap-
pellatione a viro praxis appellandi p victorẽ
(vt dixi) valde cõmendet, p Frãc. in c. si duob.
colum. 4. vers. sed queritur, nu. 1. de App. &
abunde, per Vestr. Viden. te in sua praxi,
libro septimo capitulo tertio, numero 29. &
39 30. At si vnus ex collitigantibus quatenus
contra, in parte, & partibus sibi præiudicia-
libus appellauerit, talis appellatio collitigan-
ti non prodesset, dico quo ad relata de ex-
pensis, & regula, quod appellatio sit com-
munis, in hoc limitatur, si pro appellante
postea pronuncietur. Innoc. & DD. in capi.
si duobus q. 2. vbi Felin. de App. Felin. in cap.
significauerunt, limit. 3. nume. 3. de excep.
qa, vt ibi subdit Abb. Appellatio pdicta non
suspendit partes ei vtiles, & in hoc limitatur
l. omnem honorem. C. quando prou. non
est neces. vt Abb. in capitulo cum Ioan-
nes columna finali. de fid. instrum. optimè
dicit, Immo quod plus est, si præmisso mo-
do appellans commissione impetrata illam
in actis presentari curauerit collitiganti non
proderit, Achil. decisione prima, de Appel.
Ratio patet, ex virtute verbi condictionalis,
quatenus contra, quasi dicat, si ad mei fauo-
rem pronuntietur, euanescat appellatio, &
collitiganti infructuosa commissio rema-
neat. At fallit regula, qñ sententia conti-
net vnum caput tantum, ita eo casu appella-
tio quatenus cõtra interposita proderat alio
collitiganti, etiam facta in parte, & partibus
præiudicialibus, & sibi appellanti contrarijs
Dec. in cap. si duobus, nu. 17. vbi Perusini,
num. 4. de App. & melius Bertaz. cons. 19.
num. 6. vol. 1. crim. Vnde, vt subdit Felin. in
d. cap. significauerunt limit. 3. num. 3. vers.
40 docet practicam, quod eodem modo pro-
uocet appellatus. Quamuis regulariter, quã-
do sententia pluribus nocet, sat si vnus ap-
pellet sit, adeo quod, si alter excollitiganti-
bus illi inhęrendo causam appellationis cõ-
mitti

mitti curet, talis adhæsio habetur, & operatur, perinde ac si appellasset, l.j. & seq. C. si vnus ex plur. appel. Franc. in cap. dilectæ. col. pen. concl. 5. de appell. ad quod faciunt latè congesta, per Grauat. ad Vestr. in sua praxi.
41 lib. 7. num. 49. At quando ab omissa expensarum condemnatione appellatū sit, istud emergēs naturam principalis negotij sequitur, quare in sequenti instantia, si ius assistat,
42 illarum condemnatio sequi poterit. Ratio autem quare appellando victus, generaliter sit ab omissa expensarum condemnatione victo interdicta appellatio, est, propter iudicis a quo dignitatem, vt in d. l. omnem ho-
43 norem, & in d. c. fraternitatis. Et an, & quando Iudex negligens in condemnando in expensis de proprio teneatur, vide Ias. in l. properandum, § sin autem alterutra, col. 9. vers. an autem possit appellare ab omissione, C.
44 de iudic. Quod amplia procedere, etiam si in principali negotio causam appellans non prosequatur, quia cum iam sit effecta appellatio communis, ac ius quęsitum appellato, inuito appellante, quo ad articulum expen-
45 sarum causam prosequi poterit, vt abunde per Abb. in d. cap. significantibus, nume. 7. Bar. in d. l. omnem honorem, vbi Bald. & Salic. Rot. decis. 13. de re iud. in nou. Quod ratione pateat, quia iudex addere, supplere, & minuere snīæ primæ iudex ad quē, dummodo (vt præmisi) fuerit appellatum valet, vt Rota in dicta decis. 13. Et si iudex appellationis primam confirmando sententiam, aliquem in expensis condemnet, etiam de factis in prima instantia intelligitur, & ita
46 si absolut. Dec. in capitulo reprehensibilis, nu. 9. & 10. de Appell. si omittantur expēsæ pro Procuratoribus, & Aduocatis, consideratis instantijs causarum, habeat suas taxas ordinarias, quod extra illud tribunal iudicis arbitrio repositū est, qui consideratis considerandis, vltra claras expensas per Notariū dèclaratas, & liquidatas, mercedem bene vi
47 sam addit, Vestr. vbi supra numero 12. Bellam. deci. 437. asserens suo tempore dari floreni sex Aduocato, etiam multū in qualibet prima instantia laboranti, & Procuratori
48 quatuor, & in alijs instantijs tres solum florenos. At hodie floreni in desuetudinem abierunt. & nisi eorum vice scuta Aurea vel Doblę aureę sępissime dentur, non aperiuntur libri, sed pulueri familiares persistūt, registra non videntur, manus non accipiunt calamum vt scribat, pedes figuntur immobiles, at si iudicem edocere contingat, vox faucibus hęret, neque proferri verba possunt, & ad instar cęcorum, qui absque pecunia non cantant, fiunt solentque quotidie multi, quando mane e lecto surgunt dicere, suscitentur lites, & discordiæ inter diuites, & potentes, ac bene soluentes, nā cariori pretio emuntur, pagina, atramentum, calamus, & alia, quare nisi pro eis afferatur solutio, res præfatæ non inseruiunt litigantibus in eorum manibus, (vt ita dicam) sunt clientuli, sicut asinus in manu rustici, quia verba, cauillationes, ac mendacia, absque eo, qđ litibus sit finis, reportant multo-
49 ties, salua bonorum existimatione. Quarę licet multas pecunias pro mercede præfata clientuli soluant, paucas in Taxatione recuperant. A cuius excessu semel tantum appel-
50 lare ius permittit, Luc. pet. de iudi. fori capitol. lib. 9 titulo de expens. litis, numero 20. Felin. in c. quo ad consultationem, nu. 30. de re iud. circa quod tandem in reformatione Tribunalium vrbis sanxit Fel. rec. Pius IIII. Et sicut appellatione pendente non valeat executio fieri, l. 1 ff. nil nou. app. pend. ita pariter neque taxari expensæ valent, deci. 46. de re iud. in ant. At si iudex in expensis, damnis, & interesse aliquem condemnat, & obtinens, dicta damna, & interesse, vna cum expensis taxari instet, debet iudex denegare, etiam si in eodem libello damna, & interesse petita forent: ea ratione, quia sub nomine expensarum, non continentur, capit. in nostra de iur. iur. Salic. in l. non ignorat nu. 4. vbi Bal, num. 19. C. de fruct. & lit. expens. Ideo bene praxis inoleuit separatim prçfata verba dāna, & interesse in hac commissione ponere, quæ autem damnorum, & interesse appellatione veniant, & comprehendantur, ponit Rebuf. sup. concord. Franc. in rub. de collator. §. si quis autem in verbo damno-
51 rum. Commissio nostra, quando iudex ordinarius sua ordinaria iurisdictione pronunciauit, est superflua, ideo deneganda, si porrigatur, venit: vti pariter si res iudicata adsit, qua stante, si executioni, vel taxationi expensarum sit locus, sua poterit vti iurisdictione absq; alio rescripto Innoc. in cap. significantibus, nume. 1. de offic. deleg. quia si durat vsq; ad finem litis sua iurisdictio ordinaria, si exequi ac taxare non valeret, sequeretur absurdum, quod nulla inter delegatam iurisdictionem, & ordinariam daretur differentia, quandoquidem delegata expirat lata sententia, in Rom. Curia maxime, (vt dicam, in commissione executoriali) & non ordinaria, ac nunquam litibus, & expensas esset finis ita de facili, decis. 2. vt lit. cont. in nou. c. in literis de offic. deleg. sicque habentis in se spiritum, frustra insufflatur per commissionem

fionem, Sarmient. felect. fent. lib. primo, cap. 14. num. 11. At quando delegatus pro-
52 nunciauit, vt exequi valeat, commissione in Rom. Curia executoriali dicta opus est, quę via ordinaria facillime conceditur: ratio est, quia iurisdictio delegati pronunciando expirauit, sicque vt noua ad exequendum, ac expensas taxandum superueniat iurisdictio, requiritur. Licet non desint ex nostris iuris interpetribus, asserentibus delegatum
53 a Principe suam de iure exequi posse sententiam, absque noua iurisdictione, capit. quęrenti de offic. deleg. Bar. in l. a diuo Pio, vbi DD. ff. de re iud. quamuis in contrariam inclinet sententiam Alex. in rub. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. num. 6. & 9 nihilominus aut Bart. opinio procedit in delegato ad vniuersitatem causarum, aut extra Ro. Curiam, quia in ea propter præsentiam Papæ, ac derogationem regula, quod literę executoriales aliter quam sub plumbo expedire
54 non arctent, cessat iurisdictio. Ob id vt delegatus possit sub suo paruo sigillo mandata relaxare, solent practici præfatam commissionem formātes, in fine ponere clausulam hanc, nō obstante regula Cancellarię, quod literæ alias, quam sub plumbo executioni demādari non valeant, vel sub suo paruo Sigillo mandata exequatur, regula contraria non obstante, cui regulę potest Signatura
55 Iustitiæ derogare, & ideo apponitur iudicis sigillum, vt maior fides adhibeatur, ac vt iudicis voluntas plenius pateat, Felin. in capit. 2. num. 36. de fid. instr. Put. decis. 259. nu. 4. parte prima. Et sigillum iudicis in citatione, præcepto, sequestro, monitorio, vel similib. appositum, ita ipsum mandasse significat, ac decreti, locum sibi vendicat, Put. decis. 335. num. 4. par. 3. Plura nempe de Sigillo, & eius fide congerit Gabr. lib. com. op. tit. de præsump. concl. 3. vt in simili, quādo de re communi agitur, puta vniuersitatis, siue communitatis, si eius apponatur Sigillū, perinde, ac si Priores, ac cæteri de Ciuitate subscripsissent, censeri debet. l. 3. vbi Glo. & DD. C. de reb. eccles. non alien. Bar. in l. quæ dotis nu. 27. vbi Alex. num. 28. ff. sol. mat. Marf. in rub. de probat. num. 300. & seq. Aym. de antiq. temp. par. 1. nu. 171. Ias. conf. 1. num. 23. vol. 1. Glos. in l. procurante in verbo intelligendum ff. de proc. Bal. In cap. cum Ecclesia, num. 4. de elect. Rom. conf. 303. nu. 7.
56 Paris. conf. 9. nume. 10. vol. 2. Dirigitur ista commissio interdum, quando obtinēs pręuenit iudici a quo vltimo pronuncianti, & ita Signaturam seruare testatur Cassad. decis. 13. num. 4. de rescript. Quod dictum non procedit generaliter, nam si appellans fuit in committenda causa appellationis diligens, iudici ad quem rescribitur, quia eædem fiunt coram vno expensæ, quam corā alio, & ratione suspitionis pronunciantis, cuius etiam iurisdictio per commissionem appellationis debilitata remansit, cum alia clausula, constito de re iudicata, &c. exequatur, sin secus causam Appellationis cognoscat, rescribere solet, pręcipue quando negotium redditur dubium. Sed vltra clausulam constito de re iudicata, satagant procuratores aliam addere, vel quod alias executioni sit locus exequatur, quia ex natura rei statuto municipali disponente, ex priuilegio, siue alias executioni locus esse poterit, ob id non debet se restringere, sed cum hac clausula commissionem ampliare, Sequitur deinde commissio nostra, expensas in causa factas, taxet, & moderetur, & pro illis mādatum executiuū decernat, & relaxet, &c.
57 Et ideo Signatura præmissa demandat, quia non iudicat. At si de restitutione in integrū mentio fieri contingat, alia subnectūtur verba ante clausulā præfatam, nempe, pręfixo aliquo breui, & peremptorio termino ad docendum de causis propter quas veniat in integrum restituendus, quo elapso, & nihil,
58 quod releuet docto, constito de re iudicata, &c. Terminisque ad secundam ordinariè præfigitur, quamuis, vt plurimum rescribi cum dicta clausula soleat in reformatione commissionis restitutionis in integrum, de qua late per Vestr. in sua prax. lib. 8. ca. fi. nu.
59 9. & 10. Partis citatio in huiusmodi taxatione requiritur, & ita in praxi seruandum fore testatur Bal. in d. l. terminato nume. 1. Et licet Ias. in l. nec quicquam. nume. 46. ff. de offic. proc. & lega. contrarium asserat, nihilominus restringi, & saluari sua potest sententia, quando eodem die, quo pronunciatum extitit taxentur, quia incontinenti videntur inesse, Franc. in cap. sæpe, q. 13. de App. at eo die elapso, verior erit Bald. sniā:
60 Sed quod eodem die taxentur expensę, nō est vsu receptum, Maran. de ord. Iud. par. 6. in verbo post omnia aduertatur circa executionem. nu. 21. vers. sed hodie, & ad eandem met diem Iason dictum restringit; & non ad diem naturalem, vt per Salic. in d. l. terminato num. 2. l. paulus ff. de re Iud. cap. appellationibus, ibi eadem die expensarum cōdemnationē facias, de app. in 6. Vestr. in sua prax. lib. 9. c. 2. nu. 9. Sed quando adest com-
61 missio nostra, citatio requiritur, ex natura verbi constito condictionalis, quod in iudicialibus partis citationem imputat, ca. sæpe, vbi

vbi Glos. in verbo contingat, de re iud. Staphyl. de lit. Iust. capitulo citatio personalis, num, quarto, decis. decimaquinta, de dol. & cont. in antiq. Dat autem dicta clausula constito condictionalis formam, quod causę cognitio, citata parte adhibeatur, quæ, nisi audiatur, nec recte iudicari, neque causarum merita pandi possunt, quasi ferro viam aperiat, qui per contraria transit, cap. graue 35. dist. Lancell. de Attent. post inhib. limit. 11. num. 23. sed sat est. Quod in aliqua parte, non tamen plene de bono iure in negotio principali gustet Vestr. in sua prax. lib. 8. cap. 3. nu. 9. in fi. Vant. de nullitat. Tit. quot, & infra quod temp. num. 4.
62 vers. Id circo, solent iudices, quando in sententia aliquem in expensis condemnant, hæc proferre verba, quarum taxationem, nobis, vel cui de iure, reseruamus. Quæro an postea illius in officio successor, ex reseruata facultate, illas taxare valeat? circa quod breuiter dic id procedere ī iudice ordinario, dummodo non impedito per inhibitionem, vel appellationē; & ideo eius successor id perficit, quia talis reseruatio nō personam, sed officium concernit, quæ licet mutata, nihilominus eadem est, & remanet, quia personæ, absque officio, & authoritate id fieri prohibetur, ideo intrat regula, quod sine officio fieri nequit, ab officio factū censetur. vt per Bal. in d. l. terminato num. 10. Immo Ordinarius taxabit expensas, de quibus in sententia arbitri facta erit condemnatio, quia cum nihil sibi reseruare Arbiter queat, earum taxatio, vti pariter laudi executio, ad illum spectabit, vt per Bal. in d. l. terminato nu. 11. l. vt fun-
63 dus ff. com. diuid. Perfecta nanque expensarum taxatione, & per partem iurata, nihil amplius de illa tollere vel, detrahere iudex poterit, Bal. in l. si clericus col. pe. C. de epis. aud. Inno. in cap. super eo, nume. 4. de his quæ vi. met. ve caus. §. oportet. Aut. de Iudic. & licet de iure in similibus præstari iuramentum debeat, sec. Glos. in cap. 1. in verbo docuerit, de elect. in 6. alias remanet ipso iure nulla taxatio, cap. cum venissent de
64 eo qui mit. in pos. Tamen de stilo, nec pręstatur, nec attenditur, nam taxant Notarij (vt dixi) iustas expensas, ob id iuramentum non requiritur, & remittitur, Vestr. vbi supra nu. 6. ca. fi. de iudic. in 6. Ea nempe, quæ de iuramento dicta sunt, poterunt in damnis, & interesse, stante maxime camerali obligatione, & pacto quod passi iuramēto
65 probentur, verificari, quod missum facio. At si male taxasse, vel errasse iudex cognouerit, iureiurando non obstante, aderit error, illā reformare, vel reuocare poterit, Innoc. vbi sup. num. 5. Et quāuis in eo, ꝙ non recuperat oēs expensas, grauetur: tamen in alio releuatur, ꝙ eius iuramento creditur, qđ in facto nostro ratione adinuentū extitit, quia si omnes expensę venirent per testes probandæ, & infinitas daretur, & plus expensæ expensarum essent, q̃ principale, ac adeo prolixum, vt ita dicā lites de lite faciendo iudicium foret, quod, & Iudices, & causidicos, ac ipsos notarios, quia ceu ad nihilum causæ reducerent, tedio afficeret. Maran. de ord. Iud. par. 6. in verbo defertur
66 aliquando iuramentum, nu. 33. Vtque caute pręmissis succumbens obueniat, ab excessiua taxatione in totum, vel in parte appellet in specie, Innoc. in d. c. super num. 4. vers. taxatione: Et vltra vnam vicem, non permittit ius appellationem, neque datur commissio nostra (vt dixi,) ob id omnino audientia denegatur Feli. in c. quo ad consultationem nu. 20. de re iud. Vestr. vbi sup. lib. 7. cap. 3. nu. 17. Et ad quas expensas teneatur succumbens, ac qua actione, tradit Innoc. in cap. sępe contingit num. 1. & seq.
67 de App. At expensæ ratione attentatorum factę, si adesse attentata pronunciari contingat, ante sententiam taxantur, vna cū expēsis factis in causa principali, antequā attentatū fuit: ratio vrget, quia attentatorū sententia executioni demandanda est, anteq̃ super negotio principali cognoscatur c. bone de App. cap. cum teneamur, de maior.
68 & obed. decisio 5. de dol. & cont. in no. Et quodammodo pro pæna attentati earum attentans est reus, ne commodum ex eo, quod cōtempsit iudicis maiestatem, reportare videatur, licet ab alijs pęnis secundum attentati qualitatem, non sit immunis, vt paulo infra in commissione attentatorum particulari (Deo dante) subnectā. Probabilis litigādi ignorātia, vel causat, excusa regulariter ab expēsis, earūue condemnatione, cap. fi. de dol. & cont. deci. 7. eod. tit. in nou. sed non a restitutione frūctuū, vt in d. dec. l. qui solidum §. ex causa ff. de leg. secundo, capitulo primo, in fi. de elect. in 6. pariter ab illis excusari solet, si priorem sententiam ad sui fauorem succumbens obtinuerit, Vestr. loco citato, libro octauo cap. 2.
69 nume. quinto. Quæro modo, quid importent illa verba, omnes, & singulas expensas taxet, & moderetur, in qualibet commissione apponi solita? & dico mirabiliter

biliter operari quia, si vt simpliciter expensas, taxet iudici demandatur, tantum de coram ipso factis erit intelligendum, at virtute dictæ clausulæ omnes, & singulas &c. factas in illa causa, in quacunque instantia comprehenduntur, de quo habemus pulchram decis. quadragesimāquartā de sent. & re Iud. in antiq. Vestr. vbi sup. libro octauo capit. vltimo, numero vndecimo. Mandos. in commiss. executor in verbo omnes, & singulas. Quando commissio dari contingit, quod constito de oratoris paupertate, eas in fine litis iudex reseruet, vt sæpissime fieri assolet. Vestr. vbi supra libro septimo, capitulo primo, numero nono, dat cautelam, quod clausula addatur, si quæ de iure reficiendę veniūt, & ideo bona est præfata cautela, quia nō arctatus oratorē, nisi quaten' disponat ius. At (meo Iudicio) nō semper erit d. cla apponenda, sed vbi esset expensarū refectio turbida, nā tunc nemo conqueri potest, si vtriq; ius pseruatur. Secus si essent liquidæ: nam tollēda veniret dicta clausula, quia potius apta foret ad causam peruertendam, quam ad afferendam vtilitatem, nam de facili lis iterum inciperet, quamuis finita, cum nouis expensis.

71 Consequēter videamus, an huiusmodi expensarum taxatio sit interlocutoria, vel diffinitiua, & licet ex professo cū limitationibus hāc quæstionem infra in alio meo tractatu de sentent. speciebus, earumq; differ. & quom. cogn. parte tertia capitulo vigesimooctauo posuerim. Tamen breuiter distinguendo, dico qđ si sententia expensarum condemnatoria, vna cum sententia negotij principalis diffinitiua feratur, quia eo casu participat de diffinitiua, nec aliam post se expectat sententiam, erit interlocutoria diffinitiuę vim habens. At quādo de per se, de illis agitur principaliter, mere diffinitiua vocabitur, Rom. cons. 338. per tot. vt latius in præfato meo Tracta. Concludo igi-

72 tur, ab excessu executoris appellationem non dari, nisi quatenus nouum, vltra illatum per primam sententiam addat grauamen, & non per mandatum, sec. Felinum,

73 qui, vt testatur Mandos. in reg. Cancel. 37. numero quinto prop. fin. de non Iud. iuxt. for. sup. fuit Rotæ Auditor suo tempore præclarissimus, vt eius scripta testatur, in capitulo quo ad consultationem, nume. 16. de re Iudicata, Ruin. consil. septuagesimooctauo, numero primo, volumine quinto, Si fuit mandatum relaxatum, puta pro scutis mille, & pro minori summa exequatur, nullum poterit grauamen considerari, vti quando vltra summam mille id fieret, & ita Rota censuit coram D. Orano, in vna Firmana bonorum 8. Nouembris 1585. quamuis isto casu appellatio, tantum ab excessu expressa, in illa parte, non in totum executionem suspenderet, Spec. de exeq. sent. §. nūc videndum columna tertia, versiculo sed nunquid, in totum, But. in dicto capitulo quo ad consultationem, numero decimoseptimo, Imol. numero decimoquarto, vers. nunquid autem, de re Iudic. Contard. in l. vnica numero decimonono, versic. limita rationę excessus, & nume. 31.

74 C. si de mom. pos. Commissio istæc executorialis, nisi pendentis causæ appellationis interpositæ mentionem faciat, etiam si trium conformium sit executoria, erit subreptitia, sed non ipso iure, Bellam. late decisio 89. & idem dicit Felinus in rubr. de rescrip. num. duodecimo, vers. sexta regu-

75 la, & ibi executoria impertita. Si in sententiæ morum correctoria materia versari cōtingat, exempli gratia, quando alicuius ordinis superiores, vel alij iuxta eorum approbatas sanctiones, vel regulas, sine alio iuridico, & conuenienti modo punire religiosum subditum intendant, neque suspectos recusari, neque ab eorum gestis appellatio permittitur, cum præ cæteris ad salutem correcti tendat, quare de plano, & sine vllo iudiciorum strepitu illis datum est imperium. Attamen si modum excedant, ab illo excessu datur appellatio, facta particulari de ipso mentione, capitulo irreprehensibilis, vbi Innoc. nu. 3. & Abb. in cap. cum speciali nu. 3. de Appel. Idemque censendū erit, sic Sacro Trident. conc. sess. 24. ca. 10. permittente a visitatorum sententia, etiā in ad visitam pertinentibus. Quamuis eorum libri plenè probent, etiam si ab Episcopo deputati reperiantur. Veral. decisio. 158. parte secunda, & ideo causa excessus venit exprimenda, vt appellanti an sit audientia danda, vel denegāda, decernatur, Innoc. in capitulo ad nostram per tot. de App. & in cap. dilectus filius, el 1. nu. 1. de rescrip. & in cap. super eo, per tot. de conhab. cleric. decis. Cap. Tholos. 441. Quod alia pateat ratione, quia ius dictæ appellationi resistit, c. Romana & c. cum sit de App. in 6. c. quo

76 ad consultationem eod. tit. Expensæ litis ex vno ex tribus capitibus petuntur. Primo ratione contumaciæ, quæ contumaciales vocantur. Secundo, Calumniosæ ac fa-

77 ctæ ex calumnia. Tertio ex capite temeritatis

rarietatis

rarietatis. Primæ contumaciales, tam ante, quam post litem contestatam, vsque ad sententiam indistinctè petuntur, qualemcumque litigandi causam, siue iustam, siue iniustā, is cui reficiendæ veniunt, habuerit, capitulo cum dilecti, de dolo & contumacia, capitulo ad hoc, de sequestratione poss. & fruc. capitulo quoniam, §. in alijs. vt lit. non con. l. sancimus, C. de iudi. Aut qui semel. & l. properandum §. si quidem, C. quo. & quan. iud. cap. significauerunt, de testam. cap. sępe de App. Glo. in cap. finem in verbo expensas cum cap. seq. de Dol. & cōt.
78 Et ante quam contumax in causa audiatur, has expensas reficere debet, d. cap. primo, vbi Glos. & capitulo ex literis, de dol. & cōt. cum relatis per Specu. in §. si ante litis contestationem numero sexto, in titulo de expensis, Hinc vrbis, & orbis praxis inoleuit, quod relaxatis mandatis executiuis contumacialibus, vel si quis ordinariè contumax fuerit, (non tamen ex camerali obligatione) quia eo casu nō attenditur contumacia, volēs audiri, denegetur audiētia, nisi refectis præmissis expensis, & de tali consuetudine testatur Andreas de Isern. in constit. regn. Neap. incip. sponte volentibus, quod restringe, ad expensas factas, quando fuit cōtumax tantum, non ad integras litis, & post faciendas, l. contumaciam, ff. de re iudica. Paul. de
79 Castro, consilio trigesimo trentesimoquarto, visa appellatione numero septimo, volumine primo. Ipsis nempe refectis, ante gesta euanescunt post comparitionem, & negationem: & in hoc vnum scias, quod circa illarum condemnationem, clementia iu
80 dex vti non debet, §. oportet, Aut de iudic. Fulg. cons. 158. nu 3. Et contumax fit multis modis, relatis per Innoc. in cap. ex literis per tot. de dol. & cont. Calumniosæ, vel per calumniam dicuntur. secundæ expensæ petitæ, quæ tam ex parte actoris, quam rei considerantur, quia ex vtraq; parte calūnia oriri potest, quas calumnians semper præstare tenetur, tex. est clarus in capit. calumniam, de pen. l. tertia, C. de calmn. §. aduersus institutio. de pęn. tem. litig. capitulo cæterum, & capitulo finali, de rescriptis, capitulo literis de dolo & contum. Specul. in tit. de ex-
81 pens. §. postremo num. decimotertio. Quę, pæna ad reprimendum temere litigantium voluntatē dicuntur. Immo, si in causa criminali reus absolutus sit, & in sententia ipsum fuisse calumniatum constet, de iure ad illarum refectionem calumniator tenetur, vltra quod infamis efficitur, l. qui non probasse C. de Calum. ex quarum refectione, iustissimo timore multoties retrahuntur mortales, & sic alij non remanent a calumniatoribus oppressi, l. quarta, §. hoc autem Iudicium vbi Bartolus ff. de damn. infe. l. ad peremptorium ff. de Iud. toto titulo, ff. & C.
82 de pen. tem. litig. At quandocunque post litem contestatam petantur, non iure actionis, sed iudicis officio fiet, l. ędiles, §. sciendum ff. de ædil. ędic. Innocentius in capitulo finem, numero quinto, de dol. & cont. & in capit. sępe de Appel. Spec. in titulo de expens. § nunc de expensis, vers. hoc quoque notandum, Rota decisio. quadragesimaseptima, numero secundo, de Appell. in no. Vestn. in sua prax. libro octauo, capitulo secundo, numero septimo. Aliæ tertiæ ex temeritate reficiuntur, & temerariæ vocātur: tuncque si habuit iustam causam litigandi, siue articulus erat disputabilis, ab illis excusatur. Aut iustitia non assistebat, & temere agens ad illas condemnatur, l. eum quem temere ff. de Iudic. capitulo calumniam de pen. Aut casus erat dubius iuris, & iterum distingue, vt per Specul. in dicto §. postremo, numero decimotertio. Quod, si ex contractu illas reficere promisit, iusta litigandi causa non ex-
84 cusat, licet iusta adsit. Nulla causa in mundo repertur, a qua ratione excessus, vel grauaminis illati, appellatio non detur, Bald. in capitulo, licet numero secundo, de offic. ordin. Felinus in capitulo quo ad consultationem, columna vndecima, circa fin. versi. relinquit Decius in capitulo nouit numero quinto de Appel. Capic. decisio trigesima-
85 quarta. Iudex repellendo legitimas exceptiones grauat, quando de iure sunt admittendæ, Contar. in l. vnica C. si de mom. pos. limit. decimanona, Surd. consilio vigesimoseptimo, nume. decimonono, quia vlterius grauat, ob id datur appellatio. Mo-
86 net Episcopus aliquem eo sub prætextu residentiæ in Ecclesia, quam obtinet parochialē, & bene, quia vt resideat monendus est clericus, non citandus, Dec. in capitulo peruenit, numero secundo, de Appell. Appellat monitus. Quæro an locus sit appellationi, circa quod destingue. Quod, aut ad id Episcopus ex visitatorum decreto mouetur, & tunc stante declaratione facta in visitatione, quod parochialis effectualem requirat residentiā personalem, & qa monitoriū habet decretum pręambulū, nō datur appellatio suspensiua, ita dictante sacro Concilio Tridentino sess. 24. capitulo decimo.

cimo. Aut ex se id fecit, vel facere, nititur, ac nouum residentiæ onus imponere, & datur appel latio, vt per Lãcell. de attẽt.
87 appel. pend. limit. 28. per tot. Si liti, & causæ aduersarium cedere contingat, nulla pro oratore lata sententia, qui postea expensas taxari petat, non datur commissio, sed ad causæ expeditionem procedi debet. At quando lata est sententia, datur commissio, addito tamen, quod taxentur expensæ vsque ad cessionem litis, & causæ, at quando post cessionem litis, & causæ sit processum, vsque ad sententiam exclusiuè. Si petatur executio cum taxatione expẽsarum, additur clausula restrictiua, vsque ad tempus cessionis tantũ. Quia, quando prima sententia reuocatur ex nouiter deductis, in secunda instantia expensarum condemnatio cessat, Rot. decis. 20. de dol. & cont. in antiq. Guid. Pap. decis. 430. Cap. Tholos. decis. 224. Et licet Rota semper condemnare in expensis soleat, Cassad. deci.
88 13. de rescrip. Tamen id non seruat in casu isto quando ex nouiter deductis prima sententia reuocatur, Verall. decis. 340. nume. 3. & 4. par. 1. Instructa causa corã A.C. & vigo-
89 re Cameralis obligationis, actor attẽtando, eundem iudicium introduxit in partibus corã ciuitatis illius Gubernatore, & quia attentauit, A. C. expensas solitas, per notarium (vt dixi) taxare, ac cum illis damna cuiusdam equi capti in executione, & quasdam alias expensas cum præfatis connumerando, taxatus fuit, ab excessu appellatum extitit, & causa mihi per Signaturam demandata, superuenit pro parte obtinentis cõmissio executorialis, & licet præfixo termino constaret de re iudicata, tamen quia non iustificabantur præfata damna, & interesse ex actis, pro illis recusabam dare executionem. Quod videns victor, parte citata, examinari tunc duos testes curauit, qui illa probabant, quo viso per succumbentem liti cessit, sed ad expẽsas factas in iudicio p̃fato, nullo de iure nõ tene-
90 ri dicebat, pro parte ad illas agentis allegabatur regula, quod ex nouiter deductis iustificari sententia posit, Veral. deci. 114. nu. 1. par. 3. & quamuis executioni sententiæ, & rei iudicatæ inique ius non assistat, tamen id cessat, quando postea iustificatur, vt ibi Veral. num. 2. & seq. Quo vero ad litis cessionem, dicebatur, stante testium publicatione, non intrare, tum quia attentauit, Rom. sing. 136. & 191. Tum quia noluit a lite desistere, nisi post tentum terminum ad sententiam, & sic in expeditione causæ. Circa quod contraria opinio verior mihi visa fuit ex alia regula,
91 Quod sententia, quæ non iustificatur ex eisdem actis, sit notorie iniusta, ac nullitati ęquiparanda, & dato qđ in commissione adesset clausula appellatione remota, nunquam transiret in iudicatum Cęs. de Gras. deci. 2. a num. 5. vsque ad 10. de solut. per Cons. Paris. 54. num. 1. & seq. vol. 4. Felin. in cap. inter cæteras sub num. 10. vers. dicit iniquitatem esse euidentem de re iud. Veral. decis. 84. par. 2. quia vt dixit Couar. var. res. lib. 1. cap. 1. nu. 6.
92 Secundum acta, & probata pronunciare iudex tenetur, alias non iustificando actor suam intentionem, si iudex sententiam fe-
93 rat, remanet notorie iniusta, Aret. cons. 68. num. 6. Cęs. de Gras. decis. 13. num. 10 de Appel. Ratio est, quia sentẽtia certam exprimẽs
94 in condemnatione quantitatem, si in appellatione illa quantitas ex actis non reperitur probata, est ipso iure nulla, & per iudicem ad quem condemnatio venit reformanda, adeo, quod ex nouiter deductis, gesta iustificari postea in secundo iudicio non valent, vt bene id Veral. dec. 101. p. 3. quæ alteri dec.
95 120. ead. par. contrariare non videtur, quia in illo facto in parte, sed non plene probatum extitit, & lata ad fauorem probantis fuerat sententia in causa beneficiali, & non prophana, vt in casu nostro: ob id Rota, quæ æquitatem sequitur, expectandas adiuuatorias probationes, quæ bene in secunda instantia fieri possunt, dixit, & illis stantibus, confirmandam sententiam, sin secus infirmandam, quod est in facto nostro diuersum (vt dixi) & quia nil coram A. C. probatum extiterat. Ad d. decisionem allegatam 114 dicebam plura, Primo quod per decis. vigesimã quintã, ead. parte tertia tollebatur: Secundo, quod allegabat Glos. in Clem. appellanti, in verbo nec processus, de Appell. & in eius authoritate se fundabat, quæ dicit sententiam impugnari, & iustificari posse in secunda instantia ex nouiter deductis, per regulam, non deducta deducam, non probata probabo, quare si DD. sunt intelligen-
96 di secundum iura quæ allegant, ita est intelligenda pręfata decisio. Tertio, & eò magis, cum numero secundo dicat, qđ superueniente causa, ob quam constet de iniquitate sententiæ, non debet executioni demãdari. Quarto non inferri bene videbatur, sententia potest iustificari ex nouiter deductis, ergo sunt reficiendæ expensæ in iudicio nullo factę, quia vltra quod versamur in diuersis, in quib' de vno ad aliũ nõ fit illatio, l. papinianus exuli. ff. de mino. cũ simil. daret incõueniẽs, ꝙ cõmodũ nullitati causam

præbens,

97 præbens, ex illa reportaret, qui de iure ad pęnam refectionis expensarum in illo iudicio nullo factarum, collitiganti tenetur, Vant. de nullit. tit. quot & circa quæ temp. nu. 53. l. dolum. C. de peric. & com. rei vend. diuersa nempe inter se sunt exequi sententiã nullam quæ nunquam transit in iudicatum, & facere cessare cõmissionis executorialis efficaciã, aliud illam defendere coadiuuando, in secunda instantia a nullitatibus vt
98 per Put. decis. 401. part. 1. nam ex eisdẽ actis venit reuocanda taxatio quia obtinens errauit (vt sup. dixi) in facto, ad expensas alteri parti tenetur, Glos. & Bar. in l. 4. §. si rem ff. de leg. 3. Lanfr. de Oria in sua prax. in verbo expẽsas n. 9. Put. decis. 60. par. 3. in fi. Maxime qa supradictæ partitę petebantur, vti damna, & interesse, quæ (vt supra num. 55. dixi) non veniunt sub nomine expensarum. Nec facit q hodie liti cedere nequeat, & cedendo teneatur ad refectionem expensarũ, quia nimis tarde id fecit, ad deci. Capic. 25. cum hodie sit tentus terminus ad sententiam, quia stante, nullo iudicio (vt dixi) de illo non curabat, quod secus fuit factis probationibus, ex quibus forsan suum principalem arctari cognoscens, ne in vlterioribus expensis grauare-
99 tur, vtilius cedere, quam contendere iudicauit, post cessionem illum ab vlterioribus expensis excusando, Rot. dec. 2. de dot. & cont. in nõ. Guid. pap. decis. 430. Cap. Tholos. dec. 214. In simili videmus de Clerico conuento coram laico iudice incompetenti, (vt dixi in cõmissione Auocat. causarum) Excusandus
100 itaque mihi visus fuit ab expensis prætensis in hoc iudicio nullo, & ad alias teneri, quia attentauit, tam factas in principali causa, quã in purgatione attentatorũ, & illas solui debere, ante negotij principalis cognitionem, ad decis. 5. de dol. & cont. in nou. & licet Taxatę coram A. C. essent in hoc excessiue, nihilominus veniebant reducẽdæ, vt feci. De hac quæstione, quæ quotidie euenire potest, verba facere visum fuit, remittendo me semper in omnibus saniori iudicio.

Com. Formula Vrbis, vel

Verulana.

BEatissime Pater lite, & causa pendentibus inter S. V. oratorem A. reum conuentum ex vna, & quendam B. actorem, partibus ex altera, coram R. P. D. A. C. vel eius in ciuilibus Domino Locunt. causa, & occasione cuiusdam petij terræ, & alias prout in actis quibus relatio, &c. impugnatiue tamen S. V. haberi placeat, ac quatenus opus sit, suis loco, & tempore confinibus, & alijs exprimendis, vel iuxta sua notissima latera, & confinia &c. Idem iudex non minus nulliter, quam iniuste, & inique, ad aduersarij fauorem mandatum executiuũ decreuit, & relaxauit (& si extra curiam exequatur) dicatur, Quod præsentatũ fuit illius Ciuitatis Gubernatori, qui fines illius egrediendo, non solum illud in terris, de quibus agebatur, ac in eo designatis exequi fecit, & mãdauit, sed in alijs terris, & bonis libere ad oratorem, vel ad dictum D. spectantibus, & pertinentibus, ac in maiori quantitate illud executus fuit, licet nulliter, iniustè, & contra formam præfati mandati. Vnde orator se grauatum sentiens, magisue in futurum grauari timens, infra legitima tempora ad S. V. ac Sanctam sedem Apostolicam appellauit, & de nullitate dixit, at ab huiusmodi excessu etiã in particulari. Dignetur itaque S. V. causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, nec non quam, & quas idem orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit, contra dictum, aduersarium, omnesq; alios &c. cum oĩbus suis dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali alicui alteri prælato, vel iudici in Rom. Cur. commemorante, summarie &c. committere, & mandare, Cum potestate citandi, & inhibendi toties, quoties, opus fuerit, in curia, & extra, etiam sub censuris, & pœnis ecclesiasticis eius arbitrio imponendis, applicandis, & moderandis, contradictores, & rebelles, penas præfatas incurrisse, declarandi, grauandi, & interdicendi, & regrauandi, seruata forma concilij tridentini attentata in primis, & ante omnia pro vt iuris fuerit reuocandi, ceteraque omnia, & singula alia faciendi, &c. vt in alijs cõmissionibus.

BEatissime Pater, dignetur S. V. causam, & causas appellationis, & appellationem nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & notoriæ iniustitię infra legitima tempora ad S. V. interpositę, & interpositarum per deuotũ illius oratorem A. C. ab excessu cuiusdam prætensæ taxationis expensarum, licet nullę, & iniustę factæ per R. P. D. Benedictum. Alan. A. C. in ciuilibus Locuntenente ad fauorem B. in causa, & causis, coram ipso in prima vel alia veriori instantia vertentibus. Alicui alio Rom. Cur. prælato, &c. vt supra.

BEatissime Pater lite, & causa pendentibus coram R. P. D. Antonio de Grandis S. V. Referendario, & ab A. C. in huiusmodi causa deputato, inter deuotum S. V. oratorem A reum conuentum ex vna, idē iudex non minus nulliter, quam iniuste, & inique oratorem ad fauorem B. aduersarij non solum in scut. ... condemnauit, verum etiam ad fructus, damna, expensas, & interesse, contra omne iuris debitum nimis excedendo, ac oratorem grauando, a quibus omnibus &c. vt supra.

BEatissime Pater, lite, & causa in tertia, vel alia veriori instantia pendentibus coram D. in ciuilibus Illustrissimi Vicarij, Locumtenente, ad instantiam S. V. oratoris A actoris ex vna, contra B. reum conuentū ex altera, causa, & occasione, &c. idem iudex ad oratoris fauorem diffinitiuè siue per decretum illius vim habens, pronunciauit, quæ sententia ob non legitimam, saltem in tempore interpositam appellationem, transitum fecit in iudicatum.

Vel ob eius in tempore non legitimam prosecutionem, causa remansit deserta, seu in qua alias duas sententias conformes, siue aliam præcedentem sentētiam ad fauorem oratoris latam, vel latas confirmauit, & quia parum esset tres, habere sententias conformes, & rem iudica tam.

Siue, & quia ita disponente vrbis statuto, ꝙ duę sententiæ cōformes habent vim triū, & faciunt rem iudicatam, & parum foret tres sententias, ac rem iudicatam, quæ liti finem imponit tot sumptibus, & expensis, reportare, nisi debitę executioni demandarentur. Ideo supplicat S. V. idem orator, quatenus dignetur eidem D. Iudici, qui vltimā tulit sententiam committere, & mandare, vt constito sibi de re iudicata, seu quod alias executioni locus sit, siue quod locus sit vrbis statuto, &c. exequatur, ac omnes, & singulas expensas in causa factas, taxet, & moderetur, & pro illis taxatis mandatum, seu mādata executiua insuper necessaria, vel opportuna, toties, quoties opus fuerit, decernat, & relaxet, sub suo paruo sigillo, regula contraria nō obstante, ac exequi mandet, & faciat, vsque ad oratoris integram etiam fiēdarum in hac causa expensarum satisfactionem, cum potestate &c.

BEatissimè Pater, si aduersarius in preinserta narrasset, prout non sine dolo, & fraude tacuit, S. V. oratorem per multas instantias litibus, & expensis vexasse, ac varijs subterfugijs in lōgum protraxisse, vt ad huc facere nititur, ad hoc, vt quod suum est, cōsequi non valeat, prout etiam appellando, modo a somniato excessu litem immortalē reddendo quærit, vtique præinsertam, &c.

Vel S. V. oratorem tres habere conformes, seu duas quæ vigore statuti vrbis, rem iudicatam constituunt, in sui fauorem, prout non sine dolo, & fraude tacuit, vtique præinsertam subreptitiæ, & obreptitiæ non obtinuisset, ideo vt litis aliquādo sit finis, & careat impetratis falsus præcator, supplicat S. V. eidem orator quatenus eidem R. P. D. cui præinserta dirigitur, committere, & mādare dignetur vt constito de tribus conformibus, vel &c. vt supra.

Vel præfixo dicto aliquo breui, & peremptorio termino ad docendum de asserta ecessiua taxatione, expensarum, quo elapso, & nil quod releuet docto, ad executionem taxationis iam factæ procedat, procedique mandet, & faciat, mandataque insuper opportuna decernet &c. vt supra.

Vel si aderit clausula restitutionis in integrum, dicatur, eidem iudici, cui præinserta prætensa commissio restitutionis in integrū dirigitur, committere, & mandare dignetur vt præfixo aliquo breui, & peremptorio termino, ad docendum de causis, propter quas veniat in integrum restituendus, quo elapso & nil, quod releuet dicto, constito de re iudicata, vel quod alias executioni locus sit, exequatur, &c. vt supra.

Præsentes commissiones, vt plurimum iudici ad quem diriguntur.

SVMMARIVM.

18 *Clausula*

De Commiss. appellationis in causis Criminalibus, & alia de eis.

1
Niquissimum homicidij scelus, vt ait glo. in verbo non putauit, in l. si quis homicidij, C. de accusat. a Cain pastore primum, in Abel fratris sui persona patratum, inter grauissima delicta, & enormissima peccata connumeratur, Abb. in cap. cum contingat, num. 22. de for. comp. malo nostro-

rum

rum temporum facto frequentissimum. Cum homines non custodientes euangelica precepta, quo ad inimicorum dilectioné, Matth. capitulo quinto, æternæ salutis immemores, brutis inter se nō sęuientibus ferociores, ex leuissimis quandoque causis, hac deflenda ætate illud committere non desinunt, Iul. Clar. in pract. crimin. §. homicidium latè. Illud iura omnia detestantur, vt in Decalogo, non occides Exod. 21. & Deuteronom. capitulo quinto, l. 1. §. cum arietes, ff. si quadr. paup. fec. dicat, cap. si perfodieris, & c. significasti de homic. adeoq; ciuiles leges in eius criminis reos insęuierunt, vt animum solum puniendum fore decreuerint, l. 1. §. diuus Adrianus, & l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de Sicar. Quare eadem pœna illos puniri ius sanxit, tam humanum, quam diuinum, l. 3. C. de episc. audit. ibi, que fecit semper expectet, latè Flam. Cart. in trac. de exeq. sent. in Proh. n. 4. & seq. & sicut tale obscenū, & lacrimabile facinus multa habet capita, vt toto tit. ff. & C. ad l. Corn. de Sicar. pariter secum varias, considerata loci, temporis, ac personarum, qualitate, pœnas trahit, quod non prosequor. Constito itaque de corpore delicti, ac alijs requisitis, iudex criminalis contra reum interdum carceratum, interdum fugæ deditum, procuratore fiscali instante, nam si alias iudex procederet, adeo locum partis inique teneret, quod postea puniendus esset, l. 2. C. de pen. iud. quib. mod. ad publicam vindictam suam profert sententiam, in pœnam vltimi supplicij, vel aliam condemnatoriam, vt delictum expostulat, reum condemnando. At si reus per se ipsum habita notitia, vel alium appellet, an cōmissio appellationis, ei concedenda sit, videamus, Circa quod pręsupponendum est vnius appellationem in criminalibus, alteri non prodesse, Dec. in cap. vna sententia, numero 2. de appellat. Bald. in Rubr. C. si vnus ex plurib. & in hoc limitatur regula, quod appellatio vnius alteri collitigāti prosit, licet
2 affirmatiuè videatur primo dicēdum, ex iuris cōmunis dispositione, Volens regulariter in condemnationibus capitalibus appellationem, etiam a tertio mandato carentem, ac sine vllo interesse vel vno de populo interpositam, cum exequutionis retardatione concedi, & appellantem audiri, l. non tantum, ibi Bart. & Doct. ff. de appellat. Ang. de
3 malefic. in verbo præsente, dicto Caio, numero primo, l. ad dictos, vbi Doct. C. de episcop. aud. Bart. in l. si quis filios, §. hi autem, ff. de inust. rup. & irrit. test. Quod fallit, primo in Crimine læsę maiestatis diuinę, & humanæ, l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. Secun-
4 cundo in reperto in fragranti, Bal. in l. 1. colum. 2. C. ne ex delict. def. Tertio in notorio, Rom. conf. 324. numero secundo, Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. quæst. 49. versic. So-
5 let etiam. Anan. in cap. quam pernitiosum numero primo, de vsur. Gram. decis. 29. numero 33. Quamuis de crimine læsæ maiestatis contrarium teneat Rol. a Val. cons. 73. num. 11. volumine tertio. Dummodo non in primo capite, cons. 19. & cons. 24. eodem
6 volumine. Quarto in latrone insigni, l. constitutiones, ff. de appellat. ac viarum crassa-
7 tore. Quinto in confesso, vel conuicto, l. 2. & l. obseruare, C. quorum appellat. non recip. Corn. cons. 159. nu. 2. volumine primo, Iul. Clar. vbi supra, quæst. 94. Gram. dec. 36. num. 29. & de confesso, & conuicto, amplia locum habere, tam in causa ciuili, quam criminali, quia solę sunt tunc iudicis partes, in condemnando, Canon. in cap. cum speciali, §. porro de appellat. Aufr. ad Cap. Tholos. decis. 176. Couar. Praxi, qq. cap. 23. numero quinto, versic. Secunda conclusio, & quo ad confessionem, siue iudicialem, siue extraiudicialem, quomodo intelligatur, vide late Bellam. decis. 690. vsque ad decis.
8 697. Sexto in falso monetario, vel adulterinæ monetæ rep. tractatore, vel participe, Aret. vbi supra, numero 20. & seq. multos alios connumerans casus, & in l. 2. vbi etiā scrib. C. quor. appel. non recip. & per Rom. in l. fin. C. de acqu. plu. arcen. Et quando huiusmodi appellationes reis adiumento esse possent, idem Clar. in d. quæst. 94. tradit quē videre poteris, vna cum relatis per Flam. Cartar. in tracta. de exeq. sent. cap. 1. nu. 9. cum multis seq. Reipublicæ etenim expedit, si ex circumstantijs iudex ita fieri approbat, statim non admissa prouocatione, reos publicè puniri, Afflict. in const. regn. libro primo, rub. 27. num. 59. Couar. pract. qq. capitulo 23. numero quinto, & seq. & ita de stilo, & seruari asserit Viu. lib. com. opin. in
9 verbo appellās opposition. Sed quicquid de iure dicant supra citati, non habent locū in statu Ecclesiastico, quia Sāct. mem. Pius V.
10 in suo motu proprio reformatorio alterius similis Pij IIII. fel. record. inter cætera facultatem dedit iudicibus, non obstante inhibitione, & appellatione, exequendi sententias condēnatorū, contra quos, stante decreto irritante, & clausula sublata, cum alijs prægnantissimis verbis, non potest Signatura iustitiæ rescribere; quia vt in cap. decreti irritantis latius dicam præter met Principis

supremi,

supremi, cæterorum manus ligantur, atq; in 32. annorum spatio, quo in ambabus Signaturis insudaui, cõmissionem appellatio
11 nis capitali condemnato concedi, vnquam vidi. Licet aliquando allegato iudice suspecto ex legitimis causis, illi dari adiunctum, interdum causæ reuisionem concessa fuit, idemque seruari in Ducatu Mediolani, testatur Clar. in d.q.99. alias sæpissimè ex tẽporis diuturnitate impunita remanerent delicta, vt ibidem Ang. numero secundo, Salic. in l.1.C.de fals.mon. vtque vnius pœna multis metum incutiat, optime illa vulgata carmina cantant.

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali, formidine pęnæ.

12 Seruandæ itaque sunt Summorum Pontificũ constitutiones contra huiusmodi homicidas, & alios facinorosos emanatas, de quibus latè, Corn. in cons.19.num.4.vol.1. Vbi etiam disputat, an ad fautores, & auxiliatores se extendat, nam differre puniendi occasionem, dare poterit reo modum euadẽdi debitas pęnas, l.cum reus, C.de pen.l.in l. obseruare, C. quorum appellat. non recip. Mandat in suo motu proprio Pius Quartus,
13 reos in contumaciam condemnatos appellantes audiri, quatenus in carceribus duran
14 te anno, se constituant. At si capi reos cõtingat, tam intra annum, quam post, quãto citius supplicationẽ porrigi satagunt, ne interim fiat condemnationis exequutio, in qua aduersus lapsum temporis, ac ad faciendas eorum defensiones restitui, & admitti supplicant: istis benignas præbere aures Papa solet, quia nemini defensio deneganda venit, vel audientia, etiam si esset diabolus, in iudicio, Abb.in c.si quis contra clericum, num.48.de for.comp.cap. eorum 11.quæstione tertia, cap. cum inter de except. excepto crimine hæresis, & alijs enormissimis delictis, quæ vere probantur, vt ibi Cartar. num. 117. & seq. Audiri igitur contumax condemnatus, & captus in suis defensionibus nequaquam potest, nisi a Principe indulgeatur, vt per Franc. Aret. de cõ-
15 muni attestantem, cons.146. numero quinto, & seq. Nell. de Sancto Gemin. in tract. de Bann. 3. par. primi temp. quæst. 8. ea Ratione, quia si habetur in dictis motibus prætorijs contumacem condemnatum pro cõfesso, & conuicto haberi, quæ verba, clausulæ latę sententiæ, prolata ab habente inducendi talem facultatẽ, ęquipollent faciũt, vt ille talis sit, & pro tali habeatur, absque alia alia declaratione, Ruin.cons. 117. volumine quinto, latè Cartar. vbi sup.num.183. & seq.& ideo solius Principis auctoritate ad tollẽda illa est opus: Semper in præfatis precibus, addi clausula solet, vltra relatam oratore in carceribus constituto, citra præiudicium bonorum fisco incorporatorum, ac inditiorum ex contumacia resultantium,
16 Neq; vt extra carcerem audiantur, gratia conceditur Boss. in tit. de liter. Princ. numero secundo, & quarto, vbi scribit, quod quædam vir prudentissimus Martinus nomine, nouarum defensionum litteras reis etiam nõ petentibus, concedebat, quod fit in Signaturæ gratię, commissione proposita facillimè, si delictum turpissimum non
17 sit, eo quia agitur de hominis vita: & si resistente motu proprio negentur defensiones datur processus multoties contra innocentem, qui defensus, postea talia in medium deducere posset, q̃ sicuti prius erant sufficintia prolationem sententiæ impedire, eo pariter modo illius exequutionem: isto nempè casu non ex maleficio, sed ex cõtumacia condemnatus esset vt idem Cartar. capitulo primo, num.42. & in præfat. num. 25. & seq. subdens, multos per iratos iudices in exiliũ mitti: & alij ægestate oppressos iudicio sisti nequeunt, ne carcerib. marcescant Rol. a Val. cons.60. num.37. vol. 2. Couar. pract. qq. cap.23. num.6. Et quod princeps solus hanc habeat potestatem, dixere Clar. libro quinto, sent.§ fi.quæst.54 versic. Et hęc quidem, Couar. de communi attestans, var. resol. libro primo, cap.10. num.2. Ant. Gomez cap.13. delict.num. 38. Cartar. loc. citato, capitulo tertio, num. 38. Et teneri ad hanc gratiam concedendam Principem asserit Boss. in pract. crim. tit. de lit. Princ. numero tertio, per doctr. Bart. in l. pen. §.
18 ad crimen, colum.3. versic. Sed primo, quæro, ff. de pub. iud. Clausula citra præiudiciũ inditiorum ex contumacia resultantium, semper inter alias restrictiuas est commissioni huic adenda, quia licet ad purgandã moram ex principis benignitate admittatur, tñ aliqua contra eum remanet pręsumptio, adeo q́ ex personæ qualitate torturæ, subijci possit, ad veritatem eruendam, concurrentibus maximè alijs indicijs, Boss. in titulo de iudic. & consid. Ant. fors. numero 133. & 134. Nam talis gratia non reponit
19 reum in tali statu, in quo erat in causæ initio, & ante probationes factas, ac vt tollatur ficta confessio ex contumacia resultans pro sua negligentia, sed comparendo reponitur in eo statu, vt audiri possit, qd prohi-

prohibetur ex motu proprio, & ideo potest suam probare innocentiam, ac elidere indi tia cõtra ipsum laborantia, Cartar. in dicto cap. 1. numero 161. ex conf. Cepol. 63. numero decimoquarto, tollit itaq; solum obstaculum contumaciæ concedendo audien tiam, quam absque gratia Principijs iudex denegat, licet sec. Iul. Clar. in practic. cri-
20 min. §. fin. q. 64. versic. Veritas est. Etiã probata innocentia ex sola contumacia torque ri reus possit, quod non prosequor, vt Boss. loco citato: Remittit etiã talis gratia Principis oẽm pœnam corporalem, vsque ad illud tempus incursam per latam sentẽtiam, etiam si in rem iudicatam transiuisset, adeo ꝙ audiri possit cõtra gesta per fiscum ad sui damnum, vt ibi Cartar. numero 57. & 58.
21 Hanc clausulam, subsequitur alia, & citra præiudicium bonorum fisco incorporatorum, quæ ibi addi solet, quando petitur ẽt restitui ad patriã, famam, bona &c. Ratio est, quia tale rescriptũ intelligitur sine præiudicio bonorũ fisco incorporatorum, vel ab ipso distractorum, ne damnum emptoribus inferatur, neve sub fide publica decepti remaneant, l. fin. vbi Doct. C. de repud. hæred. l. fi. vbi Bar. in 4. col. vers. pro declara tione, & alij scrib. C. de sent. pas. Io. de Imol. in l. si marito in princip. vbi Alex. in fin. ff. solut. matr. Bart. in l. quæcumque versic. vltimo hæc lex facit, C. de fide instr. & subast. fisc. lib. 10. Felin. in cap. ex litteris, colum. 4. de constit. Doct. in l. Gallus, §. & quid si tã tum, vbi Ias. num. 10. ff. de lib. & post. Abb. & Felin. in cap. inter quatuor de communi attestantes, de maior. & obed. Franc. Viu. in coll. com. opin. in verbo præscriptionem triginta, num. 6. Ruin. cons. 22. num. 1. & 2. volumine quinto. Præterea venit apponenda ad lites tollendas, & difficultates, quæ dictorum bonorum occasione inter fiscum, ac causam ab illo habentes, oriri possent, ac vt sic restitutus, ab illis claris verbis se exclusum videat, Bart. in l. fi. num. 11. C. de sent. pass. Boss. in titulo de rem. ex sola princip. Clem. numero primo, & secundo, Petr. de Bellam. in tract. de re milit. nu. 21. fol. mihi 125. At si nedum in fiscum, vel aliũ bona prædicta sint translata, ad illa pariter restitutus cẽsetur, & similiter ad trãslata in aliũ, si remittatur pęna corporalis, Put. dec. 118. par
22 te tertia. Quamuis irregularis effectus, non intelligatur ad sacros ordines suscipiendos habilitatus, neque si illos habeat, ad illorũ exercitium vt infra dicam, si vero omitti aliquando præfata clausula contingat, nihil hominis, quia a communiter contingentibus solet cum ea rescribi, semper erit per errorem censenda omissa, nisi de contraria Papæ, vel Principis voluntate, per alias clausulas id denotantes, appareret, Iul. Clar. in d. §. fi. quęst. 59. versic. Quæro nunquid Nell. a Sancto Gemin. in tract. de bann. in prima par. 3. par. sui. temp. quæst. 5. Sed si alienata iam in tertium reperiantur, nullo pacto restitutus ad ea erit dicendus, Boss. vbi supra num. 11. Natt. cons. 471. numero primo, 10. & 14. de quo latè Iul. Clar. vbi supra, nu. 11. versic. Item quæro Alex. cons. 101. num. 3. volumine 7. Et quando ita restitutus bona in alium translata recuperet, tradit Felin. in cap. inter quatuor, numero quarto, de ma-
23 ior. & obed. Præterea, si medio tempore hæreditas tali reo fuerit delata, quia incapax bannitus existebat, si tertius in gradu proximior illam accepit vocatus ad illam, pariter a præfata successione erit exclusus, neque prodesse illi poterit præfata clausula, Bos. in tit. de rem. ex sola princ. clem. num. 13. Iul. Clar. vbi supra vers. sed quæro. Ratio vrget, quia tertio capaci iam est quæsitũ ius, ideo nõ est præsumẽdũ illud ita simpliciter Principem tollere voluisse; Ruin. cons. 97. nu. 7. volum. 3. Paris. cons. 169. nu. 165. volum. 3. & cons. 157. num. 46. itaque mentione de hoc in rescripto non facta, aut erant ad lites tollendas addenda præfata verba, aut si omitti instẽt, citandi illi, quibus præiudicium quæsit, & si nemo compareat, venit illorum loco addenda, saltem clausula prout de iure.
24 Occurrere poterit casus, quod per ministros status Ecclesiastici Puta Romæ, quæ cõmunis est patria, l. Roma, ff. ad municip. Doct. in l. secunda, §. omnes, ff. de iudic. in tẽ poralibus alteri Principi subditus, ex aliquo enormissimo crimine damnetur, cum publicatione bonorũ, fisco illa incorporando, absoluẽdo ab oĩb. iuramẽtis, tam actiuè, quã passiuè talis condemnati debitores, adeo, ꝙ illi satisfacere amplius in futurum non teneantur. Postea ex gratia sic condemnatus restituitur, cum absolutione, & repositione in pristinum per Papã ad bona præfata, & alia in gratia expressa, an ad dicta bona, debitorum exactionẽ, ac ad emphyteotica, siue feudalia, quę iam ex tali sentẽtia decreto Dño deuoluta fuerunt, & affecta, pariter restitutus censeatur? & pro negatiua resoluisse rotam testatur, Bellam. decis. 743. decis. 744. & decis. 745. quem videas. Subnectitur prçterea alia clausula, nec non ad patriam, dignitates, gradus, honores, ac eũ, in quo antea erat statum perinde, ac si præfata minimè patrasset, circa quod nulla est

diffi-

difficultas, quia licet exclusio bonorum fisco incoporatorum, sit clara, tamen ex regula exclusio vnius est inclusio alterius: cætera concessa sunt ex restitutionis in integrum natura, quæ semper reponit in locũ, statum, & gradum, in quibus erat ante actũ aduersus quem restituitur, l. videamur, §. infamari, ff. de vsur. Ang. cons. 156. nu. 2. latæ Corn. cons. 317. n. 2. vol. 1. Venitque interpetranda, quod purget omnem maculam, qua mediante condemnatio nomen ami-
26 sit, Gozad. cons. 54. num. 6. Ob id, si notarius ob falsorum instrumentorum confectionem sit damnatus (& vt præmittit) per Principem ad primum statum restitutus, nedum noua conficere instrumenta, & stipulari valebit, verum etiam facta conualescunt, Grau. cons. 168. nu. 5. Subdens talem sic restitutum, sicut alij, qui non fuerunt condemnati, ad officia, & dignitates eligi posse. Ratio est, quia in primo agitur de interesse tertij, cui non intendit ius quæsitum tollendo Princeps præiudicare, & in secundo dependente ab eius gratia se liberaliorẽ
27 reddit. Immo si Imperator aliquem infamem in suum consiliarium accepit, eo ipso est famæ restitutus, quia Princeps illum comitando illustrat, sec. Bald. in l. imperialis, §. similes, numero secundo, C. de nupt. & cons. 350. volum. primo, asserens notarium de falso condemnatum, stante atrocitate criminis, non posse per episcopum restitui: Et an extra statum concedentis gratia operetur, vide Grau. consilio nono, numero quinto, Ruin. consilio octuagesimo sexto, numero quinto, & septimo, volumi-
28 ne quinto. Fit nempe dicta restitutio ex auctoritate suprema, ac quadam iuris fictione, nam licet pro infectis facta haberi nequeant, nihilominus, quo ad dignitatum consequutionem, & promissorum restitutionem, de iure gentium fingit præfata minimè fuisse commissa, non autem de iure
29 naturæ, Quod est immutabile, vt ibi allegati, Doct. Additur vlterius clausula oratore in carceribus constituto, quæ necessario venit apponenda, quia non debet alias audiri, nec gratia concedi, nisi in illis se constituat, neque rescriptum parit effectum, nisi ea cõditione impleta, vt per Boss. in titu. de lit.
30 Princip. num. 2. & 4. Istæc namque restitutio Principis ad nouas defensiones, non dicitur gratia, sed gratia iustitiæ, vt quicquid primi iudicis iniustitia abstulit, restituat iustitia Principis, Boss. in tit. de remed. ex sola princ. clem. num. 10. Bertaz. cons. 106. nu. 2. vol. 1. Cartar. in d. c. 1. num. 270. ac latissimè consuluit Marcus Antonius Eugen. Perus.
31 cons. 20. per tot. Denegatur gratia præfata reis criminis læsę maiestatis, crassatoribus, viarũ, famosis latronibus, raptoribus, falsarijs, monetam adulterinam fabricantibus, assassinis, & alijs similibus, quia si omnia iura contra istos clamando insurgunt, & ius est cõtra illos, ius nõ seruare, eo magis Principis sunt clementia indigni, Aufr. ad Cap. Tholos. decis. vlt. circa fi. Rip. in cap. Sæpè nu. 3. de restit. spol. Lancel. de attent. appel. pend. cap. 12. limit. 25. nu. 25. de quo habemus cõstitutionem Iulij II. confirmatam per Piũ IIII. tales namque a probatione innocentiæ excluduntur: & quamuis denegetur appellationis commissio, tamen si allegari suspectum legitimè iudicem contingat, vel ei adiunctus interdum dari solet, vel alteri, reo semper in carceribus remanente, causæ reuisionem committi, quia agitur de exequutione irreparabili, ac omnia post habenda sunt, vt vitæ consulamus, cum nullum sit precium, quod illi comparari possit, Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 558. vt latè dixi in commissione suspicionis iudicum, nulla etenim vnquam de morte hominis cunctatio sera est, ideo cautius agendum venit, teste Mars. in tract. de bannit. in verbo expectetur, num. 17. Cartar. cap. fi. nu. 342. & seq. loco citato. Quod apertè experientia docuit, de anno 1583. Sedente fel. record. Gregorio XIII. quo tempore, a quodam Rom. Curiæ Iudice ordinario, cuius nomen, & tribunalis honoris causa conticeo, fuerunt septem miselli sequenti mane, vt laqueo suspenderentur, damnati. Ad Dei permissu, qui innocentibus præsto est, vt de simili, & maiori casu testatur Sãctus Hieronymus in epistola ad Innoc. & Cagn. in l. fauorabiliores, nu. 6. ff. de reg. iur. Sanctissimus ille Pontifex, eodem sero, hora, & instanti, quib. venerabilis Societas misericordiæ nationis Florentinorum, multis decorata priuilegijs, ac indulgentijs, ad animarum patiendorum solatium, ad tale pietatis officium selecta, cuius exercitio maxima pietate, charitate, ac religione, continuè inuigillat, & exercet, ad præfatos patibulo exhortandos, introire volebat, transmisso memoriali, misellorũ nomine S. Sue porrecto, in exequutione super sederi, mãdauit postea auocata causa, ab illo iudice, eaque D. Carlo Vitusio, nobili Narniensi, tunc in criminalib. Vrbis Gubernatoris Locumtenẽti, ac D. Io. Iacobo. Panico Nobili Maceratensi, pariter A. C. in criminalibus Locumtenenti, viris probis, & insignibus, ac multum in causis criminalibus

versa-

prohibetur ex motu proprio, & ideo potest suam probare innocentiam, ac elidere indi tia cõtra ipsum laborantia, Cartar. in dicto cap. 1. numero 161. ex cons. Cepol. 63. numero decimoquarto, tollit itaq; solum obstaculum contumaciæ concedendo audien tiam, quam absque gratia Principijs iudex denegat, licet sec. Iul. Clar. in practic. cri-
20 min. §. fin. q. 64. versic. Veritas est. Etiã probata innocentia ex sola contumacia torque ri reus possit, quod non prosequor, vt Boss. loco citato: Remittit etiã talis gratia Principis oēm pœnam corporalem, vsque ad illud tempus incursam per latam sentẽtiam; etiam si in rem iudicatam transiuisset, adeo ꝙ audiri possit cõtra gesta per fiscum ad sui damnum, vt ibi Cartar. numero 57. & 58.
21 Hanc clausulam, subsequitur alia, & citra præiudicium bonorum fisco incorporatorum, quæ ibi addi solet, quando petitur ẽt restitui ad patriã, famam, bona &c. Ratio est, quia tale rescriptũ intelligitur sine præiudicio bonorũ fisco incorporatorum, vel ab ipso distractorum, ne damnum emptoribus inferatur, neve sub fide publica decepti remaneant, l. fin. vbi Doct. C. de repud. hæred. l. fi. vbi Bar. in 4. col. vers. pro declaratione, & alij scrib. C. de sent. pas. Io. de Imol. in l. si marito in princip. vbi Alex. in fin. ff. solut. matr. Bart. in l. quæcumque versic. vltimo hæc lex facit, C. de fide instr. & subast. fisc. lib. 10. Felin. in cap. ex litteris, colum. 4. de constit. Doct. in l. Gallus, §. & quid si tãtum, vbi Ias. num. 10. ff. de lib. & post. Abb. & Felin. in cap. inter quatuor de communi attestantes, de maior. & obed. Franc. Viu. in coll. com. opin. in verbo præscriptionem triginta, num. 6. Ruin. cons. 22. num. 1. & 2. volumine quinto. Præterea venit apponenda ad lites tollendas, & difficultates, quæ dictorum bonorum occasione inter fiscum, ac causam ab illo habentes, oriri possent, ac vt sic restitutus, ab illis claris verbis se exclusum videat, Bart. in l. fi. num. 11. C. de sent. pass. Boss. in titulo de rem. ex sola princip. Clem. numero primo, & secundo, Petr. de Bellam. in tract. de re milit. nu. 21. fol. mihi 125. At si nedum in fiscum, vel aliũ bona prædicta sint translata, ad illa pariter restitutus cẽsetur, & similiter ad trãslata in aliũ, si remittatur pęna corporalis, Put. dec. 118. par
22 te tertia. Quamuis irregularis effectus, non intelligatur ad sacros ordines suscipiendos habilitatus, neque si illos habeat, ad illorũ exercitium vt infra dicam, si vero omitti aliquando præfata clausula contingat, nihil hominis, quia a communiter contingentibus solet cum ea rescribi, semper erit per errorem censenda omissa, nisi de contraria Papæ, vel Principis voluntate, per alias clausulas id denotantes, appareret, Iul. Clar. in d. §. fi. quęst. 59. versic. Quæro nunquid Nell. a Sancto Gemin. in tract. de bann. in prima par. 3. par. sui. temp. quæst. 5. Sed si alienata iam in tertium reperiantur, nullo pacto restitutus ad ea erit dicendus, Boss. vbi supra num. 11. Natt. cons. 471. numero primo, 10. & 14. de quo latè Iul. Clar. vbi supra, nu. 11. versic. Item quæro Alex. cons. 101. num. 3. volumine 7. Et quando ita restitutus bona in alium translata recuperet, tradit Felin. in cap. inter quatuor, numero quarto, de ma-
23 ior. & obed. Præterea, si medio tempore hæreditas tali reo fuerit delata, quia incapax bannitus existebat, si tertius in gradu proximior illam accepit vocatus ad illam, pariter a præfata successione erit exclusus, neque prodesse illi poterit præfata clausula, Bos. in tit. de rem. ex sola princ. clem. num. 13. Iul. Clar. vbi supra vers. sed quæro. Ratio vrget, quia tertio capaci iam est quæsitũ ius, ideo nõ est præsumẽdũ illud ita simpliciter Principem tollere voluisse, Ruin. cons. 97. nu. 7. volum. 3. Paris. cons. 169. nu. 165. volum. 3. & cons. 157. num. 46. itaque mentione de hoc in rescripto non facta, aut erant ad lites tollendas addenda præfata verba, aut si omitti instẽt, citandi illi, quibus præiudicium quæsit, & si nemo compareat, venit illorum loco addenda, saltem clausula prout de iure.
24 Occurrere poterit casus, quod per ministros status Ecclesiastici Puta Romæ, quæ cõmunis est patria, l. Roma, ff. ad municip. Doct. in l. secunda, §. omnes, ff. de iudic. in tẽporalibus alteri Principi subditus, ex aliquo enormissimo crimine damnetur, cum publicatione bonorũ, fisco illa incorporando, absoluẽdo ab oĩb. iuramẽtis, tam actiuè, quã passiuè talis condemnati debitores, adeo, ꝙ illi satisfacere amplius in futurum non teneantur. Postea ex gratia sic condemnatus restituitur, cum absolutione, & repositione in pristinum per Papã ad bona præfata, & alia in gratia expressa, an ad dicta bona, debitorum exactionẽ, ac ad emphyteotica, siue feudalia, quę iam ex tali sentẽtia decreto Dño deuoluta fuerunt, & affecta, pariter restitutus censeatur? & pro negatiua resoluisse rotam testatur, Bellam. decis. 743. decis. 744. & decis. 745. quem videas. Subnectitur prǽterea alia clausula, nec non ad patriam, dignitates, gradus, honores, ac eũ, in quo antea erat statum perinde, ac si præfata minimè patrasset, circa quod nulla est diffi-

difficultas, quia licet exclusio bonorum fisco incoporatorum, sit clara, tamen ex regula exclusio vnius est inclusio alterius: cætera concessa sunt ex restitutionis in integrum natura, quæ semper reponit in locũ, statum, & gradum, in quibus erat ante actũ aduersus quem restituitur, l. videamur, §. infamari, ff. de vsur. Ang. cons. 156. nu. 2. latæ Corn. cons. 317. n. 2. vol. 1. Venitque interpetranda, quod purget omnem maculam, qua mediante condemnatio nomen amisit, 26 Gozad. cons. 54. num. 6. Ob id, si notarius ob falsorum instrumentorum confectionem sit damnatus (& vt præmittit) per Principem ad primum statum restitutus, ne dum noua conficere instrumenta, & stipulari valebit, verum etiam facta conualescunt, Grau. cons. 168. nu. 5. Subdens talem sic restitutum, sicut alij, qui non fuerunt condemnati, ad officia, & dignitates eligi posse. Ratio est, quia in primo agitur de interesse tertij, cui non intendit ius quæsitum tollendo Princeps præiudicare, & in secundo dependente ab eius gratia se liberaliorẽ

27 reddit. Immo si Imperator aliquem infamem in suum consiliarium accepit, eo ipso est famæ restitutus, quia Princeps illum comitando illustrat, sec. Bald. in l. imperialis, §. similes, numero secundo, C. de nupt. & cons. 350. volum. primo, asserens notarium de falso condemnatum, stante atrocitate criminis, non posse per episcopum restitui: Et an extra statum concedentis gratia operetur, vide Grau. consilio nono, numero quinto, Ruin. consilio octuagesimo sexto, numero quinto, & septimo, volumi

28 ne quinto. Fit nempe dicta restitutio ex auctoritate suprema, ac quadam iuris fictione, nam licet pro infectis facta haberi nequeant, nihilominus, quo ad dignitatum consequutionem, & promissorum restitutionem, de iure gentium fingit præfata minimè fuisse commissa, non autem de iure

29 naturæ, Quod est immutabile, vt ibi allegati, Doct. Additur vlterius clausula oratore in carceribus constituto, quæ necessario venit apponenda, quia non debet alias audiri, nec gratia concedi, nisi in illis se constituat, neque rescriptum parit effectum, nisi ea cõditione impleta, vt per Boss. in titu. de lit.

30 Princip. num. 2. & 4. Istæc namque restitutio Principis ad nouas defensiones, non dicitur gratia, sed gratia iustitiæ, vt quicquid primi iudicis iniustitia abstulit, restituat iustitia Principis, Boss. in tit. de remed. ex sola princ. clem. num. 10. Bertaz. cons. 106. nu. 2. vol. 1. Cartar. in d. c. 1. num. 270. ac latissimè consuluit Marcus Antonius Eugen. Perus.

31 cons. 20. per tot. Denegatur gratia præfata reis criminis læsę maiestatis, crassatoribus, viarũ, famosis latronibus, raptoribus, falsarijs, monetam adulterinam fabricantibus, assassinis, & alijs similibus, quia si omnia iura contra istos clamando insurgunt, & ius est cõtra illos, ius nõ seruare, eo magis Principis sunt clementia indigni, Aufr. ad Cap. Tholos. decis. vlt. circa fi. Rip. in cap. Sæpè nu. 3. de restit. spol. Lancel. de attent. appel. pend. cap. 12. limit. 25. nu. 25. de quo habemus cõstitutionem Iulij II. confirmatam per Piũ IIII. tales namque a probatione innocentiæ excluduntur: & quamuis denegetur appellationis commissio, tamen si allegari suspectum legitimè iudicem contingat, vel ei adiunctus interdum dari solet, vel alteri, reo semper in carceribus remanente, causæ remisionem committi, quia agitur de exequutione irreparabili, ac omnia post habenda sunt, vt vitæ consulamus, cum nullum sit precium, quod illi comparari possit, Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 558. vt latè dixi in commissione suspicionis iudicum, nulla etenim vnquam de morte hominis cunctatio sera est, ideo cautius agendum venit, teste Mars. in tract. de bannit. in verbo expectetur, num. 17. Cartar. cap. fi. nu. 342. & seq. loco citato. Quod apertè experientia docuit, de anno 1583. Sedente fel. record. Gregorio XIII. quo tempore, a quodam Rom. Curiæ Iudice ordinario, cuius nomen, & tribunalis honoris causa conticeo, fuerunt septem miselli sequenti mane, vt laqueo suspenderentur, damnati. Ad Dei permissu, qui innocentibus præsto est, vt de simili, & maiori casu testatur Sãctus Hieronymus in epistola ad Innoc. & Cagn. in l. fauorabiliores, nu. 6. ff. de reg. iur. Sanctissimus ille Pontifex, eodem sero, hora, & instanti, quib. venerabilis Societas misericordiæ nationis Florentinorum, multis decorata priuilegijs, ac indulgentijs, ad animarum patiendorum solatium, ad tale pietatis officium selecta, cuius exercitio maxima pietate, charitate, ac religione, continuè inuigillat, & exercet, ad præfatos patibulo exhortandos, introire volebat, transmisso memoriali, misellorũ nomine S. Sue porrecto, in exequutione super sederi, mãdauit postea auocata causa, ab illo iudice, eaque D. Carlo Vitusio, nobili Narniensi, tunc in criminalib. Vrbis Gubernatoris Locumtenẽti, ac D. Io. Iacobo. Panico Nobili Maceratensi, pariter A. C. in criminalibus Locumtenenti, viris probis, & insignibus, ac multum in causis criminalibus versa-

versatis, & practicis, demandata reuisione, visis, & consideratis omnibus, maturèque discussis, ex ipso processu, ex quo mortis reos primus iudex illos declarauerat, omnes penitus absoluerunt, & liberarunt, quos incolumes per vrbem Deum laudantes, deambularunt, & vtinam ea adhiberetur diligentia, & studium in causis, vbi de vita hominis agitur, ad Dei imaginem, & similitudinem creati, quæ in realibus, & pecuniarijs adhiberi solet, quando per tres sententias conformes, ac multoties post, obtenta commissione restitutionis in integrum, per tot diuersos iudices tractantur, & ventilantur interuenientibus aduocatis, & procuratorib. Et licet lacrymabile (vt dixi) sit homicidiũ, nihilominus lacrymabilius fore censeo, qñ solus iudex, qui licet integer, & prudens tamen in sua sententia errare potest, hominem mori mandat, qui alio leuiore, odio, vel causa moueri pariter interdum potest, iniquitatis iudicium proferendo, contra dictum Exod. cap. 23. Innocentem, & iustum
32 non occidas. Habemus nempè, pulchtum tex. in l. si vindicari, C. de pen. dictatum, per sanctum Ambrosium Mediolani Archiepiscopum, eo instanti, quo Theodosius Primus Imperator ob Thessalonicensiũ maximam cedem ingressu Ecclesiæ interdicto, patienter per multos dies excommunicationẽ, ob id in ipsum illatam sufferens, humillimus, ac obediẽtissimus Pastori, ac patri suo parẽdo, tandem maxima deuotione ad gremium Sanctæ Ecclesiæ, & communionem fideliũ recipi instans, visa humilitate & commissorũ dolore, ac contritione, quib. absolutionẽ dolens, ac pænitens petebat, Archiep. Sanctus supracitatus, eam sibi concessit, edique præfatam legem ab eodem Sancto Archiepiscopo dictatam, in qua post capitis sentẽtiam latam, per triginta dies subsequẽtes suspendi exequutionẽ, ac interim, an exequenda foret, nec ne, scrutari sanxit, quo termino lapso, iudex quicquid iure consonum censeret, exequeretur, quãuis præfata lex ab aula recesserit, non sequitur, ob id, quin huiusmodi sñiæ, & exequutiones, ea maiori, qua potest diligentia, & studio, non sint ferendæ, ac latæ exequendæ. Quia male iudices faciunt, si media sęuitia humanum fundendo, ita ex abrupto sanguinem innocentiũ, famosi, & magni iudicis nomen sibi cõ
33 parare quærunt. Nam Deus Opt. Max. cui nullum latet secretum, corda hominum scrutatur de illorũ manib. in illa die tremendi Iudicij, cui omnes subesse debemus, sanguinẽ præfatorũ, vindictã clamantiũ, exquiret, multũ iudices illos commendandos, ac Deo gratos fore credo, qui lento gradu, q̃uis celeri interdũ manu, ita facinoris grauitate, vel qualitate exposcentib. ad hmõi procedunt exequutiones, ac laudabiliorẽ, in dubio viã eligunt, ac tutiorem, potius nocentẽ absoluendo, quã innocentem condemnãdo, multoties, in pœnam extraordinariã: Nã vt dicit S. Aug. in lib. 19. de ciuit. Dei, iudicis ignorãtia est innocẽtis calamitas: Qua
34 re si dubiũ sit de exequutione, tutius erit Principẽ consulere, Ant. Gomes. c. 13. delict. nu. 36. ver. Sextus est casus Coua. var. res. c. 1. post nu. 2. Cartar. loco citato, nu. 68. Sed de his hactenus, ad rem, itaq; redeundo, nunq̃ appellationes, & raro reuisiones, seu adiuncti dantur (vt dixi) nisi rationabili existente causa, sed in hmõi cõmissionibus procura-
35 tor fiscalis, sicut ẽt in alijs fisco præiudiciali bus, vel tangentib. venit citandus, vna cũ illi pro suo ciuili interesse inhærenti, qui fisci procurator in suũ auxiliũ ope. D. Aduo-
36 cati fiscalis vtitur, cuius Aduocati sec. Budeũ in Pandectis, & in l. 1. ff. de offic. quęst. in verbo plebeios, Adrianus primus fuit institutor, tũcq; multis priuilegijs, & p̃rogatiuis ornatus erat, de qb. meminit Rebuf. sup. cõcord. Franc. in verbo de elect. derog. vers. Regiũ Aduocatũ, vbi alia, quę dominis aduocatis cõuenire debent, cõnumerat, Sed vnũ scias, ꝙ circa reuisiones, & appellationes, in causis supradictis, vt pariter, si de nullitate dici cotingat, qũo, & qñ veniunt supradicta oĩno obseruanda tradit, Iul. Clar. in d. §. fi. q. 94. vers. cæterũ Alber. in 4 par. statutorũ, q. 34. nu. 4. quę restitutionis in integrum beneficiũ auferre possunt, Bois. in tit. de appellat.
37 nu. 111. Condẽnatur aliquis in duab. pęnis, ab vna ius appellationẽ cõcedit, q̃ro an alterius nõ appellabilis istæc exequutionem impedire sufficiat, vtq; breuitati consulam distinguendo, dico ꝙ, aut pœna, a qua fuit prouocatum est maior, ac potentior, aliã absorbens, & eo casu, sub appellatione ab illa interposita, minor cõtinetur, ac in exequutione confunditur, quare, integra causa suspenditur. Aut prouocatur a minori, & cessant pręmissa, non sufficientia maiores pęnę exequutionẽ impedire: aut sunt diuersæ, puta amputationis manus, & cõfiscationis bonorum, tunc si ab vna fuit prouocatum, alterius exequutionem impedire non valet, qa ab illa non fuit prouocatum, Bal. in l. ab exequutore, nu. 18. C. quor. appell. non recip. Iacob. de Aret. cuius hoc dictum fuit in l. 1.
38 §. fi. ff. nil. nou. appel. pend. Præterea videamus, an in notorijs sit appellationi locus, &

Abb.

Abb. in capitulo cùm speciali, § potro, numero quinto, & 5. de appell. dicit, quod si propria voce fuerit confessus, non per procuratorem, seu vim tormentorum, dummodo, testibus, conuictus non sit, vel aliis legitimis documentis superatus, auditur appellans, Doct. in cap. peruenit, & in cap. proposuit, vbi Innoc. in glo. in verbo
39 manifesto eod. titulo. Quod declara procedere in causa criminali, secus in causa ciuili, quia suspensiua appellatio admittitur, glo. in verbo emptorum, in princip. in verbo posse, ff. de act. empt. Bald. in l. fi. col. 2. versic. Quæro quid operabuntur, C. eod. titulo, Specul. in titulo de notor. crim. ver-
40 sic. octauo. Si vero non a notorio crimine, sed a notorij declaratione appelletur, tunc locus appellationi erit, vt late Felin. in cap. cum non ab homine, nu. 12. de re iud. Suc-
41 cessiuè, an a sententia excommunicationis appelletur, videam⁹, siue ab ipsa excõmunicatione, vel illius cõminatione, ac quomodo, & quando cõmissio detur. Circa quod, cum secum exequutionẽ excommunicatio trahat, ab ipsa suspensiua denegatur appellatio, cap. pastoralis, §. verum versic. nos itaque de appellat. glo. Bart. & Doct. in l. fin. C. si a non comp. iud. Innoc. in cap. per tuas, numero primo, de sent. excom. Quod amplia procedere, etiam si ante fulminationẽ excommunicationis appelletur, quia ea nõ obstante, legitimè iudex illam bene fulminare valet, quamuis talis forsan præsumi nõ possit: ratio est, qa super isto articulo requiritur declaratio iudicis ad quẽ, dependens a futuro euentu, & in tãtũ pfata snĩa afficit, & ligat, vt si nulla sit, tñ interim pro excõicato haberi censendum credo, sec. Glos. in d. cap. Pastoralis, §. vero in verbo excõicatio, q eo magis pcedit in notorio crimine, nã si qs a cõminatione appellet, nihilominus, ea non attẽtata ad declarationẽ procedere poterit, c. peruenit, el primo, de appellat. Neq; aliud
42 præter effectum deuolutiuum dicta appellatio operat, adeo q superior, ad quẽ appellatio deuoluitur, de illius meritis cognoscere põt: & an ab excõicãtis iurisdictione in tãtũ eximendus veniat, cap. per tuas, de sent. excom. c. ad hoc, & cap. pastoralis de appel. Specul. eodem titulo, numero 16. & decimoseptimo, Subdens ibi in §. qualiter versic. Item etiam pariter, &c. tunc fore causam exprimẽdam, quod comprobat, text. in d. c. per tuas, §. nos autem versic. legitimam. Quamuis contrarium alij asserant, & appellatio pariter in hoc regulatur, sicut cæterę appellationes a sententijs diffinitiuis, secundum Card. in clem. 1. §. 1. de seq. possess.
43 At appellatio a declaratione incursus cẽsurarũ, vtrumq; effectũ, & suspensiuũ, & deuolutiuũ operatur, Fel. in c. cũ nõ ab hoĩe, nu. 12. vers. vbi dicit, q talis appellatio de iudic Put. decis. 41. parte 1. & decis. 271. parte tertia. Habemus pariter regulam, quod a cõminatione pœnæ conceditur appellatio, glo. in l. si qua pœna ibi Bart. in verbo vltimo ego formo quæstionẽ vnam, ff. de verbor. signific. Glo. in Clem. fin. de censibus Franc. in cap. reprehensibilis, de appellat. glo. in cap. cupientes, §. insuper, in verbo punitos, de elect. in sexto, glo. & Doct. in capitulo quare nos, in verbo capitulo, & Abb. in capitulo peruenit de appellat. scrib. in l.
44 Et in multis, & Bar. in l. 1. § 1. ff. eodem titulo. Ad ad hoc vt falsi accusatio in criminali causa intentata ciuili causæ præiudicet, requirit, q cõtra ipsam partẽ, & nõ cõtra testes sit facta, Rol. a Val. cõs. 13 nu. 12. & 13. vol. 2. Rot. diuers. par. 1. decis. 206. num. 5. Vnde per consequens, etiam si accusator ciuiliter agat, nihilominus dici accusator poterit, Rota diuers. eadem parte prima, decis. 138. numero secundo. Appellatio non facto deposito, vel non data cautione in forma
45 depositi, secundum Bullæ tenorem, habetur pro non interposita, Veral decis. 16. numero quarto, parte prima, quæ bulla solum habet locum in causis, in quib. fisco Came-
46 rę Apostolicę pœna applicatur, non autem in cæteris curijs, puta episcopalibus, & aliorũ Dominorũ, vbi cessat Cameræ Apostolicę interesse. Supplicat creberimè pariter clericus homicida, vel irregularis, p absolutione in vtroq; foro, cũ rehabilitatione (si eos hẽt) ad sacros ordines, siue dispẽsatione ad illos cõsequẽdos, ad altaris ministerium, ad beneficia, & dignitates quascumq; circa q te remitto ad superius per me relata. in cap. Diuers. Signa grat. nu. 54 vbi de hoc videas
47 Similiter, qñ cũ falsis litteris dimissorialib. vel pũo falsorũ testiũ examine, aut alias, fecerit se promouere, vel malitiose id procurauerit, solet dari absolutio ab irregularitate tantum, cum supradicta suspensione perpetuo, vel ad tps, aut cũ clausula citra assensum ad alios ordines, secundũ facti, & personarũ
48 qualitatẽ. Vtq; gratia restõnis aduersus lapsum tpis obtinenti sit proficua, necessario in cõmissione, vel supplicatione tales ponendæ sunt clausulæ, ex quibus tollatur dispositio dictorum motuum propriorum, vltra clausulam ordinariam non obstantibus in contrarium facientibus, quę talis erit, sec. Mandos. in tract. de Signat. gratiæ in verbo

 abso-

absolutiones, & rehabilitationes, vers. postremo aduertendum est, tenēs, & absque prescriptis clausulis rescriptum non subsistere, ac fore impetranti, inualidum, quem sequitur Cartar. vbi supra, c. fi. nu. 315. quæ tales esse debent. Non ostantib. præmissis cōstitutionib. & ordinationib. Apostolicis, necnō Pij II. Sixti IIII. Iul. II. Leonis X. Clementis VII. Pij IIII. & Pij V. ac quorumcumq; aliorum S. V. prædecessorū ac S. V. litteris, cum qbusvis verbis, clausulis, ēt fortissimis, ac derogatoriarū, derogatorijs, sub quibusvis tenoribus, formis, & decretis, quomodolibet concessis, cōfirmatis, innouatis, & approbatis, etiā si de illis specialis, & indiuidua, & non per clausulas generales mentio facienda, vel totus tenor inserendus esset, etiam si in illis expresè caueatur, quod sint similes gratiæ nullæ, nisi per trinas litteras cum interuallo certi temporis, concessæ, ac specificata, & determinata causa, exprimeretur, quæ Rom. Pont. inducerent ad derogandum litteris Sixti præfati, ac aliorū S. V. prædecessorum: Pariter causam, ob quam condemnatus fuit, siue aliam gratiā
49 ob aliud delictum, vt per Menoch. de arbit. iudic. casu 203. num. 30. & sequent. admonens iudices debere abstinere ab exequutione, donec Principem, consulant, si in aliquo ex præmissis deficere rescriptum cō
50 stiterit, vt ibidem Cartar. Statuto Bononiensi cauetur, quod contra absolutum de crimine per sententiam diffinitiuam, ea lata non possit aliquo modo pro eodem crimine vlterius procedi, &c. in quadam causa incendiorum lata fuit per auditorem Turroni illius ciuitatis contra accusatum absolutoria: succumbens via ordinaria, præuia appellatione interposita coram A. C. criminali Locūt. appellationis causam introduxit, ac monitoriū cū inhibitione obtinui, ꝙ executū, & reproductum fuit, vt moris est. Fuit allegatū dicto Statuto in cōgregatione A. C. ac in statū, pro illius moderatione, & qa nihil obtinere potuerunt, istius absoluti nomine, primo Signatura iustitiæ, adita fuit, & postea illa S. D. N. Porrectaque commissione, petebatur Aud. Cam. demandari, vt suam moderaret inhibitionē, & pro commissione ponderabantur, Primo verba statuti, sub rubr. quando exequutione alicuius criminis semel facta, possit, vel non contra eum vel alium exequutio fieri: & in particulari vim faciebant, in illa clausula modò aliquo, vniuersaliter negatiua apta oēm modū cōprehendente Paris. consil. 63. numero 40. & seq. volumine secundo, Grau. consilio 294. numero tertio, in fi. Socin. iun. consilio secundo, numero septuagesimo primo, volumine primo, quod eo magis verum asserebant, eo quia statutum vtitur verbo lata sententia, in numero singulari, ex quo vnicam sufficere sententiam statuentes voluerunt, Euer. in sua centur. in loco a 2. numero per totū, Accedente confirmatione Apostolica, cum clausula ex certa scientia, adita clausula pro expressis habend. quæ verba non inducunt simplicem confirmationem, sed sigillatim, perinde, ac si omnia statuta nominata forent, Gabr. lib. com. opin. titulo de clausul. conclus. 2. num. 11. & 25. Curt. iun. cons 46. num. 26. volumine primo, Soc. consilio tertio, numero decimoseptimo, volumine tertio, Hieronym. Gab. consilio 118. num. 26. volumine secundo. Quo vero ad fidem stili, in qua causas criminales in secunda instantia cognitas, & commissas in vrbe, varijs temporibus apparebat, pro parte contra commissionem fauentis datam, ex qua de intellectu, & contrario præfati statuti vsu apparere asserebatur, dicebant, esse stilum interpetratiuum, quare veniebat in terminis probandus casus, de quo agebatur, ad dec. Rot. diuer. 799. numero tertio, parte prima, eo magis, quia non erat decisoria, neq; ordinaroria iudicij, Magon. decis. Lucen. 87. num. 18. Rot. decis. 331. parte prima, diuers. Immo quod sit ex verbis statuti sublata appellatio, dicebant apparere, ex relatis per Bald. consilio 330. circa fin. volumine primo, Ias. consilio 187. numero vigesimo tertio, volumine secundo, Boss. in tit. de appellat. in prax. crimin. numero decimosexto, Lancel. de attent. appellat. pend. parte secunda, capitulo quinquagesimosecundo, & limit. 53. numero quinquagesimoprimo. Præcipuè ex verbis aliquo modo, quæ omnem modum, siue directum, siue indirectum tollunt, Paris. cōsilio vigesimoquinto, num. 16. volumine secundo, & consilio 165. numero septimo, & & 18. volum. 4. Replicabatur pro alia parte, eo quia expresè statutum appellationem non tollebat, neque nos illam prohibere debebamus, maxime negando recursum ad Rom. Curiam, & Summum Pontificē, quia id Ecclesiasticam libertatē tollere erat, & sic, qn̄ præfatum statutū tendit contra ius superioritatis, & cōtra libertatē Ecclesiasticam, ac sit mere correctoriū, non tantū strictè de mera diffinitiua erat intelligendum, cap. veniens de iure iur. Soc. consilio trigesimoquarto, numero duodecimo, volumine quarto. Sed dato, quod appellationem prohi-

prohiberet, non tolleret, quin appellando Papa adiri posset, nam in generali sermone excipitur persona prima, & concedentis priuilegium, ac superioris auctoritas, cui lex imponi nequit, Gozad. consilio centesimoprimo, num. sexto, quare si expressis verbis illā statutum non tollit, ergo nec confirmatio Apostolica, q̄ nil de nouo dat, sed contentis in statuto solum robur addit, Innoc. in capitulo dudum, de Decim. Neq; sub generali confirmatione statutum obstans libertati Ecclesiasticæ compehenditur, vt ibi Gozad. Proposita (vt dixi) in ambabus Signatutis Commissione, Domini mei conuotantes (me excepto) in eam venerūt sententiam, quod ex dicto statuto appellatio esset sublata, sed vt audiui, reclamā te deinde D. Procuratore fiscali, non alias postea fuit commissio Signata.
52 Contumacialis pœna eatenus durat, quantum contumacia, quæ per comparitionem resoluitur, quod limitatur, non habere locum in casu, de quo per Felin. & tex. in cap. ex litteris de constit. Tiraquel. de caus. cessant. parte prima, numero quinquagesimo septimo, & sequent. Sed præmissa procedunt in pœna contumaciali successiua, prout sunt infamia, suspensio, excommunicatio, & similia: secus vero in pęna momentanea, & pecuniaria, ob non comparitionem commissa, quia comparendo, nec reuertitur, nec recuperatur, Abb. in dicto cap. ex litteris, numero decimo, Fel. numero decimoquinto, Tiraquel. vbi supra, numero sexagesimo octauo, Foller. in prax. crim. canon. capitulo trigesimotertio, numero 97.
53 Contumacia, nempè triplex dicitur, minor, maior, & maxima, de quibus latè Bald. in l. ea quæ, numero quinto, C. quom. & quan. iud. Primus contumax auditur appellans, quia est fictus, Menoch. consilio centesimo, numero decimotertio, & decimoquarto, volumine primo, Vant. in tract. de nullit. titulo de nullit. ex def. iurisdict. numero tertio.
54 Confessus, licet appellet, tamen, exequutionem nō retardat, capitulo cum speciali, §. porro de appellat. cap. Romana, §. sin autem vbi Doct. eodem titulo in sexto, glo. in l. 2. C. quorum appellat. nō recip. Aufr. ad Cap. Tholos. decisione centesimaseptuagesimasexta, Couar. prax. qq. capitulo vigesimotertio, numero tertio, versic. nota dictum.
55 Ignorantem non delinquere, dixit, l. ex maleficijs in verbo ignorans, ff. de act. & oblig. quam legem aureā vocat Bal. in l. prima, C. qui accus. non possunt. Ias. in l. si mora, colu. 6. ff. solut. matr. Dec. in capitulo secundo, de except. Barbat. consilio 51. volum. 3. Quod fallit existente ignorantia crassā, quia tunc paria sunt scire, vel scire debere, l. quod te, ff. si cert. petat.
56 Quando pro condemnatis ad triremes porrigitur cōmissio appellationis, non solet ordinariè illam concedere Signatura Iustitiæ, nisi cum clausula, non retardata exequutione, sed aliquando dato aliquali iniustæ sententiæ fumo, vel quod reus grauatus reperiatur, datur commissio appellationis simpliciter, ipso tamen in carceribus remanente, & aliquando, si gustato grauamine, sit reus in ipso actu, vt transmittatur ad triremes, Illustriss. & Reuerendiss. Card. Præfectus retineri mandat. Sed vt plurimum, si tales commissiones sunt in Signatura proponendæ, quamuis raro id accidat, vti gratiam potius continentes, quam Iustitiam, Signaturæ gratiæ magis aptari videntur, & semper fisco citato, quare aliquando mandat donec cōmissio expediatur, Illustr. Præfectus, reum retineri, supersedendo, ne ad triremes transmittatur.
57 Sed in alijs casibus citra pœnam corporis afflictiuam, datur cō missio nostra, vt per Ang. loco citato, nu. 7. & sequ. addita clausula seruata forma motuum propriorum Pij Quarti, & Pij Quinti, vbi diuites appellantes, nisi facto quantitatis pęnę, in qua condemnati sunt, actuali deposito, si pauper, præstita cautione in forma depositi de stando iuri, & iudicatum soluendo, siue si carceratus, firmo remanente in carceribus vbi reperitur, vsq; ad causæ expeditionem, licet soleat addi in cōmissione clausula, cū facultate ipsum, prout de iure excarcerandi non audiuntur.
58 Et quamuis appellare fisco in causis criminalibus de iure cōi expresśe pmissum sit Innoc. & Abb. in c. cum clamor de testib. Gram. decis. 14. num. 2. licet in regno Neapolitano ibi nu. 4. Gram. de stilo, ac laudabili consuetudine non appellare asserat, vt in simili videmus dispositum in motu proprio Pij IIII. in quo fisco appellandi a sententijs absolutorijs pęnæ corporis afflictiuis, modo, & forma ꝑut in eo, datur norma.
59 At si in aliquib. causis instigator, qui fisco inhęsit, voluerit appellare, passim commissio sibi conceditur, sed quia in secunda instantia efficitur manifestus instigator, apponitur in commissione semper clausula, seruata forma motus proprij, supra relati, in quo audientia sic appellanti denegatur, nisi pręstet cautionem de reficiendis omnib. expensis in omnibus instantijs ab appellato passis, in euentum succumbentiæ. Quod fit iure medio,

Aa 2 ne

ne maleuoli animo misellos prosequendi, malis medijs in exterminiũ illos adducere, & quia lata sententia absolutoria excarcerandi libere erant, sed ex tali appellatione adhuc appellari causa vexatur, ideo vt detecta iniustitia appellationis calumniosæ, ad refectionem expensarum appellans teneatur, iure sancitum extitit, quo fit, vt illorum timore, & pœna, multoties, ne crumena minuantur, a similibus retrahuntur: Idemque erit dicendum de reo in pœna pecuniaria condemnato, neque, aliter per Signaturam iustitiæ rescribi potest, stantibus decreto irritanti, & clausula sublata, insertis in præfatis litteris Apostolicis, de quarum clausularum uiribus, & virtute suis locis verba supra fecimus. Quod alia factum ra-
60 tione credo, quia fiscus non condemnatur in expensis licet succumbat, vti ratione sui muneris ad publicam vindictam agens, ne si ad illas reficiendas cogeretur, delicta remanerent impunita, ac ius cameræ in defensum periret, Aufr. ad Cap. Tholos. decisione sexta, l. fin. C. de fruct. & lit. expen. Marsil. in prax. crim. §. superest. Vti vice versa, ne neque reficiendæ fisco veniunt, quia illas non patitur, vt fiscus, loquendo, non sicut priuatus, Guid. Pap. decis. 269. numero primo, & larè Rebuf. in concord. Franc. in rubr. de elect. derog. versic. cætera, vbi non nullos connumerat casus, in quibus fisco veniunt expensæ reficiendæ: ideo illas subire debet ille, qui inhæsit fisco pro suo ciuili interesse, quia causa est ad ciuilis instar redacta, in qua victori ad expensas tenetur, & quia in huiusmodi commissionibus fisci fit mentio, ideo nisi D. Procurator fiscalis se
61 in cõmis. calice subscribit, illam approbando, non venit cõcedenda: Reperitur reus ex hactenus deductis per iudicem absolutus, quod ordinariè quotidie seruat praxis in causis criminalibus, in quo te non lateat, censeri reum absolutum, sed non diffinitiuè, quia alijs superuenientibus indicijs, denuo absolutus, sub tali modo, molestari, & inquietari poterit, vt de communi testatur Ghirlan. in titulo de relaxatione carcerator. quæstione secunda, in praxi crimin. diuers. quæstione nonagesima, numero trigesimo primo, libro secundo, Boss. in titulo desent. numero septuagesimosecundo. Si
62 contingãt peti litteras remissorias ad probandam innocentiam dandæ sunt, secund. Gabr. lib. com. opin. titulo de clausul. conclusione decimaquarta, & conclusione vigesimaquinta, quod fuit prius dictum Imolæ, a quo Gabr. ceu omnia de verbo aduerbũ extraxit in lib. com. opin. libro quarto, conclusione quarta, asserens affirmatiuè ita in Romana Curia practicari, de quo pariter Iul. Clar. in dicto §. fin. quæstione vigesimasexta, versic. Sed nunquid requiritur. Pa-
63 riter, vt intentata accusatione rei criminali, supersedeatur in ciuili, vel illi præiudicet, requiritur quod cõtra ipsam partẽ sit intentata, & non contra testes, vt per Rol. a Val. d. consilio decimotertio, numero duodecimo, & decimotertio, volumine secundo, Rota diuers. decisione 206. par-
64 te secunda, per totum. Causa ciuili in Rota pendente, criminalis coram D. Vrbis Gubernatore intẽtata, vel alio Tribunali, neve ad testium examen procedatur, inhibitum fuit, & ex aduerso, illos mandari examinari petebatur in Rota, & licet commissio iudici criminali directa, haberet clausulam constito de assertis, ob id nisi præuia causæ cognitione, ac illis verificatis, inhibere non debebat, attamen ne aliquid nouaretur, id facere voluit, iuxta formam commissionis inhibendo, quam reformare facile erat, vt examinandi testes facultates, absque dubio adesset, sed ob Rotalis inhibitionis reuerentiam, ab vlteriori processu se abstinere voluit Rota decisione quinquagesima, per totum, parte tertia, diuers.
65 Tunc autem pendente causa criminali silet ciuilis, quando ad inuicem sunt incompatibiles, at quando sunt compatibiles, non; Salic. & Doct. in l. prima, C. quand. ciuil. act. crimin. præiud. decisione centesimauigesima tertia, numero secundo, diuers. parte tertia. Præiudicialis tunc dicitur, quando ciuilem absorbet, siue quando ciuilis causa a criminali initium sumit, vel quãdo causa criminalis ciuili maior est, at regula, ꝙ criminalis ciuilem absorbeat, intelligitur, quando ab vno ciuilis, & ab alio criminalis mouetur, tunc nõ facit supersede-
66 re. Dupliciter, nempè præiudicialis dici potest. Primo ratione contingentiæ, quando sententia ferenda in causa criminali debet parere præiudicium in causa ciuili: Secundo, quando agitur de statu personæ, quibus stantibus, ciuilibus cessare debet, quia prius, vt causa præiudicialis terminetur, Rota dixit, Put. late decisione nonagesima octaua, a numero primo, vsque ad num. decimumquintum, cum adduc. parte prima. Præterea, si criminalis causa coram vno iudice agatur, non potest eadem causa ciuiliter coram alio iudice intentari, quia non sunt compatibiles, ex sententia ferenda criminali, quæ ciuili præiudicat

causæ

causæ, idem Put. decisione ducentesima septuagesima quinta, per totum, ead. parte prima. At quando causa criminalis, cum ciuili intentari valeat, & faciat in ea supersedere, latè meminit Lancel. de attent. lite pendente, parte secunda, limit. 23. per totum, & quando sit ciuili præiudicialis, vide Put. omnino decisione nonagesima
67 sexta, parte prima: & de constitutione Alexandrina, quæ loquitur de offendente collitigātem, vel procuratorē causa litis, vide eundem Put. decisione centesimasecunda,
68 cum duabus sequent. parte prima. Clericatum, siue habitū Hierosolomitanæ religionis, post querelas porrectas sumens, in fraudem facere dicitur, ob id laici iudicium, coram quo delatus fuit, effugere, non valebit, l. si quis postea, ff. de iudic. cap. proposuisti, de for. comp. Bart. & Doct. in l. 1, de pen. Ias. in l. cum quædam, numero decimo, & sequent. ff. de iure omn. iudic. l. si
69 quis decurio vbi Bald. C. de decur. Quando ciuilis, & criminalis causa concurrunt, & videtur ad quem rei, de qua agitur, dominium spectet, prius ciuilis, terminanda erit, quia si accusator declarabitur Dñus, erit eo casu criminali locus: sin vero ad accusatum, cessabit, & pro hoc facit elegans tex. in l. præses, C. ad l. Flau. de plag. Grau. consilio vigesimooctauo, numero tertio, versic. ex quibus, capitulo primo, vbi glos. de
70 ordin. cog. Et an, & quando appellatio admittatur in criminalibus, ac multa de intellectu præfatorum motuum propriorum late tradit Cartar. in allegato tractatu de exequutione sententiæ bannitorum, per totum, quem videre poteris, ideo ad alia deueniamus.

Commissionum Formulæ.

Com. Vrbis.

BEatissime Pater, sumpta causa, & occasione, quod de anno 1596. mense Februarij, vel alio veriori tempore: Dum quidam N. vt dicitur pluribus affectus vulneribus, in quadam via dicta del corso repertus fuit occisus, & quod S. V. orator A. tale delictum, commiserit, licet a veritate poenitus alienum sit, præmissorum occasione fuit per Curiam D. Gubernatoris Vrbis in contumaciam, vt dicitur, in poenam capitis, & confiscationis bonorum condemnatus, qui tunc erat absens ab Vrbe, vt semper fuit, seu præmissorum poenitus ignarus libere, ad sua negotia per Vrbem perambulauit, seu ad ipsam reuersus fuit per Curiam captus, & carceratus, sicut modo in carceribus Turris Nonæ reperitur, & quia Pater Sancte, nec vllam causam orator habebat, seu vnquam habuit cum præfato occiso, & nunquam præmissis operam dedit, suam innocentiam ostendre cupiens, resistentibus sibi motibus proprijs fel. record. Pij Quarti, & Pij Quinti, S. V. prædecessorum, contra condemnatos in contumaciam captos, quod in suis defensionibus non audiantur, immo statim contra eos sententia exequatur, ne innocens in defensus pereat, supplicat S. V. quatenus dignetur eid. D. Vrbis Gubernatori, vel eius in crimin. D. Locumtenenti committere, & mandare, vt oratorem aduersus lapsum tēporis in integrum, ac ad suas faciendas defensiones, non obstantibus supradictis motibus proprijs, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, per quemuis aliū Roman. Pont. S. V. prædecessorem, quomodolibet etiam præmissorum occasionē emanatis, quorum tenores, &c. in integrum restituat: ac ad statū, in quo erat, antequam præfata contumacialis sententia asserta pro lata esset, plenariè reponat: ac ad suas defensiones, quæ de iure naturæ sunt, prætensa contumacia non obstante, admittat, ac deinde causam, & causas huiusmodi prout iuris fuerit, expediat, Cū potestate citandi. &c.

Vel facta mentione facti, si velit se in carceribus cōstituere dicat. Verum, quia Pater Sancte præmissorum ignarus orator fuit, habita de illis notitia, vt ab ipsis, ac omni macula contra ipsum præmissorū occasione, quomodolibet forsan insurgente liberari possit ac suam innocētiam ostēdere, in iuribus suis audiri cupiens, ac se in carceribus constituere, Sed quia sibi obstant motus proprij fel. record. Pij IIII. & Pij Quinti S. V. prædecessorum contra sic in contumacia condemnatos, quod elapso anno non audiantur amplius. Ideo supplicat S. V. quatenus D. Vrbis Gubernatori, vel eius in criminalibus D. Locūtenenti, qui prætensam sententiam protulit, &c. contra, &c. vti in proxima commissione.

Com. Appellationis. Vrbis.

BEatissime Pater, exponitur S. V. pro parte deuoti illius oratoris A. quod alias sumpta occasione, q ipse nocturno tpe dū suis negotijs vacaret vna cum N & N, facto

sibi obuiam quodã B. cum duob. aliis, sociatus ex improuiso, duenerunt ad nonnulla verba altercatoria, & postea ad rixam, in quas præfatus M. remanit vulneratus in brachio, qua de causa S. V. orator fuit per Curiam D. Vrbis Gubernatoris captus, & carceratus, examinatus, & tortus, & licet, vt innocens in tortura sustinuisset inditia si quæ contra ipsum erant purgando, & elidendo: adeo, quod a præmissis, & illorum occasione veniebat liberãdus e carceribus, & absoluendus: nihilominis D. Locumtenens præfatus nescitur quo spiritu ductus fisco instante nõ minus nulliter, quam iniuste, & inique ad triremes oratorem ad quinquennium condemnauit, a quibus omnib. se grauatum sentiens, infra legitima tempora ad S. V. appellauit, & de nullitate dixit, Dignetur igitur S. V. causam, & causas, appellationis, & appellationum nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, nec non, q̃ & quas idẽ orator habet, & mouet, habereque & mouere vult, & intendit, tam contra præfatum Procuratorem fiscalem, quam oẽs alios sua cõiter, vel diuisim interesse putantes, ẽt forsan pro suo ciuili interesse illi inhærentes in exequutione præsentium nominandos, & cognominandos oratore in eisdem carceribus, in quibus reperitur remanente, alicui alio Rom. Curiæ iudici ordinario cum oĩb. suis emergentib. dependentibus incidẽtib. annexis, & connexis, summariæ, &c. Audiẽndas, cognoscendas, ac fine debito terminandas, committere, & mandare. Cum potestate citandi, &c. Ac oratorem prout iuris fuerit a carceribus, in quibus reperitur, relaxandi, & liberandi, cæteraque omnia faciend. &c.

Si occurrat fatalia prorogare potest fieri commissio, quæ semel tantum conceditur per Signaturam iustitiæ, addita clausula dummodo alias prorogata non fuerint, & clausula prout de iure, at si secunda vel alia prorogatio cupiatur Signatura Sanctissimi adeunda erit, quia tales prorogationes vltra primam, sapiunt gratiam, & est opus derogare motibus proprijs contrarijs. Prorogatio Sig. iustitiæ ad sex menses datur.

Com. Prorogationis Fatalium.

Vrbis.

Beatissime Pater, lite, & causa appellationis a quadam sententia licet nulla, & iniusta lata contra S. V. oratorem A. ad fisci fauorem per D. A. C. seu eius in Criminalibus Locumtenente, causa, & occasione cuiusdã prętensæ contrauentionis litterarũ Apostolicarum, coram Illustrissimo Vrbis Vicario, vel eius in criminalibus Locumtenen. in qua fuit ad multos actus deuentũ & quia ob fisci, seu forsan illi pro suo interesse inhærẽtis, vel ĩstigatoris cauillationes, & subterfugia non potuit infra tempus in motu proprio præfixum expediri, cum ęquitas non patiatur, quod temporis breuitate orator in auditus pereat, ac quod suum est amittat, ne aduersarius suis machinationibus gloriari valeat: Ideo S. V. supplicat orator præfatus, quatenus eidem Illustrissimi Vicarij D. Locumtenenti committere & mandare dignetur, quod fatalia non alias prorogata, seu semel, aut bis prorogata, quatenus durent, proget ac nouũ terminum statuat, & deinde causam, & causas; prout iuris fuerit expediat, & terminet, iuxta facultatem in commissionis de qua in actis, cum potestate citandi, &c.

Absolutio ab Homicidio.

Spoletana.

Beatissime Pater, alias de anno 1593. & mense Decembris dicti anni, deuotus S. V. orator A. laicus Spoletanus fuit per Dominum Gubernatorem Ciuitatis Spoletanę, seu eius Curiam condemnatus in pęnam capitis, & confiscationis bonorum, sumpta causa, & occasione, quod armatus archibusio, pugione, & alijs associatus, deuenerit ad verba, quędam altercatoria cum quodam P. pariter alijs associato, ac archibusio, & alijs armorum generibus omnib. armatis, & deinde ad rixam, in qua explosis hinc inde archibusijs, vt Deo placuit dictus P. in pectore remansit vulneratus, qui illinc ad viginti dies potius mala medicorum cura, & ob nõ seruata regulam a peritis medicinæ, sibi iniũctam mortem cum vita cõmuttauit, cuius causa orator semper exiliũ a toto statu Ecclesiastico seruauit vitã laudabilem ducendo, ac inseruiuit in bello Vngariæ, &c. & tandem a consanguineis, Fratribus patrẽ, &c. præfati P. defuncti pacem reportauit. Verùm quia Pater Sanctę homicidium non fuit præmeditatum, sed casuale, & in pura rixa, in qua primi motus non sunt in potestate hominis, ac contra oratoris intentionem patratum, de præmissis dolens, ac in futurum se abstinere

præmissis cupiens, vt parentibus senio confectis, sororibus, & domui suę præesse possit, de præmissis dolens, recurrit ad pedes S. V. illi humiliter supplicando, quatenus ipsum in vtroque foro absoluere, & liberare dignetur, ipsumq; ad gradus, patriã, bona, dignitates, & honores, ac eum in quo erat statu, antequam præfatum homicidium patrasset, plenarie reponere, restituere ac reintegrare dignetur, ac omnem maculam, quam præmissorum occasione incurrere posset, vel inhabilitatem remittere, & in futurum præmissorum occasione molestari non posse per quemcunque, quauis authoritate fulgentem, etiam Cardinalatus, & de latere Legatis quouis colore, causa, occasione vel ingenio directe, vel indirecte, in bonis, vel persona declaret mandet & faciat sublata, &c. irritũ &c. ac pcessus, & sentẽtias contra ipsum præmissorum occasione tam in dicta ciuitate Spoletana quam forsan alibi fabricatos, & respectiue latas, cassari, aboleri, & circundari mandet, & faciat, ac in futurum pro cassis, abolitis, & circumdatis haberi, perinde ac si vmquam fabricati forent. Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. Non obstantibus pręmissis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Pij II. Sixti IIII. Iulij II. Leonis X. Clementis VII. Pij IIII. & Pii V. Greg. XIII. ac quorumcunque aliorum S. V. prædecessorum ac S. V. literis, cum quibus vis verborũ, clausulis etiam fortissimis, ac derogatoriarũ derogatoriis sub quibus vis tenoribus, & formis, & decretis quomodolibet concessis, confirmatis, innouatis, & approbatis, etiam motu proprio, etiam si de illis specialis, & indiuidua mentio facienda, non per clausulas generales, vel totus tenor inserendus esset, etiam si in illis expresse caueatur, quod sint similes gratiæ nullę, nisi per trinas literas cum interuallo certi temporis concessas, ac specificatas, & determinatas causas exprimerẽtur, quod Romani Pont. inducerent ad derogandum literis Sixti præfati, ac aliorum S. V. prędecessorum etiam si cõsistorialiter emanatę forent, cęterisque constitutionibus ordinationibus, Apostolicis st. statutis, etiam iuramento vallatis, priuilegijs quoque, & indultis stilo curię palatii consuetudinibus cęterisque in contrarium quomodolibet facientibus minime obstantibus quorum tenores, status, & merita causę pro expressis haberi placeat.

Et cum absolutione a censuris ad effectũ, &c. & per breue S. V. expedien. & de gratia cassatione restitutione rehabilitatione repositione, & aliis latissime, si videbitur in literis in forma breuis expediendis.

Pariter si vel præcedente homicidio, aut alia incursa irregularitate, Simonia, cõfidentia vel simili supplicetur, si pro promoto cũ falsis dimissorialibus, vel ante tempus, aut aliis similibus narrato facto contingẽte, post absolutionẽ in vtroq; foro, subdatur, necnõ ab irregularitate præmissorum occasione, quomodolibet ĩcursa oratorẽ absoluere, & liberare, ac secũ ad ordines, ea beneficia obtenta, & obtinenda dispensare, & ad altaris ministerium.

Circa clericum homicidam ponitur, restrictiuè secundum facti naturam relatę, in cap. Signaturæ gratiæ, & ita de simoniaco & aliis.

Commissioni concedendæ illi, qui petit ad nouas admitti defensiones, si non aderũt, addantur clausulæ, oratore in carceribus cõstituto, & citra pręiudicium bonorum fisco incorporatorum; ac inditiorũ ex contumacia resultantium, quæ clausulæ apponuntur etiam in supplicatione absolutionis ab homicidio.

Commissioni appellationis condemnati ad triremes ordinariè, additur clausula nõ retardata executione.

Commissioni appellationis condemnati in pęna pecuniaria, additur clausula seruata forma motus proprij.

SVMMARIVM.

1 *Appellatus præcurrendo non potest in committenda causa appellantem præcurrere.*

2 *Tempus ad causam appellationis committendam, si alius Iudex non assignatur, est vnius anni.*

3 *Commissio contra formam cap. oblatæ de appellation. obtenta, non est ipso iure nulla, sed ope exceptionis.*

4 *Commissio quando ope exceptionis, & quando ipso iure nulla dicatur.*

5 *Commissio, super confirmatione sententia, quando impetrari possit.*

6 *Appellatus, an possit causam inuito appellante prosequi.*

7 *Appellatus datis Apostolis, statim in Rom. Cur. ptest impetrare, commissionem.*

8 *Regens Cancellariæ in curia ex eius officij munere, iudicem dat.*

9 *Capitulũ oblatę de Appell. non habet locum in Romana Curia.*

10 *Citatio in curia, quare fiat ad videndum responderi de Apostolis.*

11 *Appellans extra* Romanã Curiã, *nisi contradicatur quem vult habet in iudicem.*

12 *Iudex*

12 *Iudex petitus in Curia Romana non datur. fallit vt numero 14.*
13 *Clausula vel alicui alteri iudici ordinario siue prælato, quare in commissione apponatur.*
15 *Iudex a quo qui terminum assignauit appellanti, nisi certioretur de prosequutione, quando exequi sententiam suam possit.*
16 *Appellationi, an delatum censeatur termino præfixo.*
17 *Iudex a quo, quando terminum ad causam prosequendam moderare possit.*
18 *Commissionis nullæ, quando facienda sit mentio:*
19 *Terminus ab homine assignatus, differt a termino dato a lege.*
20 *Terminum a iure statutum. appellatus præuenire potest, non terminum datum ab homine.*
21 *Præcurrere ad causam committendam quando quis dicatur.*
22 *Appellatus competens terminum appellanti non assignans, præcurrit.*
23 *Terminus ad causam appellationis committẽdam currit a die appellationis, non sententiæ.*
24 *Iudex a quo non statuit terminum ad appellationis causam finiendam, sed inchoandam.*
25 *Capitulo oblatæ de Appel. scripta legatorum, & aliorum, nisi habeant authoritates, non derogant.*
26 *Legati de latere iuri pontificio derogare nequeunt.*
27 *Capitulo oblato de Appellat. an derogetur in commissione causæ extra curiam.*
28 *Appellans legitimè impeditus, qui in termino ad curiam accedere nõ valuit, an probetur iuramento impedimentum.*

De Commissione Appellationis vigore, capituli Oblatæ de Appell.

Vando appellatus, statuto per
Iudicem a quo appellãti ter-
mino ad appellationis causã
prosequendam, à sententia
extra Romanam Curiam la-
1 ta, nimis præcurrendo, tacita
termini præfati assignatione, in committẽ-
do causam appellantem præuenit, vti tacita veritate, literę impetratę subreptitię sunt,
idque habetur expresse in capitulo oblatę de
2 Appell. Et quando Iudex alium terminum
ad prædicta non assignat, tunc exit vnius
anni, ad appellationis causam committen-
dam, vt habetur in textu in capitulo ex per-
sona, & capitulo ex insinuatione, vbi Scrib.
eod. titulo, Quamuis terminum præfatum
legalem ex causa abbreuiare iudex valeat,
alium statuendo, tuncque causam commit-
tendo præcisè, non poterit appellatus lega-
lem terminum præuenire, nisi iuxta d. cap.
oblatę dispositionem, & quando nimis, nõ
seruata dicti cap. forma procurrat, commis-
sionem impetrasse videtur animo aliam par
tem supplantandi, ac iudicem sibi gratum
impetrandi, vt ibi Abb. num. 10. Circa quę
sic electum, multę lites, difficultates, & su-
spitiones exoriri poterunt, sed quando ap-
pellantem præueniendo, contra supradicta
rescriptum impetret, non ipso iure nullum
erit, sed ope exceptionis, Cresc. decis. 4. de
rescrip. late Bisign. decis. 13. cum congestis
eod. tit. Quia si appellans non dat de subre-
3 ptione, tenet processus, ac videtur tacite im
petrata ratificasse, & licet ibi Bisign. contra-
rium tunc Rotã firmasse asserat, eo quia,
quando semel ad Curiam causa deuoluta
fuit ibi tractanda veniat, si in ea commissa
sit, non posse, maxime quando adest consen
sus in iurisdictionem, nisi de consensu Pa-
pæ, ac eius scientia ab ea extrahi, capit. pro-
uida de electio. Quod indistincte verum
non credo: nam quando coram iudice de
partibus ibi consentiendo comparitum sit,
tunc causa appellationis ad Papam interpo-
sitæ, & sic fauori suo qs renunciasse videtur,
ideo parte apponente, supradicta locum ha
bere iudicarem. Quia, si dicitur rescriptum
4 nullum, intelligitur ope exceptionis, nisi in
eo adsit verbum ipso iure, capitulo primo,
de rescrip. in 6. eo autem casu, vt colligitur
ex uerbis d. cap. oblatę ibi obtinere non de-
bent aliquam firmitatẽ, ideo accedẽte prę-
fata oppositione redditur rescriptum nullũ,
& sic illud verbum per infinitum loquens,
nullitatem importat per exceptionem, vt
bene Cresc. decis. 4. de rescrip. & alias Ro-
ta censuit, sententiam contra d. cap. oblatę
dispositionem latam nullam fore, vt per
Put. decis. 241. par. 2. Bene super confirma-
tione sententiæ in eius fauorem latæ, facta
mentione appellationis interpositæ, etiam
si terminus ad illam prosequendam per iu-
dicem non fuerit pręfixus, dummodo ni-
mium (vt dixi) non præcurrat, rescriptum
validum erit sec. Innoc. in capitulo ex ratio-
ne, num. 3. de app. & Specu. eod. tit. §. nunc
breuiter, vers. item ponit, & appellationis
commissionem impetrare, illamue prose-
qui, vt ibi Abb. num. 5. & omnes Doctores,
Et licet Bart. in aut. ei qui, nu. 4. C. de temp.
rep. app. dicat, appellatum, dummodo ap-
pellantem citare faciat, posse quandocun-
6 que causam prosequi. Tamen non habet
locum extra Rom. Curiam eius opinio, &
verior est sententia Abb. ac aliorum ibi rela-
ta. At quia tantus vir perperam non loque-
batur, eius dicta in Rom. Curia procedere,
dicen-

dicendum erit, in qua capitulo oblatę dispositio cessat, nam statim in ea datis Aposto-
7 lis, potest pars appellata impetrare commissionem super appellatione, cuius vigore appellans postea procedere tenetur, nisi rationabilem habuerit causam, & hoc siue ad appellationem prosequendam terminus statutus fuerit, siue non. Rot. decis. 16. de app.
8 in nou. Hoc autem fit dupplici ratione. Primo, quia D. Regens Cancellariæ ex officio dat Iudicem. Secũdo vt finem litibus citius imponatur, ac eius circuitus euitentur, absque eo, quod terminus Iuris ad causam appellationis committendã, expectetur, clem. Auditor de rescrip. cap. fi. de dol. & cont. Et
9 quod præfatum capit. oblatę non habeat in Romana Curia locum, testantur ibi omnes scrib. Dec. num. 3. Imol. num. 17. Baldus in princ. Io. Monac. in rub. de rescri. Hinc est, quod postea appellans coram Iudice ab appellato obtento, causam prosequi potest, quatenus non recusandus ei videatur ex causa legitima, Immo appellato gratias agere tenetur, quia suis sumptibus commissionẽ impetrauit, ac expedire fecit, vt ibi Dec. nu. 4. & decis. 12. de rescrip. in antiq. Sicque, quia incertus iudex in Curia datur, ex R. P. D. Regentis Arbitrio, merito (vt dixi) datis Apostolis appellatus expedit hanc commissionẽ, quia si appellans pro ipsis non redeat, sententia transit in iudicatum, vt latius in particulari cap. de Apostolis dixi, Vnde praxis Cu-
10 riæ, vt citius pro illis appellans redeat, adinuenit citationem ad instantiam appellati, ad videndum sibi responderi de Apostolis, volens forsan ex præfati cap. dispositione de illius responso, liberę causę cõmissionem ob
11 tinere posse. Quod autem non habet locũ, quando petitur Iudex extra Curiam, quia nisi contradicatur, habet appellans, quem vult in Iudicem, idque cessat expresse in Roma.
12 Curia, quia Iudex (vt dixi) ab vna parte penitus non datur, capitulo ad hęc de rescrip.
13 Ob id solent apponi illa verba in Commissione alicui Prælato, vel Iudici ordinario, in Romana Curia commoranti, committere, & mandare, vel si magis placeat D. N. de meritis causæ informato, quia si agatur de causa dependente aliquo modo, vel similis causæ iudex alias esset, solet ei rescribi, illum deputando, & sic praxis per indirectã viam aperuit, sæpe eum, quem volunt in
14 Iudicem habendi Staphyl. de lit. iust. capit. secundum num. 7. Sed quando ambæ partes consentiunt, Iudex petitus datur, Et licet di
15 ligentia appellãtis sufficiat, si in termino sibi assignato iter arripit, aut pro causa introducenda, aut prosequenda. quamuis rescriptum non impetret, tamen si in tempore assignato non fuerit de prosecutione Iudex, a quo certioratus, suam exequi sententiam poterit, sed quando eius sententia per Iudicem ad quem postea infirmatur, per consequens executio eius vigore facta, etiam sublata erit, decis. 40. de Appel. in antiq. decis. 48. & 50. eo. tit. in nou. Dec. in c. persona n. 8.
16 de appel. An autem quando ad appellationem prosequendam terminus statuitur, illi delatum censeatur, & Dec. in d. c. oblatæ, nu. 2. tenet qđ sic, quia eam dando, libere appellationem admisisse videtur, sicuti dicendo admisit, si & in quantum, seu dando Apostolos, quamuis Fel. in capitu. cum causa, nu. 8. de re Iud. & in d. c. oblatæ, Abb. n. 2. & Imol. & Dec. in princ. Abb. in cap. sede eod. tit. & in capitulo cum appellationibus, eod. tit. in 6. contrarium quodam modo tenere videãtur: Sed ego credo Dec. melius locutum fuisse, nam statuendo terminum, videtur iudex quodammodo Apostolos reuerentiales dare, & eum ad superiorem remittere, quo fit, vt postea lapso termino ad appellationem committendam, seu prosequendam ex appellantis negligentia, causa remaneat deserta, Fel. in d. cap. cum causa num. 7. de re iudic. Innoc. in cap. ex ratione nume. 2. de appel. Nam priuatio præsupponit habitum, itaque dando terminum, vt superiorem adeat, videtur quodãmodo ei indulgere, quod impetrare Iudicem valeat, qui an bene, vel male pronũciatum fuerit, cognoscat, debet nẽpe inter hos actus, quando defertur appellationi vel non, dari differentia. Quod verum quo ad iudicis personam credo, secus autẽ quoad partes, quia licet per talem actum abdicauerit Iudex, a quo à se iurisdictionem. Tamen an appellationi locus sit, nec ne, poterunt postea partes coram Principe, & sic in Signatura, quæ Principis vox est, vt quotidie fieri videmus, discutere. At si terminus appellanti præfixus non fuerit, poterit quandocunque appellatus appellationis causam prosequi, ac literas impetrare, dummodo infra terminum iuris, & per appellantẽ pręuentum non sit. Dumque supra dixi, iudicẽ,
17 a quo posse terminum præfixum moderare id intellige procedere, quatenus adsit causa, sed sine causa, non, dummodo appellatio frustratoria non sit, vt per Dec. in d. capitulo oblatę, nume. 5. Quod exemplificari potest in causa, quando scandalum, & periculum immineret, quia non solum terminum abbreuiare, sed partes ad causam prosequendã, quatenus tamen consentiant cogere potest,

vt in

vt in simili esset in causa matrimoniali ad e-
uitandum periculum fornicationis, & aliis
relatis per Imol. in d.cap. oblatæ.nu. 4. secus
autem si dissentiant, quia tunc ad id cogere
non valet, vt ibidem Bald.vers. si vero, neu-
ter prosequitur,& Dec. num.5. quamuis ap
pellans, si velit,causam ab appellato com-
missam prosequi,non possit,appellationi re-
nunciando, aut fauori suo, vel illam dese-
18 rendo,vt ibi Dec. Quare cum ex dispositio-
ne præfati capituli literæ sint nullæ,mentio
nem de illis facere opus non est. Quod de-
clara procedere, quando in totum sunt nul-
lę,secus autem si concurrat qualitas,per quā
eas Papa concesisset, quia ex subiecta ma-
teria,vt ibi Dec. ait,etiam si actus sit nullus,
19 aliquem effectum producit. Datur autē dif-
ferentia inter terminum a iure statutum, &
ab homine assignatum. Quia pars non po-
test præuenire terminum ab homine statu-
20 tum, sed bene terminum iuris, qui est an-
nus ad appellationis causam committendā,
& ex causa biennium, dummodo nimium
non præcurrat,&ideo de legali termino mē
tionem facere,opus non est, quia certus, &
vniformis censetur, l. 2. C. de temp. appel.
Sed bene de termino hominis,vti incertus;
& informis,vnde de isto,si in termino lega-
li impetretur rescriptum,mentio erit facien
da.Itaque in committenda causa, ea ratione
terminus Iuris pręuenitur, quia ad finien-
dam causam datus est:Secus autem termi-
nus hominis,vt dixi, qui ad illam inchoan-
dam assignatur, vt ibi Imol. num. 14. Abb.
num.6.& Bald. in princ. & in vers. sed quæ-
ro, Sed ordinariè tempus appellationis in si-
milibus est triplex. Primus ad iter arripien-
dum. Secundus ad se præsentandum coram
superiore. Tertius ad causam committen-
dam. Ancher. in Clem. 1. nume.4.de appel.
At si appellatus ad committendam causam
expectat vltimum mensem, non præcurrit,
21 Quando autem quis pręcurrere dicatur,nec
ne, arbitrio iudicis repositum esse testan-
tur, sec.magis receptam sentētiam,ibi Dec.
22 num.8.Imol.num.13. At si appellatus com
modum terminum ad veniendum appellan
ti non dat, tunc præcurrit, ac eo casu, ista
nimia velocitas,pro supplātatione habetur,
sec. Bal.ibi vers. quæro etiam,ponens exem-
plum de Esau, qui nimis præcurrēdo,Iacob.
23 supplantauit, l. continuus,ff. de verb. oblig.
Terminus autem a die appellationis, non a
die latæ sentētię,currere incipit, vt ibi Imol.
24 num. 4.clem.sicut de appel. Et ideo Iudex,a
quo,ad appellationis causam finiendam,ter
minum non statuit, quamuis (vt dixi) si ce-
leritatē causa desiderat, facere id possit, sec.
25 Imol. ibi num.8. Male iudicio meo extra cu
riam faciunt, quando supplicationibus com
missionū similium causarum ab Illustr. Car
26 dinalibus de latere Legatis, eorumue Vice-
legatis, ac pronunciarum Gubernatoribus,
seu Præsidentibus, præfati capituli oblatę,
derogatio petitur, ac petitam concedunt,
quia cum tali derogatione rescribendo, &
in consequens Procuratores, preces præfa-
tas componentes, penitus ignari apparent,
At Bononiæ legum nutrici,sec.Glos. in l.ab
antiquis,in verbo leges,C. de testam.Id pas-
sim faciunt cum dicta derogatione rescri-
bendo, quia id per Papam hodie Illustrissi-
mo Legato ac eius Vicelegato indultū fuit,
alias iuri pōtificio derogare non valerent,vt
dixi de Aegidiana cōstitutione. Quamuis,si
ita derogando rescribant, Pontificis autho-
ritate facere cogitandum erit, & non vltra
27 suas manus extendere, sed de his hactenus.
Regulariter in commissionibus causarum
extra Curiam non derogatur, capitu. obla-
tę:quod fallit,si vtraque pars appellauit,quia
ne continentiæ causarum diuidantur,tunc
28 derogare poterit. Appellans Romanam Cu
riam versus iter arripit, aquis, niue, infirmi-
tate,vel alia legitima causa impeditus, ad il-
lam pręfixo termino nequit peruenire,at eo
elapso, testibus carens,vel quia sunt in lon-
ginquis partibus, ac nisi committatur cau-
sa, periculum imminet, & tale impedimen
tum, secundum,quod ius requirit, probare
intendit. Quæro an admittendus? & Spe-
cul. §. nunc breuiter, vers. quid ergo, de Ap-
pel. dicit quod sic. Sed, si id probare per te-
stes ad Romanā Curiā ducendos,e partibus
longinquis, coactus foret, aut quō in loco
vicino,& commodo,arbitrio Signaturæ re-
positum credo, vt per Zabar. in Clem. quā
uis §. si iudex num.6.de App. licet tutius pu-
tarem,si super dicto impedimēto testes exa
minarentur in loco impedimenti, aut alia
documenta id probantia procurarētur,quia
in hoc negotio non notabilis præiudicii, &
semiplena fides, & iuramentum sufficere,
poterunt, Ancher. in Clem.constitutionē,
nu. 14. de elect. vel amico, siue procuratori
in Rom. Curia,tale impedimentum signifi-
caret, cui quicquid ipse facturus erat, com-
mitteret, & ita fieri poterit, in hac materia
leuis præiudicii, in qua non ita exactè pro-
bationes requiruntur.

Com.

Com. *Vrbis*.

BEatissime Pater, lata sententia per R.P. D. A. C. Locumtenen. ad fauorem S.V. oratoris A. causa, & occasione nonnullarum rerum, & bonorum, de quibus in actis causæ &c. contra B. infra, legitima tempora ab ipsa appellasse, ac ad iudicē habuisse Apostolos reuerentiales, dicit. verum, quia more reorum, quorum munus semper est fugere, præfatus B. appellans, vt se in detentione præfatorum bonorum, diutius confoueatur non urat ccausam appellationis cōmitti facere, & valde oratoris interest quanto citius causam, & causas huiusmodi via iuris terminare, ac qđ suū est consequi. Ideo supplicat S.V. quatenus causam, & causas, appellationis, & appellationum interpositæ, & interpositarū, per dictū B. nullitatis, nullitatū, iniquitatis, & notoriæ iniustitię, nec non quā, & quas, idē A. orator habet, & mouet, habeatque, & mouere vult, & intendit, prę-missorum occasione, contra ipsum omnesque alios, sua quomodolibet diuisim, vel coniunctim interesse putantes, in executione prę sentium nominandos, & cognominandos, cum suis annexis, connexis, dependentibus, & emergentibus, ac toto negotio principali, alicui Ro. Cur. Iudici ordinario, siue Pręlato, summariè cōmittere, & mādare, Cum potestate citandi, & inhibendi, &c.

Com. *Camerinensis*.

BEatissime Pater, pendente lite, & causa coram D. Gubernarre Camerini, inter S. V. oratorem A. actorem ex vna, cōtra B. reum conuentum ex alia causa, & occasione, &c. & alias prout in actis. Idem D. Guber. contra oratorem, ad aduersarij fauorē, (vt dicitur) diffinitiue pronunciauit, in qua oratorem ad dimittendum, & relaxandum teneri, &c. (seu alias vt causa expostulat) declarauit, & sententiauit, vna cum fructuū & condemnatione, expensarum, licet nulliter, & iniuste, a qua infra legitima tempora ad S. V. Sanctamque sedem Apostolicam appellauit, & de nullitate dixit, ac sibi de Apostolis reuerentialibus responderi obtinuit. Verum quia pręmissis tacitis, idem aduersarius in primo loco inserta commissione, nimis præcurrendo, causam appellationis, per oratorem interpositam, Episcopo Sancti Seuerini sibi amicissimo, & oratori suspectissimo, pro vt iurare paratus est, & quatenus opus sit, cū in manibus S. V. iurat, cōmitti curauit, & quia in committenda p̄fata causa appellationis, appellanē terminū Legalem p̄ueniendo, præcurrere non poterat, ac contra in appellantis voluntatē iudicē ad quem eligere residet. Ideo, Si aduersarius p̄missa narrasset, pro vt non sine dolo, & fraude tacuit, minime præinsextam subreptitiè, & obreptitiè obtinuisset, & quia falsus præcator impetratis carere debet, Ideo supplicat S. V. idem orator, quatenus prę uia auocatione causæ, & causarum huiusmodi, quatenus opus sit, a dicto Episcopo sancti Seuerini, causam, & causas appellationis, & appellationum, nullitatis, & nullitatum, iniquitatis, & notoriæ iniustitiæ, nec non quā, & quas, &c. Cum clausulis residuis positis in commissione Appellationis ordinariæ.

Alicui ordinario viciniori, vel si magis placet &c. in partibus commoranti, committere, & mandare. Cum potestate citandi, & inhibendi, &c. Præinserta, ac inhibitione illius vigore emanata, (seu in posterum) emananda minime obstantibus, quorum tenores, &c.

Et cū absolutione a Censuris ad effectū, &c.
Et per breue S. V. expediendum.

Et si fuerit causa in Curia, mutatis mutandis in facto, poterit adaptari cōmissio, dempta clausula, & cum absolutione.

SVMMARIVM.

1 *Lites manu regia priscorum temporibus expediebantur.*
2 *Appellationis remedium, quare a iureconsulto ad inuentum.*
3 *Appellatio sępe sententiam iudicis a quo corrigit.*
4 *Conscientia sine scientia est insipida, & scientia sine conscientia, diabolica.*
5 *Iudex quasi ius dicens dicitur.*
6 *Appellatio eximit appellantem, ac illi inhærentes, a iurisdictione iudicis a quo.*
7 *Executioni iudicis quando impune resisti possit.*
8 *Appellans iudici a quo iniuriam non facit.*
9 *Appellatio coram iudice a quo, si copia haberi potest, est interponenda.*
10 *Appellatio quando interponatur coram honestis hominibus.*
11 *Appellationem fore interpositam primo iudici ad quem constare debet, limita vt nume. 12. & 15.*
13 *Subreptio, & obreptio quando in iudicio etiam rescripti opponendę.*
14 *Subreptio, & obreptio, an tollantur per clausulam ex certa scientia.*
16 *Iudex quando non constito de appellatione procedere possit.*

17 *Appel-*

17 *Appellatio quatuor effectus secum trahit, & quos.*
18 *Appellatio habet alia considerabilia in se.*
19 *Appellatio in quibus de iure natura, & in quibus sit de iure positiuo.*
20 *Appellationis, quatuor sunt species.*
21 *Appellationum tempora quatuor sunt.*
22 *Appellatio duo continere debet.*
23 *Appellatio, a minori ad maiorem est interponenda.*
24 *Appellatio ad parem, vel eundem iudicem non interponenda.*
25 *Appellatio duos parit effectus.*
26 *Appellatio suspensiua tres parit effectus.*
27 *Appellatio, quare effectum operetur deuolutiuum.*
28 *Sententia, quando iusta præsumatur.*
29 *Appellatio decem ad eius validitatem continere debet.*
30 *Appellatio post decem dies etiam de consensu partium interposita est nulla.*
31 *Appellatio ab interlocutoria quando causis non expressis sustineatur.*
32 *Appello verbum, quando pro appellatione sufficiat.*
33 *Appellari in scriptis, & infra decem dies debet a diffinitiua, secus ab interlocutoria.*
34 *Cedula appellationis infra decem dies dari potest, si in actis primo voce sit appellatum, & nu. 35.*
36 *Appellatio a die habita notitiæ quando post decem dies interponatur.*
37 *Appellationi finis, quot modis esse possit.*
38 *Appellationi si iudex, a quo deferat, partes renunciare non possunt.*
39 *Appellari potest ante sententiam, stante grauamine.*
40 *Appellari ad Papam potest semper ommisso medio.*
41 *Persona, cui sedes Apostolica rescribit, nota esse debet.*
42 *Causæ maxime importantiæ non committuntur grossis hominibus.*
43 *Appellare, & prouocare differunt.*
44 *Appellatio qua dicatur, & num. 48.*
45 *Prouocatio quæ sit.*
46 *Appellatio alternatiua de iure Canonico est inualida.*
47 *Appellare, & supplicare differunt nu. 51. & 53*
49 *Supplicatio quid sit.*
50 *Clausula infra legitima tempora intellectus.*
52 *Supplicare verbum latissime pro omni precum porrectione accipitur.*
54 *Statutum prohibens appellare, non prohibet supplicare.*
55 *Supplicare infra duos annos debet.*
56 *Recursus est species appellationis.*
57 *Superseßoria, quare, & quando detur.*
58 *Supplicare dupliciter sumitur, & num. 62.*
59 *Supplicare, prohibita tertia appellatione non licet.*
60 *Supplicare non licet, si appellatum est renunciatum fallit num. 65.*
61 *Supplicationes Papæ, vel Signaturę, quando deferendæ.*
62 *Appellare ab omnibus iudicibus ordinarijs, & delegatis licet.*
63 *Appellans ad quem appellet eligere debet.*
64 *Proceßus, de partibus vt plurimum sunt nulli.*
66 *Iudex ad quem in causa iudicis a quo superior, & succeßor dicitur.*
67 *Iudex ad quem reformare, & reuocare potest sententiam iudicis a quo.*
68 *Iudex ad quem, male vel bene pronunciatum dicere debet.*
69 *Executio sententiæ, quare fiat per vltimum iudicem.*
70 *Iudices Romanæ Curię, de stilo ceu semper in expensis condemnare solent.*
71 *Iudex appellationis si de nullitate mentio sit facta, super illa pronunciare debet.*
72 *Appellationis condictionalis, dico sententiam nullam, & si qua est Appello, natura.*
73 *Nullam sententiam dicens, & si qua est appello facit causam mixtam.*
74 *Non appellans propter metum, an habeatur pro appellante.*
75 *Appellandum quare sit, quando tacite, vel expreße se competentem iudex dicit.*
76 *Appellans, quando appellationi renunciare valeat, & num 77.*
78 *Protestatio declinatoria iurisdictionis, quid operetur.*
79 *Sportulæ quando, & quibus sint debitæ.*

Diuersa de Appellatione.

Ppellationes aliquæ, ob eorum breuitatē speciali capitulo non indigentes, sub isto collectę succintę apparebūt.
1 Incognitæ igitur appellationes, ac iudiciarij actus, à tot, tantisue mendaciis, & cauillationibus immunes, Iam, Iam penitus silebant, solaque manu regia, in æquitate naturali fundata, &
2 lites, & controuersiæ dirimebantur, vt refert Abb. in rub. de App. num. 16. At sapientissimi legislatores nostri, contra iniustę sententiæ venenum, ius naturæ imitantes, appellationis theriacam adinuenere. Vt refert Pomponius in l. 2. §. exactis, vers. & ibi neque pro
3 uocatio, ff. de reg. iur. Purpur. in l. 1. nu. 87. C. de pact. cap. ad Romanam, secunda q. 6. Nic. Grauat. in addi. ad Vestr. lib. secundo cap. 5. nu. 11. Rot. decis. 2. & 3. vt lit. pend. in nou.

Veral.

Veral.decis.171.nu.2.par.2. vt in secunda, & tertia instantia, vltra quas prouocare ius prohibet, tot.tit.ff.& C. ne lic. ter.prou. tã p appellantẽ, quã per Appellatũ, nõ deducta, deduci ac nõ probata ꝓbari valerent, Feli.in c. prudentiã, nu.1.de mut.pet. Qua mediante, ad oppressorum vtilitatem, per alios iuris prudentes, sępe iudicum a quibus prouocatum extitit, imperitia, & interdum iniquitas detegitur, corrigiturve, l. prima, ff.de App pel. clem. pastoralis, vers. verum quia de re iud. Quando sententiæ, quæ non cum discretione virtutum matre, sed ex abrupto, voluntaria iudicis præcipitatione, ad dirę nouercæ instar. in Priuignos sęuiendo processerunt, de medio tolluntur, quando quidem vt dicit Bal. in l.nemo, circa fi.C. de sent. & int.om.iud. vtque colligitur ex decisio, Pe-
4 dem. prima, numero 34. iudicis conscientia; sine scientia est insipida, & scientia, sine conscientia, diabolica. Nam si iudex in l. prima, ff de iur. om. iud.& in capit. forus de
5 verb.sign.& in c.1.23.q.2. Vocatur quasi ius dicẽs, nisi & verbis, & factis, se talem ꝓbeat, iusti noĩe indignus efficitur, c.iustum, bellũ. 23.q.2. Vnde merito Arist. Ethic. ca.5. animatam iustitiam illum dixit, & Salom. in Prouer. iustitiam, posposita personarum acceptione, terrenos iudices diligere clamat, & cum ea sanctus Thom. secunda secundæ, q.63. Est itaque tantæ virtutis, & effica-
6 cię appellatio, quod in omnibus, & per omnia, a iudice a quo, eiusq; iurisdictione, non solum appellantem eximit, sed adeo illam suspendit, quod ea pendente non tantum, quo ad appellantem, sed quo ad illi inhęrentes, protegendo, Ordinarie in executione supersedere facit. Lap.Alleg.2. decisi. decimaquinta, de Appel. in antiq. Paris. cons.28.numero 26.volumine quarto, Ias.cons.187.col. 7. vers. quarto accedat, vol. 2. capitulo non solum, & capitulo fin.de Appel.l.1. vbi Glo. Bar.& scrib ff. App.pend.nil nou. capit. dilectus vbi Butr.in primo not.de rescri. Et cõser-
7 uat in eo statu, & termino, quibus erat in tẽpore interpositę appellationis, Ias. in rub. ff. de re iud.numero decimo, toto tit. nil nou. Appel.pend. Vnde, si interim exequi mandetur, impune resisti poterit, l. quoniam, Iudices, vbi Sal.C.de App. Abb.& Imol.in c.si quando, num.2.de offic.deleg. quia iam per appellationem, ac causæ deuolutionem ad superiorem, iudex à quo, adeo incompetẽs remanet, quod nil nouare potest, Bal. in l.ad dictos num.1.C.de Episc. aud. nec vlterius in causa se ingerere, Alex. cons.35. numero 2. Volumine quarto, Grat.cons.50, nu.36.par.1. Paris. d.cons.28. num.21.decis.Pedem.5.nu. 1. Bursat.cons.21.num.13.vol.1. id asserens procedere, tam si appellationi delatum fuerit, quam non, quia cum de illius iniquitate coercenda, vel imperitia emendanda, agatur, cap.interpositam, de Appel. in hoc iterũ iudicãdo, vel se ingerendo, efficitur suspectus, cum nunquam inique, vel imperite gessisse, diceret, Abb. in cap. solicitudinem, numero 7.de App.& eo magis incompetẽs (vt dixi) erit, si fuerit inhibitus, quia si cõtra hominis, vel iudicis inhibẽtis, aut aliqua mãdantis faciat, ipso iure, actum nullum reddit Franc. Aret.cons.75.nu.4.cap.venerabilẽ de offic.deleg. dũmodo inhibitio valida, & pura sit, ac parte citata concessa, Aret. cons.2. nu.4. Alex.cons.69.nu.2.vol.7.Ias. in d.l. nec quicquã vers. octauo fallit, ff.de offic. proc. & leg. Sed præmissa limita nõ procedere in rotali inhibitione, quia siue iusta, siue iniusta, timenda est, alias facit attentata; Veral. late decis.93. parte 2. Put.decisio. 304. & decis. 395.pat 2. At quando frustratoriè, vel calumniosè appellatio interposita apparet, nõ erit appellans audiendus, sed remittendus ad iudicẽ a quo, dũmodo appellationi delatũ nõ esset, vt p Abb.in d. c.literę tuæ n.15. de dilati vt quotidie cũ diuersis cl̃s executiuis, de qui-
8 bus supra dixi, & infra loquar, facit Signatura. Neq; iniuriã, quando grauatus appellat, Iudici affert.l.in maioribus C.de App. Aret. cons.2.col.3.vers.circa secundum, Rol.a val.
9 cons.77.n.74.vol.2. Estq; corã iudice, a quo, dũmodo eius copia haberi possit, appellatio interponenda. At si latitauerit, vel absens fuerit, quia ꝓsequendus non est, pręmissorum facta protestatione, corã honestis hominib⁹
10 appellare sufficit; Sed an postea, si iudicis copia haberi possit, vel metus cessauerit, de nuo sit coram ipso appellãdum? variè scribentes loquũtur, relatos per Aufr. in addit. ad decis. Cap.Tholos.428. Et an talis appellatio coram honestis personis, etiam quo ad Apostolorũ petitionem sufficiens sit, vide de Bellam. decis.38. Et Put.dec.103. p.3. At si latitante iudice, trina facta fuerit diligentia, vel interpellatio, ac de illo copia haberi nõ potuerit, nõ erit ob id causæ appellationis commissio retardanda, Abb.in c.fi.nu.3. de appel. Fel. in cap. suborta, num. 5. versic. Et istis adde, de re iud. Immo, si per metum (dommodo sit iustus) quis non appellet, habetur pro appellãte. Sed & de metu, & qd illo flãte appellare omisit, ꝓtestari, vel declarare dẽt, & quo in hoc casu metus probetur, & an corã probis viris appellare sat sit, remitto te ad Abb.in cap.fin. per totum, de

Appel.& in capitulo quo ad consultationē, 11 numero tertio, & seq. de re Iud. Quamuis, vt de appellatione iudici,ad quem in primis, & ante omnia constet, necesse sit, alias in causa procedere,nec appellans obtinere nō valeret,decisio.quarta,de App.in no.& decisio. quinta, eodem titulo in antiq. capitulo Romana, §. si vero,vbi Gemin. primo not. de appel.in sexto,l.hi qui ad ciuilia, vbi Ber. vers. neque tu vero.C.de app. capitulo cum in ecclesia, vbi Dec.in secundo not.Prępos. & Abb.in capitulo exhibita,vlt.not.& in verbo constiterit,de Iudic. nam in eo,quod deficit commissio, & non est iurisdictio, dari iurisdictio nequit. Quia si appellationis causa est ipsi demandata, eo principali deficiente, commissio accessoria super illa fundata, corruit capitulo accessorium,de reg. Iur. in 12 sexto.Quæ vera intellige,quo ad articulum principalem per appellationem deuolutū, secus vero quo ad articulum, an sua sit iurisdictio, nec ne, quamuis nullam appellationem, ac commissionem, aut subreptitiam fore, siue iurisdictionem non tribue- 13 re, pronunciare posset. Quod iterum declara procedere, quando rescriptum esset falsum: at si verum reperiatur, licet falsum per expressionem, vel taciturnitatem veritatis, tunc iurisdictionem tribueret, & per consequens, sententia lata super hoc articulo tenebit, ac in iudicatum transibit,quatenus subreptionis exceptio, quæ præiudicialis, & dilatoria est,non obijceretur, Bellam. decisio. septuagesimaoctaua: Et ratio apparet, quia rescriptum est, quo ad se verum, vnde non erit ipso iure nullum, nisi a parte opponatur, neque ex subreptione impeditum,vt late Feli. in capitulo ad audientiam, 14 el secundo,numero secundo, vbi suo more regulas,& fallentias connumerat,de rescrip. Cassad. decisio prima, eodem titulo. Et an & quando tales defectus subreptionis, vel obreptionis supersedere faciant, colligitur ex optimo textu in capitulo super literis, vbi DD. de rescrip. & in l. prescriptione, C. si 15 con. Ius.vel in l. pub. Et an per clausulam, ex certa scientia, tam subreptio, quam obreptio sint sublata, tradit abbunde Parisius consilio centesimoquadragesimoprimo, numero secundo, volumine quarto. Vnum 16 autem non omittam, quod commissa causa appellationis cum toto negotio principali, ac cum clausula quam, & quas, quia illius virtute totum negotium principale cōmissum videtur, etiam non constito de illa Cęs.de Gras.deci.2. de rescri. Et ideo semper iudex poterit procedere, etiam non constito, de Appellatione, & idem si pars citata, contradicendo non comparuisset, Achil.decisio 14.de rescrip. Quod procedit solum in appellatione a grauamine, secus autem a diffinitiua,vt ibi Achil. & Bellam. decis. 48. Quatuor effectus secum trahere appellationem,nostri iuris scribentes dixerūt: Suspendendi vel rescindendi, emendandi, confirmandi, & decernendi.Bald. in capitulo fraternitatis col.secunda,vers.considera,appellatio.de testib. Felinus in capitulo cum causa de re Iudicata; De suspendendi, & rescindendi effectibus loquitur Rom.cons.41.numero quarto, capitulo cum in omnibus,& capitulo cum in eo.de App.l.prima, in fi. ff ad Turpil.l.si causa cognita,ff. de transac. Et de alijs effectibus,Bald. ibidem vers. item in omnibus se mutuo fouentibus, & Felinus 18 in dicto capitulo cum causa,numero tertio, Habetque in se appellatio duo considerabilia.Primum effectum ipsius formalitatis, & sic quando deuoluit,suspendit,& rescindit, seu causam extinguit,quod de iure positiuo est,Dec.in rubr. de Appel.numero octauo, 19 & Sāctus Thom.in secunda secundæ, q.69. art. tertio: Sed quādo in se certam continet defensionem, & illius est finis prouidere grauatis ex lata sententia,de iure naturę censenda venit,Felin.in d.Rub.numero quinto, & Abb. numero octauo,capitulo subgestū, 20 et cap.cum speciali, §. Porro eod. titu. Quatuor præterea fore appellationum species, commemorat Bal.in d.rub.vers. item nota, & Præpos.numero quinto. Quarum primā anteiudicialem vocant, videlicet, quando ante litis contestationem appellatur, quod exemplificari potest in appellatione interposita ab electo in magistratu,ad honores,onera,& similia,nam, cum proprie tunc iudiciū non sit, necessario eius statum considerando,bene ita nuncupatur,vt ibi Prępos.nu.66. & est casus in c.Rodulfus,& in c.significauit de rescri. Secundam speciem intraiudicialē vocant,& illam,quę inter litem contestatā, & sententiam interponi contingit, si ab interlocutoria appellatur, de quo est casus in capit. primo, de dilat. quæ multo magis de iure Canonico, illam a quocunque grauamine permittente, procedūt, secus de iure ciuili, quia non ita de facili illam admittit, Bartolus, & DD. in l.secunda,ff.de Appellation. l. ante sententiæ, C. quor. Appel.non recip. Tertiam vero speciē iudicialē nuncuparūt, q̄ vtrūq; ius, nisi expresse reperiatᵣ ꝓhibita,approbat,l.& i maioribus, C.de App.l.q restituere in verbo restituat ff. de rei vēd.Bal. in l.vnica, numero vndecimo, C. si de mom.

de mom. pos. su. app. vt latius infra tangam, Ac quod sustineatur, in dubio semp faciẽda est interpetratio, capitulo vt nostrum, & capitulo vt debitus, vbi Glos. in verbo rationabilis, de Appel. Archid. in capitulo primo, in verbo delatum, & in capitulo sine Iudice, eodem titulo, in sexto. Specu. in §. nunc dicamus quid sit, vers. circa hoc, eodem titulo, Bar. in l. prima, numero sexto, ff. nil. no. ap. pend. Vnde Leges, & constitutiones illam tollentes, aut suspendentes, vt odiosæ, restringendæ veniunt, Marant. de ord. Iud. vers. & quandoque appellatur, parte sexta, numero 367. Quartam & vltimam speciem illam esse asseruerũt, quam postiudicialem vocant, puta, ab excessu, executione, executore, & similibus, & bene finito iudicio, & in ipsius executionis actu (iure tamen assistente) canonicę, & Cęsareæ leges, illam approbant, l. ab executore. C. quorum app. non recip. capitulo quoad consultationem, vbi Canon. de re Iudicat. & ideo postiudicialis dicta, quia est actus extra, & post iudicium, in quo de iudicis iniquitate, nisi in excessu dici non potest, vt ibi Pręposi. Præ-
21 terea, quatuor quoque appellationum fore tempora, dixerunt DD. Primum infra quod appellare oporteat, vt puta decem dierũ. Auth. hodie. C. de Appe. Secundum tempus, infra quod Apostoli sunt petendi, l. iudicibus, C. eodem titulo: Tertium, introducendę appellationis spatium, de quo in l. secunda. C. de temp. App. Quartum, & vltimum, eiusdem appellationis finiendæ terminus, §. Sancimus, aut de Appel. ex cuius lapsu, vt in capitulo super desertione cau-
22 sarum subnectam, res iudicata oritur. Duoque vlterius appellatio continere debet, grauamen, a quo appellatur, & causam, propter quam grauamen impugnatur. Vital. in Clem. appellanti, numero vigesimo, de Appel. decil. 659 numero quinto, parte prima, diuers. Continetque in se, & substantialia,
23 & accidentalia, vt a minore ad maiorem prouocetur, cum talis eius sit natura, dato, quod sit maior quo ad alias qualitates, dummodo ratione authoritatis minor, quia retrogrado ordine ad minorem non datur, neque id suadet æquitas, nam si minor maioris factum corrigere posset, esset absurdum, capitulo cum inferior, de maior. & obed. capitulo secundo, vbi Glos. in verbo officiali de consue. in sexto. Bar. in l. prima. numero tertio, ff. de Appel. Maran. de ord. Iud. per sexto, vers. & quandoque appellatur, numero trigesimonono, Dec. in rubr. de Appell. numero quarto. Id tamen intellige, quo ad superiorem respectu administrationis, vel iurisdictionis, non autem dignitatis, nam si quis dignitate maior esset, sed minor, quoad administrationem, vel iurisdictionem, ab eius sententia ad maiorem administratorem, & dignitatem, erit appellandum, quia vnicuique vt iacet sua est iurisdictio conseruanda, Præpos. in rubr. de Appellatio. numero quarto. Hinc videmus Præsides, siue Prouinciarum Rectores ob maiorem populorum commoditatem, ac minores impensas, in Ciuitatibus, quibus præsunt, licet illarum Gubernatores forsan ipsius Pręsidis nobiliores sint, tamen quia illi ratione authoritatis concessæ subsunt, quotidie, & appellationum causas ab illorum sententijs, & alijs grauaminibus committere, ad Vicariorum instar, a quorum sententiis ad Præsides iam appellabatur, l. a proconsulibus, & l. præcipimus, vbi Salic. numero secundo, C. de iudic. Abb.
24 in rubrica de appellation. numero vndecimo. Vnde merito ad parem, seu ad eundem Iudicem appellare, etiam id dictante statuto, vel consuetudine ius prohibet, Gozzad. consilio septuagesimonono, numero vigesimonono, & consilio septuagesimotertio, numero vigesimoprimo, glos. & DD. in capitulo officialis, el secundo, in verbo officialis, de consuet. in sexto. Gemin. in consilio septuagesimotertio, numero secundo, & optime Corn. consilio vigesimo quinto, numero decimooctauo, volumine tertio, sunt namque præfati incompetentes, per Corne. consilio ducentesimoquadragesimoseptimo, numero octauo, & consilio octuagesimonono numero quarto, volumine primo, Roland. a Val. consil. quadragemooctauo, numero trigesimotertio, volumine secundo. Quare si interponitur a sententiis Prætoris, vel Gubernatoris appellatio, ad quosdam pedaneos Iudices, puta Cancellarios Communitatis, vel similes, quia non sunt Doctores, & valde minores, ea quia carent, mixto imperio, seu mixti Imperii potestate, sunt inualidę, ita dixit. Bartolus in l. eos, in princip. C. de appellatione, & in l. quinta, §. solet. ff. quãd. app. sit, faciunt notata in l. prima. ff. qui & a quib. &c. Specu. in titulo de appel. §. nunc tractemus in princ. Canon. in capitulo cum dilecti, el tertio, de appel. Constituti autem sub minori Iudice, maiorem sentire debent prouidentiam, vt dixit Oldr. in consilio ducentesimosexto, numero tertio, tex. est in §. audiente, quoque maiora crimina, Aut de defens. Ciuit. Vnde officialis, a quo

non obstante tali asserta inhibitione, iure resistente concessa, vt abusus tollantur, ad vlteriora procedere poterit: nisi aliud ex priuilegio, de quo constare manifeste debet, eis indultum per Principem fuerit. Accidentalia vero, secundum Abb. loco citato numero secundo sunt, vt gradatim appelletur: quare cum ordo præfatus sit substantialis, sine ipso appellatio subsistere nequit, Abb. consilio septuagesimo secundo, numero secundo, circa med. volumi-
25 ne secundo. Duos etiam appellatio effectus parit, nempe suspensiuum, & deuolutiuum, quamuis non semper suspensiuũ, vt dixi in Commissione appellat. ab oblig. in forma Camerali, & de censuris alibi ad text. in capitulo pastoralis. §. is cui, de sent.
26 excom. vbi Abbas numero quinto. Triplex autem est effectus suspensiuus: Primus, vt de præsenti, respectu tamen futuri pronunciatum suspendat, vt lat. Dec. in rub. de app. numero quinto, ac iudicis, quo iurisdictionem, eo magis si ad Papam appelletur, siue quando Sancta sedes Catholica, & Apostolica petitur, nam sufficit talis itineris arreptio, ad hoc, vt quis sub Sedis Apostolicæ protectione sit, & censeatur, decisio. decimatertia, de App. in nou. Bellam. deci. 719. capitulo cum causam vbi Abb. numero tertio, de re iud. Cresc. decisione octaua, numero quarto, de Appel. quare nil interim in partibus cõtra eum nouandum venit, Abb. in capitulo vt debitus numero decimonono, de App. at si versamur in appellatione per Procuratorem interposita, nisi de illius mandato, ac intimatione speciali facta appellato constet, appellatum dici non poterit, neque per consequens causę deuolutionem ad curiã operabitur, non obstante decisio. decimaoctaua, de appell. in nou. quæ pluries reprobata fuit, Bellam. decis. quinquagesimaoctaua, Thom. Fast. decisio. trigesimaquinta. Achil. decisio. nona, de App. Idemque censendum erit de procuratore cum inualido mandato appellante, quia data etiam post appellationem interpositam superuenientia mandati sufficientis, non conualidatur appellatio. Achil. decisio. decima, de appel. Rom. consilio 496. Felinus in capitulo cum ex officij, de præscrip. quãuis procurator ad defendendum in causa, & causis motis, valeat appellare, licet non prosequi appellationis causam, etiam si in mandato procuræ adesset clausula cum libera administratione, Put. decisione 36. de Appella. Secundus effectus est, vt Iudex à quo in illa causa etiam iurisdictionem ambiguam relinquat, ibid. Abb. numero quarto. Tertius est, præsumptionẽ quæ, pro sententia erat, in suspenso, desinit, vt Dec. in d. rubrica numero secundo, licet circa hoc multa dicenda venirent, tamen quia DD. late id tractant in dicta rubrica, ad illos te re-
27 mitto. Et ideo deuolutiuum operatur effectum, quia ad superiorem causam deuoluit, ca. cum contingat de officio delegati, capitulo cum ad sedem, vbi Canon. de rest.
28 spol. capitulo bonę, el primo, de elect. Quod tamen limita non procedere in causa nullitatis, & restitutionis in integrum, quia ipsis, aut ipsarum aliqua pendente iusta sententia præsumitur, Imol. in dicto capitulo quoniam contra columna nona, numero vigesimoseptimo, de prob. Card. in capitulo expositum, de arbit. Pręposi. loco citato numero septuagesimo, dicens ibi numero sexagesimonono, Quod quando causa ad
29 vnum erit deuoluta, non potest ad alium appellare. Vlterius, ad appellationis validitatem decem cõcurrere debent, sec. Rom. consilio 501. numero primo, Butr. in capitulo vt debitus, de app. & Archid. in capitulo non ita, numero vndecimo, quęstione sexta: quorum Primum erit, causa grauaminis aut illati, aut comminati: Secundum quod grauamẽ legitimum sit: Tertiũ quod causa sit vera: Quartũ quod fuerit expressa: Quintũ quod exceptio, siue petitio admissa non fuerit: Sextũ, quod ideo appellatum, quia non admittebatur: Septimũ, vt appellatio sit in scriptis redacta: Octauũ, quod Apostoli petantur, alias commissio ante sententiam data esset nulla, Bellam. decis. centesima, circa med. Nonũ, quod si appellatus hoc petierit, veniat appellans instructus: Decimũ, & vltimũ, vt infra decem dies, a die latæ sententiæ appellationis vox emittatur, Spec. in rubrica de Appellatione, numero primo, capitulo cordi, eodem
30 titulo in sexto. Nam si post decem dies, etiã de consensu partium interponatur, non erit valida, Felinus in capitulo quoad consultationem numero trigesimoseptimo, de re iudicata. Guid. Pap. in tract. de appel. quęstione centesima decimaquarta, Lancell. de attent. appellatione pendente, limit. quinquagesima, numero septuagesimo secundo. Vbi numero centesimodecimoquinto, & centesimoseptuagesimoquinto, ponit, quando post decem dies possit appellare, ob id appellatum probare sat non erit, nisi in termino decẽ dierum interpositã appellationẽ fuisse probetur: quare ad lites euitandas, multoties hora, in qua fuit interposita

Apponitur, per practicas Felinus in capitulo quo ad consultationem, numero vigesimo quinto, & vigesimosexto de sent. & re iudicata: quamuis prius numero vigesimotertio dicat, etiã post decẽ dies appellari posse a sententia inferẽte quotidie nouũ grauamẽ ac multis alijs casibus, quos ibi vide. Et circa id, quod quarto loco de causæ expressione necessaria dixi facienda, declara non proce-
31 dere, quando iniquitas interlocutoriæ ex iuris allegationibus detegeretur, nam cũ ex ipsomet tenore ac interlocutoriæ lectura id detegatur, & constet ex actis, appareatque probatio probata, non erit aliud necessariũ, quia eo casu satẽrit dicere appello decis. 25 numero quarto, vers. alia additio dic. circa numerum tertiũ, de appel in nou. But. in d. Clem. appellanti, in secunda Glos. eod. tit. Secus autem si ex facti allegationibus veniret iniquitas detegenda, ita tamen, quod sit facti, vel iuris, nam tunc intrarent, quæ dixi de causæ expressione, vt in d. decis. numero quarto, & quinto. Et dum dixi vltimo loco, quod infra decem dies, appellari debeat, scias, quod in sententijs diffinitiuis, eis latis, vel lata, tot solemnitates non requirantur,
32 Sed simpliciter sufficit dicere appello incontinenti. Imol. in rub. de app. numeo vigesimoseptimo, alias non valeret ex interuallo, ita dicere licet per Iudicem admissa esset, decisio. 54 de app. in nou. Achil. decis. secunda, eodem titulo. Corn. cons. 136. numero quinto, volumine quarto, capitulo vt debitas de app. capitulo cordi, eodem titulo in sexto, Glo. in Aut. habita ne fil. pro patr. Bar. in l. secunda vers. quod quero, ff. de appel.
33 recip. Sed debet in termino decem dierum, in scriptis appellare, & illam in scriptis redigi curare, Franc. in capit. vt debitus, columna secunda, de app. licet secus in interlocutoria, Put. decis. 104. parte secunda, Etiam ex
34 interuallo. Vnde videmus in praxi appellari voce, & postea dari cedulas appellationis alijs diebus, dummodo infra decem dies immediate sequentes, Aut. hodie C. de appel. Ias. in l. quæ supplicatio nũmero octauo, la-
35 te, C. de prec. imp. offer. Quod declara nõ procedere, quando quis ex causa notoria, vel probabili absens, siue impeditus fuit, nã tunc infra decem dies a die, quo sententiæ notitiam habuit, appellare poterit, l. ab eo C. quo. & quand. Iud. Idque limita, & declara non procedere in vero contumace in non comparendo, Bellam. decisio 371. Et
36 dum dixi sufficere, si dicatur eodem instanti appello, declara verum esse, quatenus in actis notetur, nam quando appellatur a sententia, quæ statim lata fuit; satis a quo lata, contra quem, & qua de causa, dignoscitur, sicque nihil refert, an exprimantur requisita in appellatione, quia cum recens sententia sit, nota omnibus præsumitur. Spec. in §. primo numero septimo, de appellatio. capitulo litigantibus, secunda quæstione sexta, l. finali, ff. eodem capitulo cordi. eo-
37 dem titulo. Appellationi finis multis modis esse potest. Primo renunciatione, non solum tacita, verum etiam per comparitionem coram Iudice a quo; ac per renunciationem expressam, quando transactione mediante a lite receditur: aut quando de non appellando pactum erit: vel quando fit obligatio de stando vnicæ sententiæ, sicut in Rota. Præterea secundo morte appellantis, quando versamur in causa Criminali, & pena corporali, quia delicta ordinariè morte extinguuntur, licet multoties contra cadauera, & bona condẽnatorũ exequatũs. Tertio mediante desertione, ob fatalium lapsum, vt late per Franc. in capitulo personas, numero tertio, glosa secunda, de appel. Lancel. de attent. app. pend. capitulo duodecimo, a numero decimoquarto, vsque
38 ad num. septuagesimumnonum. Quando autem appellationi iudex à quo defert, illi renunciare partes nequeunt, decisio. quadragesimanona, de Appellat. in nou. at si iudex (vt fieri solet) illi, si, & in quantum deferat, ista conditio non videtur facere aliquam suspensionem, sed habet in se latentem veritatem, quia si rationabilis reperitur, eam admittit, & quatenus de iure; pro admissa habetur, at si irrationabilis apparebit, secus erit, Felinus in capitulo, cum contingat numero decimotertio, de officio delegati, qui è conuerso ibi tangit quæstionem, quando iudex dicit, non admisit, nisi si, & in quantum;
39 quem videas, cum congestis. Itaque non solum lata sententia, verum etiam ante, si grauamen afferatur, appellare poterit, tam iudicialiter, quam extraiudicialiter, l. quis restituere ff. de rei vẽdicatione; Abb. in capitulo cum sit Romana, numero decimooctauo, & Franc. in capitulo bonæ
40 memoriæ, de Appellation. Ac ad Papam seu sanctam Sedem Apostolicam, a cuius uis iudicis sententia, quatenus illi subsit, etiam omisso medio, appellari valet. Abbas in capitulo cum venissent, numero decimotertio, de eo qui mit. in poss. At si ad Papam a sententia iudicis alterius Domini secularis prouocari contingat, ius prohibet in prophanis, & tẽporalibus causis, qa cũ sint iu-

risdictiones distinctæ, alter de pertinentibus ad illam, non potest cognoscere, quod sec. Dec. in c. si duobus, nu. 5. de App. fallit in arduis, & dubijs iuris articulis, quia ad Papam, si notoria sit iniquitas, vel iniustitia, appellatur, vt etiam si a laicis recurratur ad Papã. cognita qualitate, ac natura causæ, vel causarum, interdum vel in Rom. Cur. vel extra eam in partibus (vt dicam) demandantur. Et quando in Curia, in sacro Concistorio Papę, publico, Sacro Cardinalium collegio coadunato, per Cancellariam, vel per audientiam contradictarum inducantur, ponit decis. 22. de Iud. in Antiq. Archid. in cap. cu-
41 pientes, super verbo interposita de elect. in 6. Sed animaduertendum in rescribẽdo erit, quod persona eligenda, & cui demandatur
42 causa, nota sit, maxime, si lis fuerit magnæ importantiæ, quia huiusmodi causæ arduę, difficiles, subtiles, & graues, (vt ita dicam) grossis, incognitis, & imperitis hominibus non demandantur, vt per Bal. in l. fi. nu. 37. C. de hęr. inst. Felin. in C. sciscitatus, nu. 10. prop. fin. vers. dixit, Bal. de rescrip. l. apertissimi, ibi secunda causa, C. de Iudic. Et licet
43 in cedula appellationis dicatur, prouocat, & appellat, tamen inter ista verba datur dif-
44 ferentia, quia ea appellatio est, quæ in iudicio fit, & iudicialiter, ac prouocatio illa, quæ extraiudicialiter interponitur, Vnde
45 quando versamur in odiosis, sub nomine appellationis non venit prouocatio extraiudicialis, Abb. in c. bonæ memoriæ, nu. 8. de App. Præterea stricte loquendo, illa dicitur appellatio, quæ fit in iudicio, & prouocatio extra iudicium. Rursus, si contingat termino lapso in iudicio appellare, denegaretur audientia super eo, de quo appellauit, & talis appellatio extra iudicium non poterit proprie appellatio nuncupari, sed ad causam prouocatio, quare vt alio iure se iuuet appellans, nequit impediri, nempe prouocando, Innoc. in ca. cum sit Romana, nu. 1. de App. Sed per huiusmodi appellationem extraiudicialem, quod ante in iudicio factũ est, non cessat, neque eius executio, vel effectus impeditur, sicuti quando iudicialiter prouocatur, quia tunc, & sententiam, & effectum suspendit, Inno. in c. constitutus, nu. 3. de App. quamuis bene illa, quæ post eam, licet extraiudicialiter fiant, impediat, nisi sint de dependentibus a præcedẽtibus, quia sicut talis appellatio non impedit præcedentia, ita nec subsequentia, vt ibi Inn. num. 4. Et si forte contingat alternatiue appellare,
46 puta ad talem, vel talem effectum, appellatio de iure Canonico erit inualida, Glos. in cap. is cui de offic. deleg. in 6. vbi Io. And. in nou. Spec. de App. §. nunc tractemus, vers. quod si dicatur. Et an a sententia conditionali sit appellandum infra decem dies, vide
47 Abb. in capi. præterea, el 2. num. 8. de App. tenentem contra Innoc. Vlterius appellare, & supplicare inter se differunt, Ias. in l. si quis aduersus, numero primo, C. eodem titulo.
48 Nam supplicatio est pręcum porrectio, quę
49 fit Principi, Et appellatio illa, quæ coram Iudice ordinario interponitur. Vnde bene in commissionibus apponuntur illa verba,
50 a qua infra legitima tempora ad S. V. fuit appellatum, &c. idest coram Iudice a quo, & deinde subnectuntur alia verba supplicat humiliter S. V. idem Orator, &c. Quia
51 verbum supplicatur, latissime pro qualibet præcum porrectione accipitur. At si strictè eius efficaciam ponderare velimus, dicenda supplicatio in facto nostro venit, quædam Principis benignitas, per quam omnia male gesta retractantur, & sic appellationi ęquiparatur, Abb. in capitulo ex literis numero sexto, de rest. spol. qui, multa ibi super verbo supplicare congerit, Rol.
52 a valle, consilio nonagesimoquarto, numero quarto, volumine primo, In alio etiam appellare, & supplicare differunt, quia appellatio iuri communi innititur, & supplicatio gratiæ Principis, Parisius consilio centesimo decimooctauo, numero quarto, & quinto, volumine primo, Boss. prac. crim. de querel. cont. sent. numero
53 quinto, Natt. consilio centesimoseptuagesimosecundo, numero primo, Mars. sing. 647. Immo prohibens statutum Generale appellationem, non prohibet supplicationem, Ruinus consilio centesimo quinquagesimo septimo, numero decimo quinto, volumine quinto, Dec. consilio 533. numero secundo, Ceph. consilio centesimosexagesimo tertio, numero sexto, volumine secundo, & late has differentias connumerat Bellam. in capitulo ex literis, a numero sexto, ad numerum 9. de in integ. rest. Contar. l. vnica, q. 8. numero septimo, & seq. C. si de mom. posses. & ideo dixi statutũ generale, quia a statuto in particularis personæ odio facto, appellare potest, Dec. in capitulo cum omnes, numero quinto, de constit. Et si non appellat, valebit reclamare infra annum, quia reputatur pręceptum, vt ibi late Dec. in secunda lect. numero sexto. Diffe-
54 runt etiam appellare, & supplicare in alio, quia appellatione pendente (vt dixi, & infra dicam in Commissione de attentatis latius) nil nouandũ venit, pẽdente autẽ

suppli-

supplicatione, sententia exequutioni demã datur; glo. in dicto cap. ex litteris, in verbo supplicauit. Et differunt quoque, quia tempus ad appellandum spatio decem dierum finitur, quod non potest iudex abbreuiare, nec prorogare, cap. ex ratione de appellat. Cap. Tholos. decis.426. Idque tamen intellige non procedere, quo ad tempus finiendæ appellationis causam, quod est vnius anni, vel biennij Clem. sicut de appellat. nisi ex magna ratione, vt puta scandali, quæ celeritatem desiderãt, & similium, vt ibi Aufr. ad Cap. Tholos. Sed ad supplicandum bien-
55 nium datur, vt ibi glo. Quamuis etiam pro specie appellationis recursus habeatur Dec. in Rubr. de appellat. num.13. Crot. consil. 179. numero sexto, volum.7. Cepol. consilio decimosexto, numero secundo Rota Lucen. decis. 27. num. 42. Borgn. caualc. de-
56 cis.5. num.27. Vnde, ne pendente tali supplicatione, quando veniunt commissiones in Signatura proponendæ, vel discutiendæ, dummodo in posse R. P. D. Referendarij, ad proponendũ electi sint, ne interim stante recursu ad supremissimũ Signaturę Tribunal. fiat exequutio, vel nouetur, eo quia talis precum, vel commissionis porrectio, nec litis pendentiam inducunt, neque latã sententiam, donec Princeps rescribat stat in suspẽso, ad euitandam attẽtatorum disputationem, vt per Aufr. ad Cap. Tholos. decisio 479. circa med. Puta in Signatura gratiæ Illustris. Cardinalis, qui habet Signaturam
57 per concessum, Sin vero Iustitiæ, Illustris. Præfectus, dant supersessorium, prius formatam per Referendarium, qui propositurus est commissionem, directam iudici a quo, vel alteri exequi debenti, vt tradit Ias. in l.1. num.1. C. de bon. poss. sec. Tabu. & vt dixi in cap. de offic. Reg. cancel. Et verbum
58 supplicatio dupliciter sumi potest, secundũ Pręposi. in cap. ex ratione columna pen. de appellat. Vno modo pro qualibet gratiosa impetratione, per quam aduersus sententiã, vel eius confessionem, ex Principis gratia, quis auditur, licet audiri non deberet, cap. cum ex litteris, & c. ex litteris, de in integr. restitu. & iste primus modus latas habenas habet, quas Principi concedere, vel laxare
59 placet, Secundo modo capitur verbum supplicatio propriè, & strictè pro remedio, vt vbi ex priuilegio, siue prærogatiua iudicantis non potest appellari, puta a Papa, Imperatore, Rege, Magno Etruriæ Duce, & alijs Principibus, tunc per supplicationem Principi porrectam, parti, contra quam lata est sententia, consulitur, l. si quis, & Auth. quæ supplicatio, C. de prec. Imper. offer. Tamẽ
60 quando est a iure communi quis ab appellationis beneficio exclusus, puta ex regula, quod tertio prouocare non liceat, tunc neque supplicare licebit, l. vnica, C. ne lic. tert. prou. Et idem erit, si appellationi renunciatum sit, vel ex ipsa causæ qualitate.
61 Nam lex talem supplicationẽ adeo abhorret, in casibus præmissis, & similibus (vt dixi) quod de illius iniquitate dicere, seu de illis cõqueri, vlterius nõ permittit, Clem. vt calumnijs de re iud. Debetque autem tunc excludi imploratio veniæ proprij erroris, vel
62 misericordiæ. Quod cessat, si deducitur aliquis aduersarij, vel iudicis dolus, Salic. & Castr. in d. l. si quis, C. de prec. Imper. offer.
63 Spec. in tit. de appel. §. 2. Et ideo, quando gratiam sapiunt, vel eius mixturam, aut aliquam æquitatem, ac supremam authoritatem requirunt, supplicationes coram S. D. N. vel alio Principe proponũtur, quia nequeunt de hoc Domini Referẽdarij, vel inferiores iudicare, vti de remedio gratioso, vt per Bal. in dicta l. si quis, vbi subdit tales supplicationes, donec ex Principis rescripto perfectæ non sint, litis pendentiã nõ in-
64 ducere. Appellare quoq; ab oĩbus iudicib. siue ordinarijs, siue delegatis a iure permissum est, & a nemine prohibitum, quia appellatio (vt dixi) remedium est oppressorum, cap. omnes, & cap. ad Romanam 11. quæst.6. Specul. in tit. de appellat. §. nunc videndum, in princip. capi. cum specialis, §. porro eodem titulo, Socin. consil. 165. columna tertia, volum. 2. Maran. vbi supra, nu-
65 mero 247. Stat tamen in appellantis arbitrio, & sic victi, non tñ appellati, seu Victoris sibi superiorem, ad quem appellare velit eligere, vnde si appellans a sententia ordinarij, prouocet ad Archiepiscopum Metropolitanum, nõ potest dicere appellatus, volo, quod tu prouoces ad Papam, quia cũ nõ sit grauatus non auditur, dicto cap. vt debitus de appellat. Innoc. in capit. si duobus, eodem titulo, iudicem vero eligere, ad appellantem pertinet, vt per Bellam. dec.479.
66 Processus de partibus, ceu oẽs fore nullos testatur, Bellamer. decis. 74 Et iudex ad quem, iudicis a quo successor est, eiusque locum intrare dicunt, in causa, immo superiorem illius, cui succedit esse, asseruere Pręposi. in Rub. de appellat. num.76. & Bal. ibidem, versic. Nam iudex appellationis, l. cum apud, circa fin. ff. iud. sol. Sed declara in ijs, q̃ coram secundo iudice deducuntur, vel agitantur a iudicio illo dependentibus, quãuis quo ad deducta in primo officio, nullam iurisdi-

iurisdictionem habeat, in causa appellationis sibi demandatæ, Put. decis. 184. num. 4.
67 & quinto, parte secunda. Vnde potest reformare, & reuocare sententiam iudicis a quo, si opus fuerit, vel supplere, latè Abb. in cap. causam de re iud. & in cap. cum Ioãnes de fid. instr. & in Rubr. de appel. num. 8.
68 Et ob id bene, vel male appellatum fore, pronunciare tenetur, sicut etiam iuridicè in praxi seruatur, nam sub illis verbis continentur verba condemno, vel absoluo, glo. in l. eos vbi Bart. & Bald. C. de appell. Imol. in cap. Raynutius de testam. Sed Præposit. in rubr. de appel. num. 83. iudici consilium dat, quod post verba bene, vel male appellatum subdat alia verba, idest cõdemno, vel
69 absoluo. At quando confirmatur prædicta sententia, eo quia fuit bene iudicatum, tunc ex secunda sententia oritur actio, non ex prima, ideo secundus iudex debet facere exe-
70 quutionẽ, & ita seruat Romanę Curię, stilus. Cassad. decis. 13. numero tertio, de re-
71 script. Subdens ibi quod in expensis semper condemnare solet: Fallit tamen quando
72 agitur super nullitate, quia vltra verba bene, vel male appellatum de nullitate mentio facienda est, Bar. in l. si expressim, nu. 13. & seq. & in l. si ex consensu, num. 3. ff. de appellat. Imol. num. 2. & Ang. in l. fin. ff. de re iud. vt bene ampliat, limitat, & declarat Dec. in d. rub. de appell. numero 12. & 13. quem ad hũc propositũ, si libet videas. Supradicta vero limita non procedere in appellatione condictionali, verbi gratia, dico sententiam nullam, & si qua est appello, qa tunc super vtroq; pronunciare necesse erit, nam stante condictionali appellatione, nisi condictione purificata, scilicet nullitatis, ad eam deueniri non potest, vt ibi in d. rubr. de appellat. Bald. & Præpos. num. 84. quos vi-
73 dere poteris. Nullam sententiam dicens, & si qua est, appello, nihilominus facit, qđ causa appellationis sit principalis, & non veniat incidenter, vnde causa appellationis, & nullitatis, quæ cum ea coniungitur, veniunt committendæ insimul Franc. in cap. dile-
74 cti, quæst. 6. de appell. Put. decis. 177. numero primo, & secundo, parte prima. Propter metum non appellans, an & quando pro appellãte habeatur, latè meminit Abb. in cap. fin. numero primo, de appellat. Si iudex delegatus competẽtem se pronunciet, & pars non appellat, non potest amplius defectum iurisdictionis opponere, Imol. in capit. pastoralis, numero 10. & 13. de rescrip. nam ab ista pronuncia datur appellatio, in qua tacite procedendo ad vlteriora, vel expressè, iudicem se competentem dicit, vt per eundem Imol. in cap. significante V. nume-
75 ro tertio, eodem titulo. Non valet appellans renũciare appellationi, nisi quatenus talis renunciatio ad sui fauorem tendat. Sed quando id facere, vel non facere possit, latè tractat Fel. in cap. ex parte, numero quin-
76 to, & seq. de rescript. Dumque supradixi, quod appellationi renunciatum censeatur comparendo coram iudice a quo, id intellige verum, si simpliciter id faciat. Secus si
77 protestetur nolle per talem comparitionẽ appellationi renunciare, neque coram eo, vti incompetente comparere, vel consentire, Abb. in cap. sollicitudinem, numero 4.
78 de appellat. Effectus vero talis protestationis erit, quod vti contumax deinceps condemnari non valebit. Sed in tali protestatione omnino debent addi verba, nisi si, & quatenus de iure teneatur comparere, nõ alias, aliter, nec alio modo, vt per Abb. in cap. cũ
79 M. Ferrariensis, numero secũdo, vbi Doct. de constit. Hac sumpta occasione finaliter subnectam in hoc capitulo primo, quod de iure canonico, qñ Iudex vnde viuat, habet, sportulas petere nequit: Secus autem de iure Cæsareo, vt latè per eundem Abb. qui materiam tractat, in cap. cum ab omni numero decimo, & seq. de vit. & honest. clericor. Quamuis id prius reperiatur de iure Authenticorum cautum. In tit. vt iud. sine quoque suffra. §. scriptum est, vbi iudices salariatos accipere prohibet Imperator. Quod pariter hodie exequi S. D. N. Papa Clemens Octauus, per iudices criminales Rom. Curiæ, illis abunde mercede assignata, sanctissimæ sanxit.

SVMMARIVM.

1 *Appellare nequit non grauatus.*
2 *Commissio expedita ante interpositam appellationem, est nulla.*
3 *Appellationem, siue commissionem præcessisse, quid dicendum.*
4 *Non appellare, & infra debitum tempus non prouocare, idem est.*
5 *Appellatio est de ordinatorijs iudicij.*
6 *Appellatione pendente, quiescit iudicis officium.*
7 *Vsurarum causæ, quando in Rom. Curia, & quando in partibus tractantur.*
8 *Vsurariæ causæ cognitio, quando sit fori Ecclesiastici.*
9 *Vsuraria causa dubia, per Ecclesiasticum cognoscenda.*
10 *Vsuraria causa connexa cum profana pariter erit iudicis Ecclesiastici.*

Vsu-

De

De Commiss. appellattionis super diuersis capitibus.

1 I per sententiam, vel alias, quis grauatus non fuerit, appellare non potest, Bald. in l. post sententiam, nu. 8. C. de sent. & interl. omn. iud. Dec. post alios in cap. si duobus in princip. versic. Dictum tamen, de appellat. Vnde grauamine cessante, appellatio redditur inualida, nulla, ac frustratoria, neque causam deuoluit, Borgn. Caualc. decis. 7. cũ ibi addit. num. 5. cap. cum cessante, de appellat. Tiraq. de caus. cessan. parte prima, numero tertio. Ac multoties solet euenire, quod impetratur commissio, absque eo, quod fuerit interposita appellatio, vel qd' de illa in actis constet nihilominus pars appellata iuxta tenorem c. oblatę, de appel. de quo diximus, & dec. 16. eo. tit. in nou. cõmissionem appellationis expediri curat, ac pręsentata in actis ad ulteriora, male appellatum, & bene iudicatum pronunciando procedi instat, & quamquam gesta ad sui fauorem confirmentur, & in hoc maximum sibi faciat praeiudiciũ, quia si non cõstat de appellatione, lis est finita, adest res iudicata, vel causa remanet deserta: Quare (vt dixi) procedendo, fateri videtur in forma, ac tempore debito aduersarium appellasse, & adeo sibi praeiudicat, quod Auditor Rotae, siue iudex, sine alia appellationis probatione pronunciare poterit, vt per Bellam. decis. 684. Capel. Tholos. decis. 223. Multo-
2 ties autem procuratores, vt diligentes appareant, licet ignari postea detegantur, in cautela, & tempore abundare satagentes, ante latam sententiam, vel appellatione nõdum interposita, commissionẽ expediri curant, quae ipso fuerit nulla. Ratio est, quia ad futuram appellationem interponendam extendi non possunt, cap. nonnulli de rescript. Quod pariter procedit, etiam si esset
3 eius interpositio dubia. Quid vero dicendum erit, si eodem die, quo appellatio interposita fuit, etiam reperiatur commissio expedita, & pars appellata commissionem praecessisse asserat? Circa quod ĩ dubio, vt appellatio sustineatur, pręsumẽdum venit, & si cõtra cõmissionem excepit, ipsi asserenti onus probandi incũbit, Bellam. dec. 100. cũ latè congestis. Curent, itaque procuratores debito tempore, summa diligentia, &
4 iuridicè appellare. Nam non appellare, infra tempus a iure statutum, & minus legitimè appellare, idem est, Iacob. Domaud. in tract. Enchir. par. in verbo facere insufficiẽter, & in verbo appellare frustra, cap. non so-
5 lum, & cap. Romana de appellat. Appellatio autem est de ordinatorijs iudicij, vnde rei forum seruandum esse tradit, Achil. de-
6 cis. 10. de appellat. Appellatione pendente, quiescit officium iudicis, vti etiam pendente dilatione, Gabr. de dilat. conclusione prima, l. siue pars, C. de dilat. Causae vsurarum,
7 quia animae interesse concernunt, & sic spiritualitatẽ sapiunt, Doct. in capit. cum si de for. comp. si sint magni momẽti, in Romana Curia demandari possunt, licet difficiliter in prima instantia, obstante Sacro Concilio Tridentino, cap. 22. sess. 24. Propter probationes, quae in partibus faciendae veniunt. At vero quando pauci sunt momẽti, in partibus Ordinario, aut alteri bene viso committuntur, dummodo in Ecclesiastica dignitate constituti, iuxta, cap. statutum de rescript. in sexto. Et quando in Curia demandantur, dirigitur commissio Vicario
8 siue Aud. Cam. Tuncque causae vsurariae, cognitio ad Ecclesiasticum Iudicem spectãt, vel quando manifestè vsuraria, vel dubia est in iure, non autem in facto Bart. in l. quoties, ff. de iudic. Lap. alleg 36. per totũ, & alleg. 70. num. 2. de communi Rol. a Val. cons. 75. numero 37. libro primo, latè Rimin. iun. cons. 218. num. 27. volumine secundo, Bursat. cons. 90. num. 27. volum. 1. Ias. cons. 153. num. 3. versic. Quia iste articu-
9 lus volu. 4. Quod procedit etiam si esset dubium de qualitate causae, & an per Ecclesiasticum Iudicẽ, siue per laicum cognosci debeat, quia illo casu causa erit Ecclesiastici, Socin. in cap. si Clericus, colum. 6. versic. Prima opinio fuit, & colum. seq. versic. Tertia opinio, de for. comp. Dato etiam quod
10 adesset connexitas, & sic non esset separandum iudicium, quia tunc omnia iudici Ecclesiastico, vti digniori venirent remittẽda, Soci. cons. 12. num. 17. & per totum, volumine primo. Socin. iun. cons. 34. numero secundo, volumine secundo, Felin. in cap. 1. numero 6. versic. ac D. Antonius de Prato veteri, de praescri. Ferret caut. 10. Rim. iun. consilio 202. numero duodecimo, & seq.
11 volumine secundo. Licet etiam secundũ aliquos sola vsurariae prauitatis allegatio sufficiat, ad hoc vt de illa Ecclesiasticus cognoscat, Rol. dicto cons. num. 37. Rimin. vbi supra, cons. 218. num. 26. & 27. volumine se-
12 cundo. Quod limita, nisi sit quaestio inter Iudaeos, vel infideles, quia tunc iudex laicus

de

de his, quæ foris sunt cognoscere debet cũ nil ad Ecclesiasticũ pertineat, quia non sunt de grege, vel ouili. Ancher. in cap. ea quæ quæst. 5. de reg. iur. in 6. Rol. loco citato, numero 36. Committitur multoties causa cũ
13 clausula, constito de assertis, & ista clausula adeo conditionem facit, quod nisi prius purificetur conditio, procedere iudex nõ valet: nec ante illius purificationem potest iudex dici, & quatenus non sonarent in cõditionem, prout verè sonant, tradunt formam in procedendo, quæ si exacta diligentia non seruatur, reddit processum nullum.
14 Et quando plura narrantur in commissione omnia vigore dictæ clausulæ probanda veniunt, nec aliqua probare sufficiunt, vt late Paris. consilio 45. a numero quinto, vsq; ad numerum nonum, volum. 4. Bellam. decis. 4. Circa med. Ancher. cons. 297. circa
15 medium. Quando, maximè diues cum paupere causam agere uelit in Curia, siue illũ ad eam trahere, expensas subministrare debere dixit Ang. consilio 245. numero quinto, omnimodè, ea motus ratione, quia possidens, si habet commodum, & aduersarius collitigans ius, damnum expectatum pati debet, ad instar filij nati, vel nasciturі, quia sicut tunc ventri ex causa inopię subministrantur expensæ, l. 1. in princip. ff. de vent. inst. l. Sed & si, §. an autem, ff. de carb. edict. Ita ẽt pauperi collitiganti, qui poterit rei illius, de qua agitur, dominium consequi, sicque quãdo contra prærogatiuas paupertatis vult in Curia diues agere contra pauperem, expensatum incommodo grauari debet, ne pauper iura sua deserere cogatur. Quod tam in clericis, maximè Monachis, qui nihi proprij possident, quam in laicis locum habet, & ideo necessaria, pro oneribus litium, sunt eis subministrandæ, quæ donata dicuntur, l. rem legatam, ff. de alimen. leg. cap. per tuam de donat. Et quod diues, quando pauper non habet, vnde viuat, tale onus subire cogatur, est decis. Cresc. 7. Et 8. de iud. Et licet pauper succumbat, tamen quia per appellationẽ, interdum ei grauato, primam sententiam reuocando per iudicem, ad quẽ succurri poterit in alijs instantijs, & tota cau
16 sa durante subministrandæ veniunt. Datur autem sæpissimè præcisè clausula præfata subministratis alimentis, & sumptibus litis arbitrio Rotæ, vel arbitrio Rotæ taxandis, de quibus nonnulla dixi in commit. ap. pellat. in caus. aliment. capitulo secundo, num. 27. & sequẽt. interdum, & aliquando prout de iure. Sed in hoc prius alimenta decernentur, & deinde sumptus litis, quia alimenta sunt separata, & ex eis viuitur: Ideo,
17 ne venter dilationem patiatur, prius debentur, Cum aliud sit alimenta aliud expensas litis habere Abb. & Felin. in cap. ex parte, numero quarto, & nono, de accusat. Veral. decis. 340. numero primo, & secundo, parte prima, & maximè concedi solet præfata clausula, si vir. vxorem trahere valet in Rom. Cur. ad litigandum, ex Concilij Tridentini dispositione, sess. 24. cap. causæ omnes, alias extra propriam prouinciam illam exhibit ad litigandum, & vltra præmissa matrimoniales causæ multa habent priuilegia relata per Abb. in capitulo primo, & se
18 cundo, vt lite, non cont. Operatur, namq; illud verbum, arbitrio Rotæ, etiam si subnectatur taxandis, quod Auditori, vel alteri iudici causæ, talis declaratio, siue taxatio, sit respectu quantitatis remissa, quia iam sic rescribendo, illas deberi Signatura declarauit: sed considerare causas, qualitates, litigantiũ, statum, & posse, ac alias circumstantias maturè, & per consequens quantitatem arbitrari iudici causę remisit, quia Signatura nõ
19 iudicat, bene quando ille, qui eas præbere debet, excessum in liquidando, aut se grauatum diceret, eo casu solet illas reducere, & moderare: Sed quando simpliciter arbitrio assignantur, etiamsi Rotæ fuerit rescriptum cum clausula constito de bono iure, qa clausula arbitrio Rotæ intelligitur, prout de iure, & de iure sit quod vnus quisquis ali
20 mentetur, nihilominus ius non patitur, qñ iniuste ad iudiciũ trahere, vel vexare me in tẽdis, alimenta tibi collitiganti pstare debeã meismet telis vulnera mihi inferendo, quare merito illa verba arbitrio Rotæ, prout de iure intelligenda veniunt, Cæs. de Grafs. decis. 8. num. 2. de sent. & re iud. Multoties ẽt
21 ponuntur, & petuntur expensæ reseruati in fine litis, tam in causis beneficialibus, quã profanis, & quando id conceditur, vt plurimum additur clausula, constito de paupertate, Vestr. vbi sup. lib. 7. cap. 1. nu. 8. Et licet dum agitur de sanatione nullitatis de iure clausula refectis expensis dari deberet, tamen praxis, & rectè meo iudicio, quotidiè contrarium seruat ex prærogatiuis paupertatis, quia pauper, qui tunc eas restituere non valet, bonum ius habens, causam deserere coactus forsan erit, ob id istis consideratis, de stilo Curię ita fieri semper vidi, & ideo necessario clausula est apponenda, quia absque ea cum de iure in pœnam illius, qui deliquit in causa committẽda nullitatis expensæ sint reficiendæ nisi eas soluet, audiri minimè poterit. Put. dec. 72. numero

mero 23. libro tertio, Alex. conf. 181. numero 14. lib. 6. & conf. 701. colum. 2. volumine secundo, Dec. & Felin. in cap. in litteris de offic. delegat. vti latius dixi infra in commissione restit. in integr. quam occurrente casu videre ne graueris. Sicque tam in causis beneficialibus, quam profanis, solet dari commissio, aut simpliciter, aut addita clausula, data cautione, vel constito de bono iure, Vestr. vbi supra, lib. 7. cap. 1. nu-

22 mero octauo. Diues regulariter, quis præsumitur, nisi probetur pauper, l. si vero, § q pro rei, ff. qui satisd. cog. Tamen regula præfata non procedit, quando quis in pauperta-

23 te se fundat, quia cum paupertas vti qualitas extrinseca, siue actor, siue reus talis sit, qui suam in eo fundat intentionem, illam tenetur probare, Bal. in dicto §. qui pro rei, & in cap. in præsentia, num. 34. de probat. Alexand. conf. 37. num. 13. volum. 1. Felin. in cap. fi. num. 34 de probat. Et quomodo paupertas probanda sit, dixi in commiss. appellat. in causis alim. cap. 2. num. 26. & seq.

24 Appellatio interposita a denegata possessione, licet extraiudicialis, postquam causa est commissa, & parti legitimè intimata, facit, vt via exequutiua procedi non possit amplius in causa, quia iam naturam iudicialis appellationis assumpsit, Achil. deci. 3. de appellat. Mohed. decis. 107. Secus vero quã

25 do causa non fuit commissa. Confessio p principalem in articulis facta, non potest reuocari per procuratorem, Veral. decis. 192. parte prima, eo maximè si aderit tertij præiudicium, quia semel emissum volat irreparabile verbum, Mascard. de probat. conclusio. 1176. nu. 9. & seq. volum. 3. Sed confes-

26 sio ministrorũ Communitatis, quãdo nõ agitur de illa obliganda, obest Communitati, vt puta si Priores, vel deputati aliquid fateantur, Rom. conf. 352. nomero quarto, Mascard. de probat. conclus. 369. nu. 10. præcipuè si fuerit adminiculata, Tiraquel. in l. si vnquam, §. propositum nostrum, num. 69. C. de reuoc. donatio. Mascard. de probat. conclus. 357. libro tertio, Achil. decisione quinta, de confess. Mohedan. decis. 102. & 112. Et dicta adminiculatio in iudicio facta fuerit, Rom. consil. 38. numero septimo, Mascard. de probat. conclus. 370. numero tertio, eodem lib. Rot. diuers. decis. 396. lib. 2. sicut in simili videmus de productione facta in actis, quæ vim ratificationis habet, glo. in capitulo præsentium de testibus, Bart. in l. prima, numero vndecimo, C. de eden. Rot. decis. 3. de fide instrum. in nou. Iaf. in l. 1. §. additiones, num. 14. ff. de eden.

27 Grau. conf. 207. sub numero quinto. Sententia continens plura capitula separata, si in vno capitulo condemnat, in alio separato tacitam absolutionem non inducit, quando in condemnatione non adest illa dictio taxatiua, duntaxat, l. quid tamen in principio, ff. de recep. arbit. cap. cum inter vbi Fel. numero decimoquinto, versic. Fallit decimo, & num. 19. versic. Fallit quinto de sent. & re iud. At si capitula sint connexa, vel vnica summa integralis petitur, licet alii qui asserant in petitione plurium capitulorum non induci absolutionem, in reliquis, in condemnatione facta in parte, nisi adsit dictio præfata taxatiua, glos. 1. in l. 1. vbi Bald. numero tertio, C. si a dic rem iud. Tñ in summis, vel quantitatibus vnica summa petitis condemnatiõ in parte, parit absolutionẽ in residuo petito, l. si plures in princip. vbi glo. in verbo restituendi in fin. Vbi Bart. num. 3. versic. & glo. dicit, quod videtur liberatus, ff. de fideiuss. Cresc. decis. 12. de sent. & re iud. decis. Florent. 9. num. 9. Fel. loc. proxime citato, num. 14. versic. Sed restringe, & numero 27. versic. Fallit duode-

28 cimo, quando iudex. At in talibus sententijs considerari potest, an argumentum a contrario sensu intret, quando sententia est condemnatoria, seu confirmatoria, Roman. conf. 115. sub numero tertio, versic. Secunda, quia Iac. de Nigr. in repet. l. 1. numero 42. versic. Item in sententijs habet locum, ff. de offic. eius cui Mand. est iurisd. Rot. de appellat. in antiq. decis. 22. Iudex qui

29 secundum alicuius statuti tenorem, aut dispositionem pronunciare tenetur, si obscure pronunciauit, statuto non satisfacit, Asin. in sua praxi iud. §. 2. capitulo decimo

30 septimo, numero vigesimoquinto. Appellatur interdum a sententia lata puta, pro scutis 400. cupiens, qui appellat, vt Rotæ causa demandetur, quamuis non ascendat, ad summam 500. monetæ volunt cum illis 400. etiam fructus, & expensas numerare, ita vt omnibus in simul coadunatis 500. summam excedant. Sed commissio isto casu non est in Rota danda, quia cum fructus, & expensæ sint separatæ a sorte principali, eo quia multoties ab ista in negotio principali non appelletur, & ab illis ratione excessus sit appellatio permissa, vti diuersa non augent summam supradictam, ad præfatum effectum, & ita quotidiè practicatur. Sed an appellatio voce emissa eadem sit cum illa, quæ in scriptis interponitur postea, vel potius duo sint censendę? Et dic quod aut eodem contextu

in

interponitur, vnica appellatio erit: si vero ex interuallo, tunc duæ appellationes censentur, quamuis prima vice interposita voce appellatio, ad secundam in scriptis posteriorem deinde trahatur, Bald. in rubr. de appellat. versic. quæro cum duplex sit mo-
32 dus. Sed euenire poterit, quod plura iudex inferat grauamina, & semel ab vno, vel duabus appellatum sit, data, vt præmissi, cædula. Postea verò ab alijs grauaminibus appellat sigillatim, ac secundum formam cædulæ appellationis iam traditæ, illam denuo in ipsa appellatione repetendo, & reproducendo, ac in actis inserit, ac pro inserta haberi vult, & intendit, an ex præmissis appellatio valida censenda sit, in quo dubio secund. Bellam. dec. 121. Rota tenuit, quod non: ea ratione, quia verba restricta, & destinata ad vnum actum, vel suppositum solum, simul, & semel saltem vnino ce operare non valent in eadem oratione. Vnde, quia prima appellatio erat vna, & singularis loco, & tempore facta, ac pariter singulariter, seu materialiter, eadem dici non poterit appellatio, nunc, quæ tunc, cũ non sit eadem pars, nec idem grauamen, quamuis verbum nunc, possit dicere, & formare facere, quod præfata scriptura ex sui dispositione apta, vnicam appellationem sic repetitam importet, & sic vnã iam interpositam, in actis eodem significato manere, aliam appellationem omnino similẽ operari: quia dum, primam repræsentauit: eodem modo, secundam repræsentare dicendum venit. Sed ibi pro vero id nõ ponitur, quia esset in vnico materiali supposito, pluralitatẽ ponere: nã si appellationis & grauaminis causam inscribere tenetur, stante diuersitate, & quod nouũ sit grauamen, non operatur idem cum appellatione emissa, vnde talis appellatio voci interpositã similis erit, contra mentem tex. in c. corde, de appel. scriptura namq; requiritur, ad hoc, vt iudex deliberari possit circa illius admissionem, vel nõ: quia aut volumus, quod simul ambę appellationes comprehendantur, & esse non potest, cum verba ad vnum suppositum, non possint ad aliud destinari, nec duo importare, aut volumus, quod secunda non narretur in ea cedula, & tunc re-
33 stringitur ad primam. Si iudex deferat primæ appellationi coram se interpositæ, secũdæ deferri postea in eadem re, & causa, non poterit, Præpos. in rubr. de appellat. nume-
34 ro vigesimoprimo. Quod limitari duobus modis dicit Præposit. ibi quem videas. Appellatio autem non immutat naturam negotij principalis, l. 1. §. 1. ff. an pro ali. caus. appel. Prepos. in rubr. de appel. numero quin-
35 to, 50. & 73. Quotidiè per cõpulsum acta producentur in Curia, operatur autem ex quadam iuris fictione talis productio, vt ea tantum producere curans fateri videatur, quæ ad sui fauorem faciunt, nec releuat clausula in parte, & partibus fauorabilibus, quando producuntur scripturæ, quæ cum parte producente sunt confectæ decisio. Pedem. 38. num. 26. & 33. Felin. in capitulo cum Venerabilis, numero vigesimotertio, de except. vbi Paris. num. 17. & 19. hanc magis communem sententiam asserens iuribus, & rationibus, ibi per eum adductis. Sed non obstante præfata protestatione, talis productio producenti nocet, Alex. consilio 124. num. 5. volu. 7. Rip. in cap. cum M. Ferrarien. de constit. Paris. cons. 125. nu. 22. & 23. vol. 1. Ias. in l. 1. §. editione, num. 18. vbi Alber. num. 18. ff. de eden. Interdum fit
36 aliqua electio, & vota, vel suffragia in scriptura reducuntur, si quando publicantur appellare, quis voluerit publicationem impedire, non attendetur, immo appellatione non obstante, ad publicationem procedendum erit, cap. quæ fronte, vbi Doct. de
37 appellat. Vnde isto casu denegabitur commissio, licet (vt dixi) a generalis legis editione, non audiatur appellans. Tamen practici solent, ab exequutione dictarum legũ, vel litterarũ Apostolicarũ appellare, vt per Rebuf. super concord. Regn. Franc. in rubr. de constitut. in princip. versic. nota, quod a constitutione. At quando talis declaratio parti contrariari, vel obesse alicui, ac in se aliquid, quod subsistere non posset, habere videretur, tunc eius editio circumuentioni, importunitati, vel errori attribuenda foret, Bellam. decisione 734. Socin. consilio ducentesimosexagesimo, columna nona, versi. Ex quibus infero, volumine secundo. Sed istum secundũ intellige, qñ ista declaratio esset circa rem inter priuatos vertentẽ, secus autem si esset generalis legis, seu con-
38 stitutionis ipsius ratio. Coram Iudice comparet aliquis, sed citra consensum in iurisdictionẽ, in comparitione apposita additis verbis nõ alias aliter, nec alio modo, de quo expresè protestetur. Talis autem protestatio non sufficit, nisi in quolibet actu, & qualibet uice comparere contingat, repetatur expresè, nec sat erit in initio, vel pro actu, id opponere, quia si non reperiatur in alijs cõparitionibus repetita, ab ipsa recessum videtur,

tur, ac inductus consensus in iurisdictionẽ, & ipsam prorogatam, vt colligitur, ex decis. Rot. 380. incip. in vna Palentina parte 1. diuers. Put. decis. 32. par. Et 2. quod talis protestatio in quolibet actu repetenda sit, est decis. Mohed. 42. in impress. alias 2. de iud. Sed tunc (erit consensus in iurisdictionẽ inductus, dũmodo talis p͠sona legitima sit, vt dicam.
39 Clausula non alias, aliter, nec alio modo, cũ sit geminata, ostendit actum ex certa scientia, & magis enixam voluntatem cõ
40 parentiũ, Grau. cõs. 564. col. 2. In causis cõmissarijs die Lunæ, Mercurij, & veneris procedendum est, & ideo sententia alijs diebus lata, est nulla, cum in illa die citatio non cadat, nisi de alia obseruantia, vel partium prorogatione constet, Veral. decisione 64. li-
41 bro tertio, Guid. Bon. decis. 81. Ob id ponitur clausula in commissione appellationis per practicos, singulis diebus, & horis, præterquam in Dei honorem feriatis, ad effugiendum prædictam nullitatem, si in alijs diebus præter narratos procedi contingat.
42 Sententia, quæ in maiori quantitate, puta 600. scutis non valet, nec etiam in minori, puta 500. scutis sustinetur, quia quando sententia continet vnam summam, & non valet in toto, nec etiam in parte. Nam regula quod in maiori summa insit minor, non habet locum in sententia, vti indiuisibili: & quamuis omnis summa in vnica sententia contineatur, aut in totũ valere debet, aut in nihilo: secus autẽ esset si haberet clausulas, vel capita separata, vt practicatur in hoc quotidie, decis. Put. 323. parte 1. ac idem postea sequuta fuit Rota coram Domino Robusterio in illa Larinen. frumenti 22. Ianuarij, 1576. Et in eadem causa 9. Decemb. 1577. Et tandem denuo idem resolutum fuit in illa Rauennatensis Vallium. Vnde ita oppresso per opportunam commissionem iuxta facti qualitatem applicandam, succur-
43 rendum erit. Denegante iudice petitum suum officium, dummodo iustæ petantur, parti petenti iniuriam affert, l. prima, §. permittitur, vbi Bart. ff. de aqu. quot. est. Quare tali denegatione iure medio appellari potest, l. prima, C. si læp. in integr. restit, pet. l. prima, ff. de iur. omn. iud. l. non quicquid, ff. de iudic. Bart. in l. quarta, §. hoc autem iudicium, numero primo, ff. de damn. infect. Felin. in capitulo super ijs, numero septimo, de accusat. Ias. instit. de act. in princip. numero sexagesimosexto, & ad superiorem recursus, vel Signaturam haberi. Archid. in c. primates in fi. 71. distinct. Apud acta aliquid facere multo plus valet, quam extra: exemplum ponit de confessionib. absque causa, quia si rem meam tuam esse in iudicio fateor: mihi præiudico, l. prima, vbi glo. in §. fin. ff. de interrogat actio. glo. in l. sicut, C. de rep. hæred. Marsil. in rubr. de probat. columna quarta, versic. intellige etiam præfata, Dec. in capitulo sicut, numero vigesimosexto, de probatio. Ias. in l. pacta nouissima in quarto not. C. de
44 pact. Guid. Pap. sing. 342. Tamen extra iudicium talis confessio non valet, & quando actus requirit subscriptionem duorum testium, si in iudicio fiat, sufficit, dummodo apud acta conscribatur, vt per Dec. in dicto capitulo sicut, numero vigesimo sexto, cum addut. columna quinta: Ideo collitigans, vt a collitigante, hoc modo decerpat confessiones, cautus sit, & si fieri poterit coram iudice, illamque in actis (vt dixi) annotare faciat, quia quando facta ab aduersario principali, nihil postea contra opponere poterit, vt bene per Ias. & Guid.
45 Pap. loco citato. Appellare poterit a iudicis decreto iura parti reseruante, quia dicitur grauare Felin. in capitulo exceptionem, numero decimoseptimo, de except. Bald. consilio centesimo quinquagesimo quarto, numero secundo, volumine primo, Rot. in vna Perusina bonorum corã D.
46 Oradino 5. Iunij 1587. Appellatio a sentẽtia lata de communi consensu, est permissa, Bart. in l. si conuenerit vbi Alexand. numero 13. ff. de re iud. Appellatio datur a reuocatione alterius sententiæ, Put. decis. 108. libro tertio, Contard. in repet. l. is vnicæ, limit. 24. numero 39. C. si de mom. possess. vti pariter a reuocatione exceptionis contra mandatum de exequendo, Lancell. de attent. c. 12. limit. 53. numero quinquagesi-
47 mosecundo. Appellatio, & victoria vnius, alijs prodest, quando vna, & eadem est causa defensionis, l. 2. C. si vn. ex plur. appellan. l. si quis separatum, §. si ff. de appellat. vbi Angel. num. 3. & Imol. numero quinto, Felin. in cap. cum super numero nono, versic. Septimo etiam de re iud. Et quando vtraque pars a sententia appellauit, stante præuentione, appellatio prius interpositę attenditur Doct. in capit. si duobus, maximè Dec. num. 18. & 19. de appellat. Sed necessarium vltra præmissa est, quod de sententia, & appellatione cõstet infra tẽpus appellationum ex decisione 387. numero tertio, parte tertia, diuers. ac appellationis prosequutionem, quia causam deferendo, illi

illi renũciare videtur, quare isto casu, vnius prosequutio alijs non prodest Guid. Pap. decisione vigesima, versic. Fallit, Lancel. de
48 attent. apellat. pend. capitulo duodecimo, limitat. 53. numero quinquagesimosecundo. Iudex in dubio pro paupere pronunciare debet, Castr. in l. q filiũ, §. Sabinus, ff. ad Trebel. latè Benint. in tract. de paup. quæstione quarta, numero octauo, cum seq. Rota decisione 72. numero septimo, parte
49 prima diuers. Appellatio quatenus contra, si tali modo, appellans pro medietate obtinuerit, & pro alia succubuerit, totã causam suspendit, & deuoluit, in tantum, quod pro nihilo exequi potest, Boer. decis. septuagesimatertia, numero sexto, Bart. consilio 150. Lancel. de attent. appel. pend. limit. 2. nu. vi-
50 gesimosexto. Si Rotæ Auditori causa in commissione demandari petatur, vbi dicitur alicui ex vestri sacri Palatij Auditoribus, vt Romanæ Curiç stilus antiquus seruetur, quando inter Dominos Auditores adsunt Episcopus, vel Episcopi, addi debet, seu Locũtenentib. qa olim multi ex Dominis Auditoribus erant Episcopi, vti ẽt meis tpibus vidi, & hodie est R. P. D. Seraphyn. Oliuarius Gallus qui decanus Patriarcha Hierosolimitano a S.D.N. Clem. VIII. creatus fuit, & sic ipsi Episcopi, nõ amplius Auditores appellantur, sed Locumtenentes, quamuis in omnibus, & per omnia eandem habent auctoritatẽ, vt prius habebant, nec ab alijs differunt, nisi quod Rotç Decani esse non possunt, vt dixit Mandos. in commiss. causæ super benefic. in verb. seu aliorum Locumtenentibus, & ad hoc, vt per turnum illis quoque cõmissiones distribui possint, si præfata verba defuerint, qñ tales Episcopi sint, in Rota, addi debent, & ex eo Locumtenentes appellari credo, quia ob dignitate Episcopali adepta, ac eo in statu, fratres Papa illos vocat, ideo mutato Auditoris nomine, & Locũtenẽtes dicuntur, vt in simili videmus de Papç Datario, Cardinali effecto, qui ꝑ datarius se inscribit, ob supremã dignitatẽ assecutã,
51 Datarij nomine relicto. Causa appellationis, vel alia committitur sæpè, siue Prælato, siue Iudici ordinario, addita clausula, cũ voto, vel de voto Rotæ. Sed circa istas clausulas aduertendũ est dari inter illas differẽtia, respectu verbi de, & cũ, quia clausula cum voto Rotæ, intelligitur vnius Auditoris, & clausula de voto de integro Rotæ, & vt totius Rotæ iudex, votũ sequi teneatur. Remissoria in profanis non denegatur, Put. dec. 61. Et decis. 201. par. 1. Cæs. de Gras. dec. 1. nu. 9. de dilat. Inhibitio maximè Rotalis, siue iu-
52 sta, siue iniusta, timenda est, & tenet. Vnde post illius exequutionem, quæcumque gesta fuerint, dicuntur attentata, Veral. latè decis. 93. par. 2. Put. dec. 304. & 305. par. 2. decis. 207. parte secunda, diuers. numero primo, Achil. decis. 7. attent. Peregr. decis. 92. Put. decis. 391. parte secunda, Coramb. decisio. quinquagesimatertia, Cæs. de Gras. decis. numero secundo, de caus. posses. & propr. Cæs. de Gras. dec. 3. num. decimo, de appel. Franc. Aret. consilio septuagesimoquinto, numero quarto, capit. venerabiles de offic. deleg. Ias. in l. nec quicquam versic. Octauo fallit, ff. de offic. proc. & leg. Dato etiam, quod nulla sit Cameralis obligationis in cõmissione facta mentio, vt dixi in commissione appellationis a Camerali obligatione, in
53 princ. Inhibitio Rotalis non debet se extẽdere vltra id, quod in commissione continetur, nisi in cõmissione adsit clausula quam & quas occasione præmissorũ, rebusq; alijs in actis deductis, & deducẽdis, vnde pars poterit tempore inhibitionis concedendæ instare, quod circa alias causas id fiat: & iudex inhibitus debet se abstinere, nec velle de viribus inhibitionis cognoscere, Achil. dec. 7. de attent. decisio. 787. numero secundo, par
54 te prima, diuers. Commissio cum clausula arbitrio Rotæ, intelligitur, prout de iure, & ita in talibus commissionibus Rotæ stilus seruat, de quo in decis. 141. numero primo, libro tertio, diuers. l. fin. §. Sed & si vbi, Bar. numero decimosexto, C. com. de legat. Paris. consilio octauo, numero secundo, volumine quarto, Peregr. decisione 239. circa fi. libro secundo, Cæs. de Gras. decisione septima, & octaua, numero primo, de re iud. Tamen ex tali clausula aliqualiter iuris rigor relaxatur, vt dixit Rot. in vna Assisien. Parochialis corã D. Lancellotto veneris, 17.
55 Aprilis 1598. Votis Dominorum Rotæ Auditorum paribus existentibus, de consuetudine inter partes concordia tractatur decis. 502. numero quinto, parte tertia, diuers.
56 Inhibitioni Rotali, quando in commissione adest clausula, sine præiudicio legitimç exequutionis, non est obediendum. Ratio est, quia exequutio consumanda remanet coram iudice a quo, vt per Cæs. de Gras. decis. 3. numero quarto, de sent. & re iud. Auditor Rotæ habet ordinariam iurisdictionem in cognoscendo, & delegatã in pronunciando, Veral. decis. 388. num. 3. par. 2. & decis. 77.
58 num. 3. par. 3. An Iudex teneatur iudicare secundum Rotæ decisiones, ponit Cassad.

deci. 17. nu. 7. de probat. latè Doct. Mart. post decis. Cresc. in tract. Tribunal. Sunt autem huiusmodi decisiones maioris authoritatis communi Doctorū sententia, eo qui, semper super re certa loquuntur, & formantur, & fiunt, Rimin. in consi. 534. nu. 18. vol. 5. & in dubio ad casus speciales legis dispositio non adaptatur. Rim. sen. in rub. C. de edend. col. 2. circa med. & quod sint tales, testatur Imol. in cap. olim, nu. 13. de lit. conte. Hier. Cucol. in addit. ad Dec. in l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. Licet contrarium asserant, Abb. in d. c. olim, num. 32. & Bertrand. consi. 236. numero primo, volumine tertio, dicentes communem doctorum sententiā validiorem. Sed eorum dicta non procedunt in Decisionibus Rotæ Romanæ, quia licet sine lege, & auctoritate loquantur, tamen plurimum sunt attendenda, Ias. in l. non eo minus, numero tertio, C. de procur. Castr. in l. mutuum, ff. de acquir. hær. Calcan. consilio sexagesimo secundo, numero tertio, Felin. in capitulo primo, numero secundo, de except. Ceph. cons. 363. in fi. volumine tertio. Ipsis itaque standum est, quia pro veritate habentur, l. ingenuum ff. de stat. hom. l. res iudicata, ff. de reg. iur.
59 decis. Auinion. prima, numero nono. Subrogatus, an in Rota causas præmortui Auditoris, in cuius locum successit, sine noua commissione, vel commissionibus, præmortuo causas demandatas, vel coram illo pendentes cognoscere possit, vide Rot. decisione nona, de rescript. in antiqu. Bisign. decisione decima, eodem titulo. Vnde a practica diu seruata, in hoc, & aliis recedendum non est, Grat. consilio nonagesimoprimo, numero septimo, Bald. consilio trigesimosexto, libro primo. Præsentatio Commissionis, primo Auditori facta, an & quando præuentionem inducat, Put.
60 decisione 470. parte secunda. Priuilegia, quibusuis personis concessa, etiā priuilegiis derogantia, non tollunt priuilegia concessa RR. PP. DD. Rotæ Rom. Auditoribus, quia non veniunt appellatione personæ, vt latè Fel. in cap. eam te, numero decimoquinto, versic. & dicit Ludouicus, conclusione tertia, de rescript. nisi de illis (vti pariter de concessis Illustrissimis, & Reuerendissimis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus) specialis, & indiuidua mentio fiat, & ita quo-
61 tidie obseruare, & practicare videmus. Causæ confinium, vel alterius seruitutis, facilius in partibus, quam in Romana Curia demandantur, quia in loco, ac oculari inspectione situs confinium, & aliorum, melius testes examinari valebunt, l. si irruptione, §. ad officium, ff. fin. regund. argum. text. in cap. ad decimas, de restit. spol. in sexto, ibi. Est autem iudici locus necessarius. Quare si ab vna parte in Curia causa demandata foret, solet vt plurimum ab illa Signatura auocare, dummodo non adsit consensus in iurisdictionē, ac ad partes remittere, maximè si fuerit prima instantia, vt probationes facilius fieri valeant, ac pro minori partium impensa, etiā si inter communitates de cō-
62 finibus, vel pias ædes fuerit. Succumbens personaliter non citatus, a die habitæ notitiæ appellare valet, secus si personaliter citatus, quia infra decem dies est illi a iure terminus statutus, Rot. decisione quinquagesimaquarta, de appellat. in antiq. & 16. de dol. & cont. eodem libro, & ita tenuit Rota coram Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Card. Blanchetto in vna Hie-
63 rosolomitana, 27. Maij 1579. Vel si fuerit citatus per contradictas, quia simili modo a die habitæ notitiæ appellans auditur, Franc. in capitulo consultatione, numero secundo, de appellat. in sexto, Rot. in antiq. decisione quadragesimasexta, eodem titu-
64 lo. Et infra decem dies appellare præsumitur, postquam notitiam habuit, nisi aliud ex aduerso probetur, Bellam. decisio. 349. Felin. in cap. ad consultationem, num. 25. versic. Circa finem de iudic. Ferret. cons. 98.
65 numero quinto. At istæc sentētia lata per contradictas, licet primo noceat, tamen nūquam tertio præiudicat, Marsil. sing. 4. Alexand. in l. sæpè, numero 76. & 83. ff. de re iud. Processui etenim per cōtradictas locus non est, nisi antecedente prius personali citatione Bellam. decis. 180. & 182. Ideo appellatio à die habitæ notitiæ, ac si in decem dierū termino interposita fuisset, habenda est, ex supradicta ratione, quia non fuit ad sententiam personaliter citatus Rota decisione secunda, & quarta, de appell. & decisione prima, & secunda, de dol. & contum. in nou. Cap. Tholos. decisione cente-
66 simaprima. Quare facta mentione appellationis præfatæ, a die notitiæ, cum clausula prout de iure conceditur commissio appellationis, operaturq; isto facto clausula, prout de iure, q neque rescriptum concessum, neque appellationi delatum sit, nisi quatenus ius assistat, Bart. in l. 1. num. 2. & 20. ff. de condict. & demonstr. Alexand. consil. 127. num. 4. volum. 7. Dec. cons. 436. numero 4. & 5. & bene Fel. in cap. cum contingat,

tingat, num. 13. de offic. deleg. Idem Dec. in c. oblatè vers. secundo not. de appel. Ruin. cons. 61. nu. 7. vol. 5. Soc. iun. cons. 18. nu. 16. vol. 1. dec. Pedem. 5. numero nono. Quia si appellatus probaret appellātē notitiam sententiæ habuisse, ac infra decendium nō appellasse, commissio esset frustratoria, & sententiæ exequutio non retardanda, quamuis appellāti succurri poterit restitutionis in integrum beneficio, Vestr. in sua prax. lib. 4. capitulo quarto, num. 9. Præterea a sententia lata in partibus per iudicem ex Apostolico rescripto deputatum, non potest ad legatū Papæ appellari etiā de latere, ac si eius vices gerat, & locum teneat, sed ad ipsum met Papam, Corn. cons. 89. numero octauo, vo
68 lumine secundo. Cauetur in statutis Bononiæ, Anconæ, ac aliarum Ciuitatum status Ecclesiastici, quod primæ secundæ, ac forsan tertiæ instantiæ, non alibi, quam in dictis Ciuitatibus cognosci valeant, non obstante quauis appellatione ad alium interpositā, quæ multoties per Papam confirmata obseruari mandantur. Nihilominus illa statuta, appellationem ad Papam, & Sanctam Sedem Apostolicam non comprehendunt, quia vti caput, & priuilegiatissima, non continetur sub generali sermone, sed exclusa semper censetur, cap. cum sit periculosum, de sent. excom. in sexto. Ancher. cons. 296. Rom. cons. 498. Nā Papa ex d. statuto legē sibi imponere noluit, qa in quauis generali dispōne, semper eius intelligitur reseruata auctoritas, cū absurdū sit, ꝙ ex eo sit illi necessitas imposita, qa licet illa confirmauerit, nihilominus maiorem derogandi facultatē apud se retinuit, vnde si Signaturæ videbitur, quæ nunquam nisi ex rationabili causa mouetur, dictis statutis non obstantibus in quacumque instantia, in Curia causas demādare poterit, vt de statuto Anconæ, in terminis loquitur Corn. consilio ducentesimo sexagesimosecundo, numero nono, volumine quarto, & de statuto Bononię, latæ Gozad. cons. 101. num. 15. & seq. Sicque cōtinue practicatur, maximè si fuerint causæ alicuius considerationis, nam quod in Romana Curia suprema, in superioritatis signū cognoscantur, seu ad eam deuoluantur æquum est, licet in multis istorum emergentium, bonum esset S. Suę Signaturam adire.
69 Quando appellatione interposita iudex, a quo illi non defert, fit illico cautus appellās denuo a tali reiectione appellare, alioquin in iudicatum sententia transiret, ob id praxis inoleuit appellationis vocem emittere vltimo loco, ac a non admissione appellare toties, quoties adeo, quod vltima sit appellantis vox, Zabarel. in clem. prima, columna tertia, versic. ex hac glo. de dol. & cont. Nic. Grauat. in addit. ad Vestr. lib. 7. cap. vltimo, numero 23. Quamuis iustam appellationem non denegare teneatur iudex, alias de iure illam repellendo, non solum punitur, sed peccat, sicuti pariter iure resistente illam admittendo, Abb. in capit. de Priore, numero secundo, & septimo, de appel.
70 Appellatio a perpetui silentij impositione non denegatur, Bart. in l. diffamari, num. 8. vbi Cagnol. num. 22. versic. Vna dubitatio, C. de ingen. & manum. Doct. in l. Titia, ff. de accus. Vti pariter a denegatione restitutionis in integrum dari testantur, l. 1. vbi Doct. C. si sæp. in integr. restit. petat. l. 2. vbi Dec. numero tertio, de appellat. Grauamen successiuū recipit appellationem interpositā,
72 etiam post decem dies, puta in carceratione, loci non tuti, & simili: ratio est, quia semper grauamen dicitur esse in fieri, & consequenter semper quis dicitur esse, infra decē dies ad appellandum. Lancel. de attent. ap
73 pen. limit. 50. num. 131. & seq. parte secunda. Quando a nimima superioris rigorositate appellari possit, vide Abb. in c. de prio-
73 re, num. 1. & 3. de appellat. Appellant ambo litigantes, sed iudicis ad quem electio, quando factum est vnum, ad actorem spectat, maximè si reus plures sortiatur iudices, Abb. in cap. cum sit generale, de for. comp. & in capitulo primo, numero quarto, de offic. deleg. & in cap. dilectus, el secondo, numero decimo, de rescript. Bal. in l. cum clericus, numero primo, C. de episc. & cler. Róman. cons. 712. numero decimotertio. Purpur. cons. 28. numero octauo, volumine pri
74 mo. At si diuersos adeant iudices, coram suo vterque agere poterit, si articuli sunt diuersi, & appellatio a grauamine diuerso sit ab vtroque interposita, l. ampliorem, in princip. C. de appellat. Thom. Triuil. dec. 8. nu. 7.
75 par. 1. Appellatio vnius ex correis cęteris nō prodest, quādo sunt absentes, & illam ignorant, quare isto casu contra alios non appellantes exequi poterit sententia, decis. Auinion. sexagesimatertia, numero tertio, Angel. de malefic. in verbo præsente Caio, numero 33.

Com. Formulæ. Velliterna.

Beatiss. Pater, lite, & causa pendente in Ciuitate Velliterna Inter S. V. oratorem A. ex vna, & B. reum conuentū ex altera,

ra, coram Vicario Episcopi prædictæ Ciuitatis causa, & occasione cuiusdam Molendini, &c. in prima, seu alia veriori instantia, idem iudex non minus nulliter, quam inique, & iniuste, suam protulit diffinitiuam sententiam, vel decretum illius vim habens, ad fauorem aduersarij, contra oratorem, qui se grauatum sentiens, & in futurum magis grauari timens, ad S. V. Sanctamque Sedem Apostolicam appellauit, & de nullitate dixit, instrumentoque appellationis, (vt moris est) coram Audit. Cam. reproducto, uia ordinaria citationem cum inhibitione obtinuit contra aduersarium, omnesque alios, &c. Quæ debito modo in partibus exequuta, postea in actis reprobata fuit, & deinde ad nonnullos actus, & scripturarum productionem forsitan deuẽtum pro oratoris parte. Verum ne de Aud. Cam. iurisdictione dubitari contingat, neve coram ipso gesta nullitatis vitio subiaceant, vel impugnari possint: ideo ad præmissa tollenda, necnon ad omnem alium bonũ finem, & effectum, Supplicat S. V. idem orator, quatenus eius iurisdictionem confirmando, dignetur causam, & causas præfatas, appellationis, & appellationum nullitatis, & nullitatum, nec non quam, & quas, &c. Reliquum prout informula cõmissionis appellationis in Curia.

Vel pariter, si consensum esset in iurisdictionem, ab vtraque parte alia adminicula secundum facti contingentiam narranda venirent.

Si appellatum sit, a die habitæ notitiæ, loco verborum infra legitima tempora, subnectendum esset, a die habitæ notitiæ, &c.

Præterea, si appellans non curaret acta transportare, narrata facti qualitate, subnectatur.

Sed quia aduersarius obtenta inhibitione a D. Rotæ Auditore, se in intrusione, spolio, vel occupatione confouendo, &c. Non curat acta trãsportare, vel trãsportari facere, vt lis immortalis fiat, & orator, ꝙ suũ est, vel beneficiũ, de quo agitur, iure medio cõsequi non valet: Ideo supplicat S. V. quatenus dignetur eidem R. P. D. A, Rotæ Auditori committere, & mandare, vt præfixo aliquo breui, & peremptorio termino, aduersario, ad acta præfata integre transportãdum, quo elapso, & ipsis minimè transportatis, suam moderetur inhibitionem, & causam iudici ad quem exequendam remittat. Cum potestate, &c.

SVMMARIVM.

1 *Attentata, sine lite non dantur.*
2 *Appellatione pendente nil nouandum venit.*
3 *Appellatio statum appellantis constituit.*
4 *Attentata iudicis contemptum, & parti pariunt præiudicium, & num. 6.*
5 *Attentata sunt magis spolio priuilegiata.*
7 *Attentata nisi in primis, et ante omnia tollantur, impediunt vlteriorem processum.*
8 *Attentare delictum est, & sonat in malam partẽ.*
9 *Attentata dicuntur facta etiam recusato iudice in ridice.*
10 *Attentata sunt magis interdicto vnde vi priuilegiata.*
Declara vt ibi.
11 *Attentatorum pœnæ, quot sint a iure contra ea committentes.*
12 *Attentata tribus modis committuntur.*
13 *Attentata duobus modis per principem tolluntur.*
14 *Attentata auctoritate Principis quãdo euanescũt.*
15 *Attentata quæ dicantur.*
16 *Attentata quæ dicantur de stilo Rotæ.*
17 *Attentata non dicuntur, ea quæ fiunt extra iudicium.*
18 *Inhibitio conditionalis, an faciat, attentata.*
19 *Attentata dicuntur gesta etiam post appellationẽ extraiudicialem.*
20 *Inhibitio obtenta ab asserto procuratore spreta, facit attentata.*
21 *Processus factus a iudice, a quo post appellationẽ, ante sententiam reuocatur vti attentatus, & nullus.*
22 *Inhibitio conditionalis, puta quatenus causa non sit instructa, vel parito iudicato, nõ facit attẽtata.*
23 *Attentata facta infra 10. dies datos ad appellan. si non fuerit appellatum reuocantur.*
24 *Attentata, vt comittantur, duo requiruntur, & quæ ibi.*
25 *Attentata prius reuocanda sunt, & postea de iniustitia inhibitionis iudicandum erit.*
26 *Attentata litem præsupponunt.*
27 *Attentata, aut vti ordinaria, aut extraordinaria reuocantur.*
28 *Clausula purgatis attentatis, seu refectis expensis, dat formam iudici adimplendam.*
29 *Expensæ attentatorum sunt integrè reficiendæ, neque sufficit depositum, aut cautio.*
30 *Attentata, tã petitoriũ quã possessoriũ suspendũt.*
31 *Attentata post bienniũ reuocari petẽs nõ auditur.*
32 *Attentatoriũ iudicio quãdo renunciatum, dicatur.*
33 *Attentata, an stante re iudicata attendantur.*
34 *Attenta facta pendente termino ad appellan. quo remedio tollantur.*
35 *Repositiones iudicum aduersus decreta effectus.*

Com-

De Commission super Attentatis.

1 Ttentata sine lite non dari, dixere. Cassad. decis. 6. num. 21 sup. reg. Cancel. Paleot. decis. 212. Rot. diuers. par. 1. decis. prima, nu. 2. Ob id data litis essentia, nil appellatione pen-
2 dente, quod tertio obsit, nouandum fore sanxit Imper. Iustinianus tot. tit. nil noui Appel. pend. ff. & C. Nilque lite pendente noua re intelligitur, ne sua interim possessor possessione priuetur, res litigiosa alienetur, aut priuilegium impetretur. Archid. in Clem. cum lite, nu. 2. vt lit. pend Dec. in cap. cum teneantur, nu. 2. de Appel. Innoc. in capitulo ex parte, de rescri. & in capitulo vt nostrum, num. 4. de Appel. Matthes. notab. 28. Quamuis, vt ibi Dec. subdit, aliquis interdũ appellatione pendente fructibus priuatur, quod procedit, tam si appellationi fuerit delatum, quam non. Lancel. de attent. app. pend. c. 12. num. 100. Quia appellatio, appellantis statum cõstituit, Rota coram D. Orano in vna Vrgelensis Beneficij 17. Decembris 1593. Nam per appellationem iudicatum suspenditur, stante dubio euentu confirmandi, vel infirmandi sententiam latam, ideo hac pendente discussione securus sub legis clipeo appellans, per iudicem ad quem fieri debet, frequentissime igitur attentatorum commissiones in Signatura resonare intelliguntur, & inibi ventilantur, quando ius dicentis authoritate contempta, debitę parere inhibitioni recusando, ac appellantis iuridica frangere priuilegia, appellati temeritas debitis

bitis non coercetur pœnis, quia (vt infra dicam) attentare delictum est, ideo vanum, & superuacaneũ appellationis beneficium ad oppressorum remedium, vel interdum ad imperitiam, aut iusdicentis malitiã coercẽdam, introductum foret: vel quia iura deducta non fuerunt in prima instantia, si in secunda illa deducere non posset, indefensus appellans, ac grauatus periret, ac maioris authoritatis iudice, pars, quæ obtinuit apparet, si præter legum dispositionem ad sui libitum victor procedere posset, in contem-
4 ptum iudicis, & partis præiudicium attentando, Bellam. decis. 49. Quamuis plus in attentatis ponderetur iudicis contemptus, quam partis interesse, & ideo in eorum reuocatione, cõtempta Prætoris maiestas reuocatur, Oldra. cons. 190. nu. 1. & cons. 206. nume. 1. Rot. decis. 25. num. 3. de rescrip. in nou. Vndę Lancell. in præfat. de attent. numero 2. & 3. ait, quod fuit prius dictum Franc. in c. bonę
5 sub num. 15. de Appel. Magis spolio illa priuilegiata, ac maioribus priuilegijs pensione munita, etiam si adesset clausula fine retardatione solutionis pensionis, fore attestãtur Achil. dec. 29. num. 1. & 6. de App. Licet in beneficialibus monitorio ab A.C. impetrato contraueniens, attentata non faciat, Achil. decis. 24. num. 1. dicto titu. eodem au
6 tem tempore attentans, Ius, Iudicem, & Partem lędit, Ius, contra illius dispositionẽ procedendo, Iudicem, eius maiestatem, iurisdictionem, ac authoritatem offendendo, & partem, indirecte illam grauando, decis. 6. de rest. spol. in nou. Rationi itaque consonum videtur, vt ad attentantium temeritatẽ coercendam, leges etiam insurgant, quia & iuris obseruantia, & magistratibus est obedientia adhibenda, quod colligitur ex tex. in capit. 1. in fi. de app. in 6. Maximæ nanque iniquitatis esset, quando iudex, qui sententiam ferẽdo, suo iam est munere functus, & per prouocationem ad superiorem deuoluta causa remanet, sua iurisdictio suspensa, & manus ligate, ad appellationis refugium interrumpendum, attentare, & innouare auderet, c. venientes, de iur. iur. l. iudex postquam ff. de
7 re Iud. Vnde merito, nisi illis in Primis, & ante omnia purgatis, ad vlteriora in causa, vel causis procedi, etiam in negotio principali non posse, ius statuit, vt patet ex decis. Put. 51. lib. 3. Attentare (vt dixi) delictum est, & in malam partem sonat, Bellam. decis. 18. Iccirco, aut ante, aut post sententiam quicquid attentando commissum fuit, tolli debet, Cassad. decis. 3. nu. 1. de resti. spol. Quia
8 si appellatio iudicatum suspendit, omne post eam factum nullum redditur Abb. in rub. de appel. num. 1. c. si a Iudice, & cap. non solum. de app. in 6. capit. super quæstione in fin. de
9 offic. deleg. Quod etiam ampliatur, si fuerit factum post iudicis recusationem, dummodo iuridicam, vt ibidem Abb. Et non solum veniunt reuocanda, sed etiam fructus, damna, & expensæ, resarcienda, Borgn. Caual. decis. 11. nu. 65. idque declara procedere, quãdo attentatur in eadem causa, in qua lata fuit sententia, secus si fuerit in alia causa diuersa, Lancell. in Tract. de attent. app. pend par. 2. cap. 12. limit. 2. in princ. Et sunt magis priuilegiata materia interdicti vnde vi, & remedio capitulo reintegrandę. Sed pręmissa intellige in negotiis beneficialibus ad effectũ procedendi sine iuris ordine, non tamen ad effectum procedendi sine collatione tituli.
11 Aegid. decis. 294. Decem & octo pœnis, attentantes plectendos fore ius statuit, quas Lancell. de attent. cap. 31. nu. 7. & seq. par. 3. in vnum cumulatissime congerit, & ibi late secernere poteris, & Couar. prac. qq. c. 23. & 24. ac etiam Mandos. in Commiss. atten-
12 tat. Tribus autem modis fieri attentatorum purgatio, contingit. Primo, per iudicis sententiam, in qua actus attentati reuocantur. Secundo à ipsa parte, mediante litis Cessione iudicialiter facta, atq; interdum refectione expensarum, Tertio per Principis rescriptum: de secundo modo nostrum differere non est cum ex partis voluntate procedat.
13 Sed bene de alijs ambob. prænarratis. Duobus itaque modis per Principem attentata tolluntur: primo impediendo ne actus, qui de sui natura attentatus diceretur, in attentatum transeat, sicut alias videtur fieri in beneficij litigiosi collatione, ac licentia, remq; in iudicio controuersam alienandi, quando Papa confirmat actum attentatum iam effectum, vel prętensum, vel concedit, ne attentatum dicatur vt in prin. seq. cap. dicam,
14 tunc autem Papæ confirmatione, vel authoritate interueniente, euanescit attentatũ, vt late Lancel. de purg. attent. par. 3. cap. 29. nu. 15. 24. 25. & 75. vti etiam in simili, si Papa purgat vitium Simoniæ, ne Simonia inducatur, Rebuf. in sua prax. benefic. in titu. de nou. promisio. nu. 36. & per docto. in Rubr. de Sijmonia, Menoch. cons. 23. lib. primo, Secundo modo confirmando actum, qui iam in attentatum transisse prætendebatur, tunc autem Authoritate, ac confirmatione præfata tolluntur. Nam potest alteri Colligitanti Princeps gratiam facere, cum sit supra ius, decis. 25. de rescrip. in nou. Bellam. decis. 749. Palleot. decis. 147. supradictis duo-

bus

bus casibus in pristinum attentata reducuntur, etiam per plenariam sententiæ executionem. Sed tertius dari iudicio meo potest casus, quando commissione per Signaturam iustitiæ expedita, prout iuris fuerit, eorũ re-
15 uocatio demandatur. Attentatum autem, siue innouatum, omne gestum, sine rationabili causa, lite, appellatione, inhibitione, aut talibus æquipollentibus pendentibus, a Iudice, seu parte, vel causam ab ipsis, aut altero ipsorum habente, in iurisdictionis contemptum, vocatur, eius iudicis dico, cuius maiestas læditur, vel quando parti præiudiciũ fieri contingat, quæ ab eodẽ iudice, cuius maiestas læsa fuit, in primis, & ante omnia eius of-
16 ficio reuocanda veniunt. Quamuis ex stilo Rotæ attentata omnia sint, post inhibitionem facta, etiam si citatio emanasset vigore commissionis, in qua de duobus conformibus mentio minime facta foret, sed tantũ de lite, vel litibus motis: & ratio est, quia si sumus in Romana Curia, facilis est ad Papam, vel ad Signaturã aditus pro remedio implorando. Sin autẽ extra Curiam, non est inferioribus aperienda via fraudulenter iudicandi super inhibitione, & rescripto Papæ, ac superiorum. Idque permittere esset, fraudibus de facili ansam daret, Achil. decis. 29. de Appell. Ob id in Romana Curia non da-
17 tur de subreptione, vel obreptione. Illa vero, quæ extra iudicium fiunt, & deducuntur, attentata nuncupari nequeunt, Veral. decis. 54. num. 1. par. 1. Sed bene illa quæ in ad inhibitionis, vel appellationis spretũ tendunt, vt idem Veral. decis. 24. num. 20. ead. par. 1. De Rotæ stilo, quicquid contra inhibi-
18 tionem fit, attentatum dicitur, quod declara procedere, quatenus inhibitio pura sit, non conditionalis, decis. Accoramb. 57. vt infra latius dicam, quę vt plurimum post appellationem committuntur, Veral. decis. 49.
19 num. 4. par. prima. Quod amplia quoque, si appellatio esset extraiudicialis, quia illa, quæ articulum a quo fuit appellatum tangeret, nihilominus attentata dicerentur, etiam ante inhibitionem, Achil. decis. 32. de appell.
20 Imo, si inhibitio fuerit obtenta ab asserto procuratore, post casum executa, nihilominus facit attentatum, vt per Put. decis. 142.
21 par. 3. Hinc est, quod processus factus per iudicem, a quo fuit appellatum ante sententiã, & post inhibitionem iudicis ad quem, nedum per viam attentati venit reuocandus, cap. non solum, de appell. in 6. Sed erit ipso iure nullus, quia per talem iudicis, ad quem inhibitionem, suspenditur iurisdictio, Iudicis, a quo, vnde stante prænarrata suspensione, in consequens gesta nulla erunt, & attẽtata, Bellam decis. 633. Neq; processus iste per superuenientem renunciationem appellationis, ac omnium inde secutorum, reui-
22 uiscit, vt per Aegid. decis. 634. Quod intellige, dummodo inhibitio non sit conditionalis, puta cum clausula, quatenus causa non sit instructa, vel parito iudicato, & similí, nam pro conditione adimplenda, cessarent attentata, quia (vt dixi) aliter non haberet facultatem, cum ita sit data ac restri-
23 cta vt dicam in seq. cap. nu. 29. Et quamuis attentata facta infra decendium ad appellandum assignatum a iure, debeant reuocari: regulariter, nihilominus id cessat, si in dicto decendio non appellatur, quia quando sententia in iudicatum transit, non intrant attentata, Couar. prac. quæst. cap. 23. nu. 2. vers. illud tamen. Et ideo bene facit ille, qui continuat suam possessionem, quia non dicitur attentare, Glos. in cap. non solum, in verbo reducendum, ibi, dicit tamen, de appell. in 6. Clem. secunda, vt lit. pend. Milis in suo repert. in verbo innouari, Rot. decis. 10. de appell. in nou. Hinc est, quod tituli cantant, nil app. pend. nouari. quia communius (vt dixi) post sententiam attentata committuntur, sed ad ipsa inducenda non sufficit ex consensu partium probare fuisse appellatum, nisi probetur infra decendium per habentem legitimam facultatem, appellatio-
24 nem fore interpositam, & sic duo cumulatiue necessario probanda sunt, primo appellasse, secundo non extra tempus. Nam non concludit dicere, appellauit, ergo infra tempus appellauit, quia allegans solemnitatem extrinsecam, illam probare tenetur, decis. 30. de appell. in nou. d. cap. non solum vbi Franc. Couar. pract. quæst. capit. 23.
25 num. 1. vers. secundo præscripta. Et dato, quod inhibitio esset iniusta, nihilominus, si executa fuerit, facit attentata, & tunc primo de eorum reuocatione, postea super validitate, vel inualiditate inhibitionis agendum erit, decis. 20. de app. in nou. cap. Rodulphus de rescript. cap. exhibita de except. C. significauerunt de app. cap. Romana, & cap. non solum, eodem titulo in 6. Alex. cons. 89. nu. 9. lib. 1. Dec. cons. 103. in prin. late Lancellot. loco alleg. tit. de attent. app pend. cap. 12. nu. 19. par. 2. ex relata regula, quod inhibitio siue iusta, siue iniusta timenda sit, l. 1. §. 1. ff. de nou. oper. nunci. cap. significantibus, de appell. Rot. decis. 26. num. 2. de app. in antiq.
26 & decis. 10 eod. tit. Præmittẽdo (vt dixi) semper, quod attentata præsupponant litem motam, quia dum innouatur, fiunt attentata,

Capic.

Capic. decis. 22. num. 2. Reuocantur autem attentata, aut via ordinaria, aut extraordinaria: via ordinaria, aut parte offensa instante, aut ex officio iudicis, cuius maiestas lęsa fuit & sic iustitia mediante, vt ita dicam. Extra ordinaria via reuocari dicuntur, quando supplicatione porrecta, id fieri ad partis petitionem supplicatur, vel quando ex se Papa interdum motu Proprio illa tollit, de qua reuocatione motu proprio habetur, in capit. 1. & in cap. bonę. de appellatio. quo in loco Papa attentata quę fieri solent, quando ad Curiam recurritur, absque alio iudiciario ordine ex se, & sic motu proprio tollit, de quo pariter nihil amplius loquar. Commissio
28 autem, vt supra dixi, quæ habet clausulam purgatis attentatis, vel refectis expensis, dat formam: loquitur etenim per ablatiuum absolutum, qui inducit conditionem, l. attētare, ff. de cond. & demonstr. Paris. cons. 41. numero 14. volum. 4. Et conditio formam pariter affert, specifice adimplendam, vnde si impetrans talem Commissionem
29 solum renunciet attentatis, & nullitatibus, & pro expensis, quas vigore prænarratæ clausulę reficere tenetur, deponat, vt puta iulium vnum, cum residui oblatione liquidatione facta, si istis stantibus ad vlteriora iudex procedat, nulliter facit. Vrget ratio, quia non purificatis illis conditionibus, nullam habet iurisdictionem, nam omnes sunt adimplendę in attentati pœnam, alias Commissio caret viribus, & effectu, Alex. & Dec. in l. edita num. 93. & 94. C. de eden. Verall. decis. 150. parte prima, Alex. cons. 24. nume. nono, vol. 4. Et si secus fieri contingat, ex ca-
30 pite nullitatis retractādum omne erit, quia attentata (vt dixi) sunt adeo priuilegiata, quod primo in odium attentantis, super ipsis procedendum est, vt tollantur. Verall. decis. 154. num. 2. par. 1. & causa attentatorū potens est tam petitorium, quam possessorium suspendere, Verall. decis. 51. num. 2.
31 par. 3. Sed aduertendum in hoc dico; Quod petens hanc reuocationem post bienniū, minime audiendus venit, vt habetur inter decis. diuers. decis. 758. par. 3. vnde in consequens, neque post biennium danda erit Commissio, quia si illorum reuocationi ius non assistit, imo illam respuit, de uento inseruiret, indebiteq; lites suscitarētur, licet de hoc non fiat mentio in Commissionibus. At si quis Commissione attentatorum obtenta,
32 eaque in actis præsentata, nulla de eis mentione facta, in negocio principali discuti patiatur, & attentatis omissis super eo cognosci, illis renunciasse videtur, secundum decis. Verall. 6. par. prima, per tot. Pariter, si
33 aderit res iudicata, non poterit dari de attentatis, appellatione pendente. Crescen. decis. 7. per tot. de re iud. Quamuis. Lancellot. tit. de priuileg. attent. contrarium asserat, nu.
34 44. & 45. At si pendente termino decem dierum ad appellandum datum, interim executio fiat, Quęro quo remedio erit appellans iuuandus? in hoc nempe particulari Alex. cons. 89. num. 7. vol. 1. vers. quod autem, &c. dicit, id fieri per officium Iudicis a quo, illum implorando, vt per viam attentati executionem reuocet. Hinc vero praxis
35 Curię inoleuit, tā in ordinarijs causis, quā in delegatis, vt quotidie faciunt litigantes, quod illos iudex reponat, postea ac si nunquam appellatum foret, ad causæ expeditionem procedat, nec ob id attentat, neque aliquod pręiudicium appellationi infert, sed potius faciliorem causæ præbet expeditionē, vt testatur Vestr. in sua praxi lib. 8. ca. 4. nu. 6. cap. si a iudice de appellat. in 6. & multos alios similes casus habes in Specu. in §. nouissime, de appell. & tandem per Lancell. vbi supra, quorum dicta non prosequor, Imo ista repositio Appellantis, cum grauamen reuocare videatur, Rot. de probat. decis. 12. in nou. facit quod gesta coram iudice ad quē, medio tempore sint nulla, & si post talem appellationem secuta repositione appellās nouum iudicem sibi dari curet, & Iudex datus procedat, nulliter factū erit, Lancell. de attent. appellat. pendē limit. 1. num. 13. & sequen. cum add. par. 2. & de tali praxi locutus fuit Dec. in cap. cum cessante 8. not. de appell. Et sic, quemadmodum iudex partem a grauamine reponit si appellet, eodem etiā modo, si alia pars aduersa repositione prouocet, ex repositione illi consultum erit. Potest autem à tali repositione pars tunc appellare: ratio est, quia iudex reponendo primum appellantem, illum grauasse fatetur, & ob id, quando gesta reuocat, ad statum pristinum illum restituit, nam talis prima repositio fit, animo melius deliberandi. Vnde, si postea aliam partem reponat, declarat animum suum ad denuo grauamen inferendum illi, contra quem infertur, sicque appellandi tribuit occasionem, Rot. decis. 12. per tot. de prob. in nou. Quod amplia procedere, non solum in appellatione iudiciali, verū etiam in extraiudiciali, vt per eūd. Lancellot. de attent. app. pend. nu. 26. cap. 12. limit. 1. par. 1. vbi diffuse per limitationes, & ampliationes, quæstionem hanc tractat: ratio autem præmissorum esse potest, quia (vt supra dixi) non ita de facili ius appellationem

nem ab interlocutoria admittit, & tunc denegatur Commissio, quia ceu semper est irrationabilis, Paris.cons.49 num.20. vol. 4. decis.68. per tot. de appell. in nou. & decis. 1. eod. lib. de off. deleg. quare isto casu iudex ad quem, nisi causa cognita inhibere non debet d. decis.55. num.4. dummodo talis interlocutoria reparari per diffinitiuam nequeat, quia tunc procederet appellatio (vt dixi) in commissione appellationis. Itaque si ea nõ obstante, iudex procedat, quia abhorret ius illam, vt citius liti finis sit, non erunt, neque attentata commissa, neque nullitas, nam facta sunt friuola appellatione pendente, quæ ita nuncupatur, quando ex ea iuuari appellans nõ valet, sed quia multa in hoc magno Caos dicenda forent, certamque regulam dare impossibile ceu esset, id totum iudici, arbitrio relinquendum erit, Menoch. de arbitr. Iud. lib.2. cent.2. Cas. 197. nu. 7. per tot.

36 At vnum subdam, quod commissio attentatorum, quando versamur in appellatione ab interlocutoria, non est concedenda, neque attentata reuocanda, nisi donec, & quousque dicta appellatio iustificata fuerit, vel negocium principale expeditum, si cum ipso admixtionem habet, Exemplum poni potest, in Episcopo, aliquã Ecclesiã visitare volente, quam prætendentes ex apostolico indulto rectores liberam a tali uisitatione, appellant, & nihilominus, si ad vlteriora procedat Episcopus visitando, cum ius sibi assistat, non attentat, quia non est appellatio a diffinitiua, ideo prius causa priuilegii iustificare debet, vel allegata immunitas ad appellationis subsistentiam, vt postea oriantur attentata, & deinde super ipsas agi, & idem in similibus, Rot. de app. in nou. decis.35. Et in hoc cognoscitur differentia in-

37 ter apdellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria, quia statim a diffinitiua habet secũ iustificationem ad effectum suspensiuum; sed non (vt dixi) ab interlocutoria siue appellatione extraiudicialis, de qua idẽ, quod de interlocutoria censendum est, vt late, Couar. in disputat. prac. quęst. cap.24. num. 1.2. & sexto. Tuncque talis attentatorum cogni-

38 tio vlteriorem processum in causa principali silere facit, ad instar causæ possessorii, & petitorii, quia quando in possessorio proceditur, conquiescit petitorium cap.1. de rest. spol. Afflict. decis. 98. numero tertio. Ita similiter in negocio principali nil agendum erit, si reuocari attentata petuntur, dato etiam, quod de Gestorũ nullitate ageretur, Afflict. vbi supra num. 3. & 4. subdens num. 1. quod si illa appellatione a diffinitiua pendente iudex non reuocaret, iniustitiam faceret, quia

39 attentata in quacumque parte iudicij reuocari possunt decis. 27. de appell. in nou. Milis in suo rip. in verbo attentata post appel-

40 lationem. Quamuis multi adsint Casus, in quibus attentata in primis nõ reuocãtur, relat. per Vestr. in sua prax. lib.8. cap.4. num. 9. & post eum vltra ducentos, retulit Lancell. de priuil. Attent. cap.3. priuil.21. par.3. quos non refero, cum iudiciarium ordinem concernant: ratio cur reuocari debeant, est ea, quia ius illa abhorret, ac resistit, ob id ipsis non obstantibus, ad vlteriorem executionẽ procedi poterit, Rot. de appell. in nou. decis. 35. Veral. decis.328. num. 2. parte secunda.

41 Sed hoc scias, quod petens euocari attentata, colorans petitorium ex infecto titulo, non auditur, quia prius est, quam si titulũ non haberet, Innoc. in cap. dudũ m, num. 2.

42 de decimi. Sed Regulã generalem pone, vt infra subnectam in capitulo secundo, quod attentata in causa in quo a iure, vel Principe appellatio est prohibita, non sunt ante omnia reuocanda. Glos. in capit. non solum in verbo casibus, de app. in sexto, Couar. prac. quæst. capit.23. numero 4 vers. sexto est omnino cum add. quia tollere appellationem est litem finire, ac probare rem iudicatam, sed ad existentiã attentatorum, lis est necessaria; qua cessante vt in narrato facto dari de attentatis non potest, Lancell. in præfat. de attent. numero 57. Hinc est quod summa-

43 riè, ac celeri manu eorum iudicium expeditur ad tex. in capitulo non solum, de app. in sexto, Afflict. d. decis.98. numero quinto, secundum magis communem opinionem, de qua per Mandos. in Commiss. Attent. in

44 vers. Officio iudicis. Restringens regulam, quod in quacunque iudicij parte reuocari possint, & annullari peti non procedere, nisi vsque ad conclusionem causę, idque tamen iterum declarat, quod intelligatur de illis attentatis factis ante conclusionem in causa, non postea, quamuis possit reuocatio attentatorum peti, etiam post conclusum in causa, quando attentans in negocio principali obtinuisset, vt per Lancell. par. 3. in titulo quand. & intra quod temp. cap. 23.

45 numero 57. latè. Dum autem super Attentatis agitur, fatalia minime currunt, vt dixi supra in Commiss. prorog. fatal. decis. 15. de appel. in nou. quod intelige, in causa principali, quia processus factus super illis, impedit cursum causę principalis, Rot. deci. 10. de appell. in antiq. Franc. in capitulo dilecti el 3. numero octauo, de Appell. Alex. cons.

46 68. numero tertio vol.2. Sed pręmissa non procedunt

procedunt, quando dans de attentatis, si vnica erat attentatorum causa, succubuit, quia tunc fatalia cucurrisse concludendum erit, non obstante priuilegio attentatorum, vt dicta decis. 15. Io. de Amic. consil. 6. nu. 14 & seq. latè, Gramat. consi. 54. in causa sindicatus, nume. 18. quod declara, vt abunde per Lancell. de priuil. attent. par. 3. cap. 30. num.
47 88. vsque ad nu. 105. Denuo præuia appellatione duplici via tolli instatur attentata. Primo quando committitur causa appellationis, cum clausula, & facultate declarandi sententiam, & omnia inde secuta nulla, quod bene petiẽ in eadem Commissione, ac etiã vt causa appellationis committatur, & seorsum in eadem Commissione, cum clausula speciali causæ attentatorum, nam in hoc particulari litis contestatio in negotio principali, non præiudicabit causa attentatorũ, Couar. prac. quæst. capi. 23. numero tertio, vers. afferunt, Cuman. & Aret. in l. prima, ff. nil nou. appell. pen. Salic. in l. 3. C. de appel. Secundo, quando petitur in libello appellationem rite, & iuste interpositam fuisse, absque alia attentatorum expressa mentione pronunciari, quod ad nostrę commissionis propositum non multum facit, quia secundum relata per Lancell. loco citato, tit. de attent. & quis poss. att. reuoc. pet. nu. 27. ac ante illum, per Maran. de ord. Iud. par. 6. vers. & quandoque appellatur, num. 407. supradictæ vię magis prouenium ex ipsius appellationis natura, quia attentata tunc ad ipsam appellationem sunt accessoria, decisio Rot. 1. num. 2. de app. in nou. Franc. in capit. dilecti, numero 1. q. 1. de appel. quam ex officio iudicis. Nam si sententiam nullam, vna cum omnibus inde secutis, iudex ad quem principaliter declarat, ex quo accessoriæ attentatam sententiam secuta fuere, destructo principali, accessorium quoque sublatum remanet, cap. accessoria de reg. iur. in sexto, Card. in cap. dilecti, el tertio, col. 1. de appell. (Hinc vt dixi.) Maran. loco supra citato, apparet, quod Iudex, quando appellationi deferendum non est, non attentat, & sic præsupponendum venit, vt attentatũ concludi possit, quod appellationi sit deferendum, & tũc ista reuocatio non oritur ex priuilegio Attẽtatorum, sed per viam iustitiæ, ex quo Aduersarius attentando, iniustè me grauauit. Sed quomodocunque attentata tollantur,
48 non interest, quia aut vno, aut alio modo id fiat, sufficit. Præterea, sat erit, quod attentata reuocentur per cessionem in iudicio factam, Achil. decis. vigesimatertia. de appell.
49 Bellam. decis. 551. Commissionem itaque nostram ille porrigit, qui ex attentatis se grauatum sentit, & asserit, in qua iudici ad quẽ cuius reperitur læsa maiestas, committi eorum reuocationẽ petitur, quia si inhibitioni non obediendo, seu dilationi appellationis pendentis non quiescendo, Iudicis authoritatem contempsit, & per consequens eius lęsa fuit maiestas, quæ in honore consistit, capitulo primo, de app. in 6. Bero. consi. 165. num. 19. vol. 3. Lancell. in præf. de attent. num. 3. & 31. Verall. decis. 57. par. prima, nu. 2. cum non parendo iussis iudicis, ei manifesta fit offensio, quod intellige in ijs, quæ consistunt in faciendo, secus verò si in veniendo. Cap. Tholos. decis. 266. Lex remedium attentatorum ad illam indicandam adinuenit, vt illęsus maiestatis iudicis honor offensus ad attentantis damnum conseruetur, tam in pœnam ipsius attentantis, quam aliorum, vt se a præmissis abstineant, ac imperium, iurisdictionemve, & venerentur, & timeant, Oldrad. cons. 206. num. 1. l. 1. ff. de nou. op. nunc. l. fin. ff. ne quid in loc. pub.
50 Quare cum in maiestatis ipsius spretum patrata reperiantur, Signatura Commissionẽ, illi dirigit, quia vt dixit tex. in dicto capitulo sollicitudinem. Ad officium illius, qui de appellatione, videt, eaque contra ipsius, præcepta, & iurisdictionem gesta apparẽt, tollere, & cognoscere pertinet, capit. non solum de appellatione in sexto, vbi Io. And. & DD. licet etiam absque Commissione, id facere valeat, Crescen. decisione prima, vt lit. pend. Spec. in §. primo, in fin. de expen.
51 Et qnamuis Commissio præsentetur in actis, tamen absque alia Citatione Iudicem illã reuocare, & Attentantem in expensis condemnare posse dixerunt Domini de Rota, in decisio. Mohed. nonagesimanona, ea quippe ratione, quia ista causa est dependens a prima commissa, ac ab ea emergens, vnde merito virtute primæ Commissionis, potest contra Attentantem procedi, & quãuis reuocari attẽtata petãtur non per hoc appellationi renunciatum videtur, cum talis reuocatio illi non contradicat. Rota de Appell. in nou. Decisio. sexagesimatertia, Quod iterum intellige, quando id corã Iudice ad quam petitur non quando corã iudice a quo, Dec. in capitulo cum teneamur, numero secundo, de Appellation. Præterea omnis interesse habens, hanc Commissionem impetrare valet, Lancell. vbi supra titulo de actore, & quis pos. acti. reuoc. pet. numero quinto, parte tertia, Abbas in capitulo dilectis, numero decimoquarto, de appell. Quod tam in appellatione Iudiciali,

quam

quam extraiudiciali locum sibi vendicat, vt optime declarat Abbas numero decimo tertio, & decimoquarto, ibidem, & in capi-
52 tulo consuluit, numero octauo, eodem titulo. Et quando supplicatur, vt per Commissionem pariter attentata tollantur, duplici modo fit, vno per Signaturam Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ac fe. Gratiæ vt dixi, & alio per Signaturam Iustitiæ. Sed vtcũque fit semper in propositione talium commissionum pars aduersa erit citanda, alias non poterit commissio expediri: ratio, est, quia multa poterit adducere contra commissionem pars ostendendo quod non adessent attentata, seu non attendenda, neq; reuocanda venirent, ob id non erit sub simplici assertione oratoris relaxanda commissio, qui cum reus sit, quorum munus pro posse fugere semper est aliquo palliato colore, vel causa commissionem hanc quęrere ad magis partem, quę obtinuit, defatigandũ procurare poterit, quod audita parte non ita de facili obtinere poterunt. Ob id sicut attentatis existentibus prona est Signatura ad commissionem nostram concedendo, ita pariter detecta calumnia ad illam lacerandã, quod in cęteris commissionibus locum pariter habere concludendum erit: Ad rem igitur redeundo dico. Quod tunc per Signaturam Sanctitatis Suę, & gratiæ, attentata tolluntur, quando Commissione porrecta, supplicatur Iudici ad quem committi, vt constito de bono iure in negocio principali, reiectis attentatis, in causa ad vlteriora procedat: & licet fiat ad vnius partis instãtiam, per viam gratiæ, attamen si incipit constare de non iure illius, qui reuocationem obtinuerat, gratia irritatur, Franc. in capitulo primo, sub numero quinto, vt lit. pend. in sexto, Bald. nouell. in tract. de dot.
53 in vlt. parte quæstione vigesimatertia, numero sexagesimonono, & septuagesimo. Imo quando de non iure petentis reuocare constat, inhibitio est moderanda, vt ibidem. Lancel. capitulo vigesimoquarto, quęstione trigesimaprima, numero sexto, parte tertia. Innoc. in capitulo significasti, numero pri-
54 mo, de diuor. Bellame. decisio. trecentesima quinquagesimasexta, quæ non solet dari, postquam super attentatis fuerit pronunciatum, quia res non est integra, & iam ex iudicis sententia parti ius acquisitum est, quare ad talem Commissionem porrigendam, solliciti esse debẽt Domini Procuratores antequam super ipsis pronuncietur, & quia de hoc particulari dixi, supra, ac pariter de clausula constito de bono iure, quid importet, hic non repeto, sed ad relata te remitto, de quibus multa videre poteris, per Innocen. in capitulo significasti de diuort. & est communis doctorum opi-
55 nio, de qua per Bellame. in dicta decisione trecentesima quinquagesimasexta. Et multoties in tali Commissione additur clausula, refectis expensis. Quæ iustissima est, quia si ex facto suo pars illa vltra exequutionem, & alia pro ipsis damnum passa fuit, rationi consonum est, vt expensas, qui tale delictum commisit in
56 pęnam antequam audiatur, reficiat. Per Signaturam vero Iustitiæ non tolluntur attentata per solam commissionis Signaturam (ordinarie dico) vt dixi in Signatura Papę, licet interdum id fiat in multis casibus, puniri mandando transgressores, sed bene, aut demandatur iudici, cuius maiestas est lęsa expresse, quod reuocatis attentatis ad vlteriora procedat: vel eorum reuocatio, illi prout de iure demandatur, secundum facti contingentiam, intelligendo semper cum expensarum refectione, vt præmissi. Quando de Attentatorum reuocatione agitur, & causam committi petitur, semper in Commissione addi debet clausula prout de iure, quę innuit, vt iudex stricte, ac iure medio ad illorum reuocationem procedat, & ideo ponitur talis clausula, quia quando petita omnia non sunt concedenda, vel adest articulus aliquis de iure dubius, tunc semper solet, siue in corpore Commissionis, siue in Signatura Placet tale verbum prout de iure apponi, Staphyl. de lit. iust. in capitulo citatio personalis, numero duodecimo. Nam an attentata, de quibus agitur in primis, & ante omnia sint reuocanda dubium est, cum multi adsint casus, in quibus non reuocentur in primis ante omnia. Vestr. loco supra citato, numero octauo, & nono, & latius Lancell. vbi supra, & Mandos. in commiss. de attent. in verb. in primis, & ante omnia, ob id apponitur clausula prout de iure, deletis illis verbis in Commissione insertis in primis, & ante omnia, quia non solet, nisi expresse
57 de illis gustatum fuerit, concedi. Sed quia videt aliquis se in causa succumbere, multoties vt in longum lis protrahetur, porrigit commissionem in vltimis Audientijs vacantiarum (vt dixi) super attentatis, qua obtenta inhiberi procuratori curat, & sic in consequens, supersederi in negocio principali: itaque vt malitijs occuratur, si vacãtię

seu feriæ instant, non solet tales Commissiones Signatura concedere, imo in eis delere omnia verba, quæ attentatorum materiam tangunt, & tangere possunt. vt bene Cassad. decisio. quarta, numero tertio, & quinto, de dilat. Licet in hoc callidi Procurarores, illos dico, qui malitijs, & fallaciis pleni sunt, malam praxim adinuenerunt, faciunt enim multo ante dictas Commissiones super attentatis expedire, postea tacent, & quando feriæ prope finem sunt, ad dicendum contra Commissionem citant, & hoc via indirecta causæ finem impediunt. Sed cauti pariter in hoc esse Domini mei Referendarij debēt, in hisce denegandis Cōmissiones, quando feriæ volunt expirare, imo clausulā attentatā tangentes delere. At si cum dicta Clausula relaxandæ sunt commissiones, id sicco pede, & absq; causæ cognitione nō facere, neq; relaxare ex supradi-
58 ctis rationibus, nisi causa cognita. Mādos. in Com. attentat. in verb. causam, & causas, nam tunc fit actus malitiosè, quando damnum tertii dolo adhibito fit, & secundum Glos. in capitulo vltimo in fine, de clandest. despon. malitia calumnia est, & calumnia habet dolum annexum. Illudque malitiose fieri dicitur, quod non legitimè fit, & malitiosum dicitur illud impedimentū, quod est contra leges. Menoch. consilio sexagesimonono, numero trigesimo, Cepha. cons. 421. numero vigesimosecundo, & vigesimo tertio, & quod fit non salua Conscientia, q̄a malitia est peccatum, & talia profitentes, præfata non curant, ideo, qui illis præsunt, obuiare in quantum possent, diligenter debent. Alia etiam via, vt nunquam finis litibus sit, obtenta Commissione nostra, causam attentatorum per tres sententias expe-
59 diri satagunt. Sed sapientes Iudices nō alias super attentatis pronunciant, quando non adesse cognoscunt, illis vero relictis, in negotio principali sententiam proferunt, & sic tacitè attentata repellunt, vt dixi in Commissione appellationis, dum de Executore locutus sum, ac in Commissione restitutionis in integrum pariter loquar. Sibi etiam contraria via succurri, alia pars petere poterit, nempe aliā porrigendo Commissionē, si calumniose ista fieri cernit, petendo vt terminus breuis, & peremptorius præfigatur, ad docendum de prætensis attentatis, quo elapso, & de ipsis non docto, vel non existentibus, ad causæ, & causarum expeditionem in negocio principali procedat, & tunc, si expediti, istæc reformatoria Commissio contingat, plus erit dilatio illius vigore concedenda arctanda, si feriæ prope sunt, quam si longe essent, ne sub tali Clipeo interim principalis causæ expeditio tardetur, vt per Vestr. loco citato, numero vigesimoprimo, Cassad. decis. quarta, nume-
60 ro quinto, de caus. poss. & propr. Hanc vero Commissionem omnis attentata passus petere valet, nec illi deneganda erit, Lancel. in titulo de actore pet. & quis poss. attent. reuoc. numero primo, & sequenti. Nam fauorabilis videtur, Bisign. decisio. quarta, incip. verum innouata, alias decisione tri-
61 gesima, numero sexto, de Appellat. late. Gabr. in lib. com. opin. libro sexto. in tit. de legib. & constit. conclu. tertia, numero quinquagesimoprimo: & nullo tempore ipsorum reuocatio præscribitur, nam sicut in spoliantis odium nulla currit præscriptio, ita & multo magis in attentatis, quæ a iure maiori prosequūtur odio, vt dixit Misinger. sing. obseru. centur. tertia, decisio. octuagesimasexta, valde controuertitur, Rot. decisione secunda, & quinta, de rest. spol. in nou. Franc. in capit. bonæ, sub numero decimoquarto, & trigesimonono, de appell. Sed
62 communiorem doctorum sententiam esse, vt triginta annorum spatio præscribatur talis actio, vel exceptio dicendi de attentatis, dixit late Tiraq. de vtroque retrac. §. trigesimosexto, Glosa secunda, numero tertio, & seq. subdens quod sicut ex dicto temporis cursu tolluntur, ius adeundi hęreditatem, petendi legitimā, dicendi nullum testamentum, reductionem ad arbitrium boni viri, & alia: ita etiam cessare istęc debēt, Berol. consilio trigesimotertio, numero sexto, volumine tertio, de communi. & idem Mising. loco citato cent. secunda, decisione septuagesimaprima, & septuagesimasecunda, licet in multis perpetuo duret, relatis per Lancell. loco citato numero octuagesimo-
63 quinto, & sequen. Sed quid si ille, qui attentata commisit, iam mortuus sit, an contra illius heredes detur commissio nostra super illorū reuocatione? & breuiter dico, quod sic, cum attentare non sit proprie delictum, siue Crimen, & sic non est personale, & quia tendit ad repositionem gestorum in pristinum statum, minime ex attentantis, obitum statū mutatum, ideo sicut in tēpore authoris reuocari poterāt, ita etiam, & eius hæredum, vt per Milis. in verbo attentata lite pendente. Lancell. vbi supra nu-
64 mero vndecimo, Sed pone, attentādo aliq̄s rei, de qua agitur, possessionem ingreditur, vel

vel potius occupat. postea, vt in ea se confoueat, mandatum de manutenendo ab A. C. obtinet, At ille, contra quem attentatum est, porrigit Commissionem, in qua sępe, vt Rotæ attentatorum causa demandetur, petit: dico istam Cōmissionē nō solere denegari, sed addita clausula, sine præiudicio legitimæ executionis mandati de manutenendo, & talis clausula operatur, quod vtroque tempore agi possit, tam supe validitate dicti mandati, quā super attentatis, Lancell. de pen. attent. numero centesimooctuagesimosexto, ita Rotā coram D. Reumano 20. Octobris 1555. resoluisse, fuisse reperitur, quamuis mandatum de manutenendo denegari deberet, quando Iudex illud petentens, iam attentasse sciret: Secus autem si lite pendente se manuteneri peteret in possessione, quia tunc non dicitur attentare, si suam possessionem continuat. Parisius consilio centesimoseptuagesimosecundo, a numero octauo, ad fin. volumine quarto. Verall. decisio quinqua-
66 gesimaprima, parte prima. Apponitur pariter in Commissione clausula, Attentata & innouata reuocet. Et quamuis attentare dicatur innouare, cùm de nouo ea faciat, quę pendente appellatione, vel inhibitione sibi prohibitum est, tamen verbum innouare in Commissione nostra positum, non sonat in hunc sensum, quia Aduersarium iura aliqua de nouo prò corroboratione, vel conualidatione gestorum ex parte sua, vel alias impetrare potest, iura, iuribus addendo, & sic non attentando nouare, cum ad perpetrandum ad hunc effectum habuit rationabilem causam, quod non est, quando attentat, quia attentare fit absque rationabili causa, & ideo ponuntur simul dicta verba in Commissione, ad hoc, vt attentata, & innouata respectiuè, si de iure subsistere nequeant, per Iudi-
67 cem tollantur. Casus autem de innouatis figurari potest in illo, qui lata sententia in eius fauorem, suum Creditorem de fugā suspectum videns, eum carcerare procurat, ad effectum reddendi tutum Iudicium, vel ne interim bona dilapidentur, siue conterantur timens, ac super illis apponere sequestrum facit, vel inuentarium, vt per Lancellot. de attent. appell. pend. parte secunda, in trigesimaprima limit. Et sic quando innouat, pro tuto reddendo Iudicio, non attentat, Vnde bene, vti diuersa, præfata verba ponuntur, quamuis resistente titulo nil nou. appell. pend. ff. & C. multum cautè sit procedendum in hoc, quia Efficacia illius verbi, nil, vti generalis, & vniuersalis negatiuæ omnem sententiam adeo afficit, quod in minimo verificari po-
68 test, Menoch. consilio trigesimoquinto, numero decimoquarto, volumine primo. Commissio multoties conceditur cum Clausula, purgatis attentatis, vti pariter in Causa spolij, purgato spolio, quid autem illa verba, purgatis attentatis innuant, tradit idem Lancellot. de Attent. a parte, capitulo primo, parte prima, numero quinquagesimoprimo, afferens, quod purgatio pręfata, vltra Cessionem possessionis, & actus attentati facienda, continet in se pariter pœnam refectionis expensarum, & fructuum restitutionē, de quo habetur Rot. in decisione quinta, numero primo, de restit. spol. in nou. quæ condemnatio passim in Romana Curia seruatur, & pręcipue in Rota, id quotidie fiat, Cassad. decisio. 13. numero secundo, de rescript. Lancellot. de pęna attēnt. numero nonagesimoseptimo, Cresc. decisione prima, vt lite pendente, Et cum Clausula sit conditionalis, non potest alias Iudex ad vlteriora procedere, nisi illis purgatis, vt supra dixi de clausula re-
69 fectis expensis. Iudex aliquando in possessorio sententiam præfert, postea apponit sequestrum possessores spoliando, & sic attentat, deinde impetratur Commissio super attentatis, quæ non est deneganda, quia tale sequestrum attentatum dicitur, Vnde si facta instantia, reuocare illud Iudex noluerit, non erit Commissio deneganda, quia isto etiam casu si appelletur, locus erit Appellationi. Afflict. decisione
70 nonagesimaoctaua. Quamuis si feratur sententia in possessorio, & Pars appellet, & iudex a quo tali appellatione non obstantę, exequatur, non attentet, quia cum isto particulari ad effectum suspensiuum, & appellatio, & inhibitio sint inualidę, ex eis attentata oriri non possunt, vt per Parif. cum lat. add. consilio nonagesimooctauo, numero decimo, centesimouigesimoquarto, & sequ. volumine primo, Vlterius vertitur lis inter duos. Tertius insurgit, ac rei vacantis possessionem ingreditur, prętendunt isti duo litigantes, tertium attentasse, vnde præmissorum occasione porrectam Commissionem signari instant, Quæro an concedenda sit? Et dico resolutiue quod non, ea motus ratione, quia quando iudex in causa inhibet, solū in inhibitione sunt illi comprehensi, qui ad causam veniunt, vel

causa præiudicare possunt, vt apparet in decisio. Rot. secunda, vt lite penden. in antiq. Afflict. decisione tricentesimaquinquagesimaquarta, numero vigesimo, & vigesimoprimo. Nam si quo ad istum tertium lis non pendet, non sunt reuocanda attentata per nō litigantem facta, Couar. pract. quæst. capitulo vigesimoquarto, numero 4. cum non afficiatur inhibitione, neque appellatione, & sic dari contra ipsum Commissio non debet; quia nec principaliter, neque in consequens iudicis maiestatem læsit, vt ad attentatorum essentiā requiritur, Achil. decisione sexta, alias vigesimasexta, de Attent. Peregr. decisione nonagesimaseptima, Couar. prac. quęst. capitulo vigesimoquarto, numero quarto. Quod etiam amplia, vt per Lancel. in titulo de attent. à tertio numero nono, & seq. parte prima. Vnde præfata, possessio non reuocabitur vti attentata, sed alia via ordinaria per suum Iudicem, vt puta, remedio vnde vi. vt dixit Glo. in capitulo non solum, in verb. reducendum, vers. alij dicunt, de appell. in sexto, & idem sensit in l. credi in verbo non posse, ff. mand. Quod intellige vt per, Afflict. dicta decisio numero vigesimoprimo, quatenus tertius iste non veniat ex iure, siue alia cessione sibi facta ab aliquo ex collitigantibus, antequam attentata sint facta: secus vero, si cedens post cessionem attentasset vt Lancell. vbi supra numero quinto, & melius numero vigesimosexto, & vigesimooctauo, cum pluribus seq.
72 id declarat. Contingit etiam sæpe, vt vigore monitorij coram A. C. lis pendat, via ordinaria super iactationibus, & molestationibus concessi, ne aliquis in sua possessione in qua existit, interim turbetur, siue molestetur, nam si nōn obtento præfato monitorio, aliquis illud obtinentem turbasset, seu priuasset, non poterit dari de attentatis, neq; spolio locus esset: ratio est, quia tale monitorium quandam Comminationem tantum, & non inhibitionē sapit, quod intellige verum, dummodo vna cum dicto monitorio non sit inhibitio inserta, in quo animaduertendum erit, Nam in casu relato alias resoluit Rota, vt nō dicantur attentata, si quis ab A. C. absque commissione obtineret monitorium, nam in beneficialibus A. C. nullam habet iurisdictionem, vt patet ex decis. Achil. vigesimaquarta, de attent. & ex relat. per Lancell. in prof. de attent. par. secunda, numero 320. & 324. cum sequen. Immo quod A. C. non haberet iurisdictionem, neque in causis appellationum, nisi specialiter sibi a Papa fuerint demandata, vt in dicta decisio. & Bellam. decisio ducentesimadecima, subdens non posse A. C. extra Curiam citare suę iurisdictionis perturbatores, quia est cameræ, seu camerarij Auditor, sed non Papę, Ideo de causis beneficialibus cognoscere prohibitus fuit, sed tantum officium suum inter cortesanos, eorumq; causas exercere, de quo etiam in decisione eiusdē 508. Verum illud illis forsan antiquis tēporibus hodie multum A. C. authoritas diffusa est, ex magnis, & amplissimis priuilegiis, ex causa onerosa per S. D. N. indultis, quę sunt in viridi obseruantia, vt ex illis impressis est videre, quorum vigore est Iudex Appellationum ordinarius in statu Ecclesiastico, & extra illum in causis, quæ ad Romanam Curiam deuoluuntur, licet non sit capax (vt dixi) causarum beneficialium, quo ad titulum, sed bene quando tractatur de literarū Apostolicarum executione eo etenim casu, remanente causa executiua coram illo, super titulo Rotæ demandatur, vt dixi in Commiss. Auoc. caus. quia causæ beneficia-
73 les sunt Rotales, vnde in hoc, præsens Commissio deneganda erit. Sed multoties expediuntur Commissiones auocatoriæ cum clausula quatenus causa non sit instructa vigore cōmissionis inhibetur: At Iudex a quo coram quo pendet causa vel erat instructa, vel tulerat sententiam, procedit, eo casu non poterit dari de attentatis, quia iudex a quo non contrafecit inhibitioni, quia non existentibus veris. Condictionibus in Commisione auocatoria obtenta, non dicitur auocata causa, & iudex remanet. Achil. de-
74 cisione trigesimatertia, de appell. Nec pariter dicitur quem attentasse, si post habitam rotalem inhibitionem iuit ad consilium regium pro manutentione possessionis suæ, quam poterat propria authoritate tueri, vt per eundem Achil. decisione trigesimasexta, de appellatione, & de hoc
75 latè Parisius consilio vltimo volumine quarto. Appellatione pendente, quando gesta dicantur attentata, late ponit Lancel. de attent. appell. pend. capitulo duodecimo, numero septuagesimoquinto, & sequen. ampliando, & limitando ad quem te remitto
76 si occurrat. Hinc pariter infertur, quod quis producit mandatum cum protestatione nihil fieri, nisi ipso producente citato, vti Procuratore, non per hoc dicatur iurisdictionem prorogare, vt per Lancell. ibidem nume. tercentesimouigesimoquinto, & habetur in decis. quadragesimasecunda,

de

77 de Appellat. in nou. Bene autem prorogatur, si citatus erit ad dicendum contra Cõmissionem, quia tunc firmatur iurisdictio, Bellam. decisione trigesimaoctaua, Cassad. decisio. tertia de appellat. Verall. decis. 260. numero secundo, parte secunda.

SVMMARIVM.

1 *Litigiose rei alienationem, vel dationem ius prohibet, vti etiam donare & alias.*
2 *Alienatio bonorum litigiosorum etiam si fuerunt Ecclesiæ, dolo facta præsumitur.*
3 *Commissio pro rem litigiosam vẽdendi licentia proponitur in Signatura Papę.*
4 *Commissio licentiæ vendendi rem litigiosam quando datur, additur Clausula, dummodo non in potentiorem.*
5 *Commissio licentię vendere rem litigiosam vere factum, & omnia necessario continere ad validitatem debet.*
6 *Litigiosi vitium litigantes tantum comprehendit.*
7 *Litigiosi vitium non intrat in causa criminali.*
8 *Litigiosa res quando alienari possit.*
9 *Litigiosi vitium dicitur quando quis scienter scit rem litigiosam, & vendit.*
10 *Litigiosi vitium moto iudicio in possessorio non inducitur in petitorio.*
11 *Litigiosi vitium ex sola Principis supremi authoritate tollitur.*
12 *Litigiosi vitium lite quomodonis finita, cessat.*
13 *Exequutio quomodo, & quando super re litigiosa alienata fieri possit.*
14 *Litigiosi vitio res breui peritura non subiacent.*
15 *Litigiosi vitium, an perempta instantia, perimatur.*
16 *Attentata quando dicantur pẽdente appellatione ab excommunicationis sententia.*
17 *Declaratoria censurarum lata pendente appellatione, an sit attentata.*
18 *Excommunicatio quando executionem secum non trahat.*
19 *Appellationem præcessisse excommunicationem præsumendum est.*
20 *Excommunicatio an sententia sit.*
21 *Attentata appellatione pendente, ipso iure nulla sunt.*
22 *Attentata de facto facta, de facto reuocantur.*
23 *Attentatorum reuocatio est sententia interlocutoria.*
24 *Attentatorum sententia in iudicatum transit, & limitatur regula in hoc. quid iudex reponat ab interlocutoria.*
25 *Commissio attentatorum est danda si attentatum dum discutitur an appellationi locus sit, nec ne.*
26 *Repositio Iudicis a quo, anullet processum iudicis ad quem interim factum.*
27 *Attentata non committuntur stante clausula appellatione remota limita. vt num. 28*
29 *Clausula appellatione remota decem operatur effectus.*
30 *Executio absque attentatorum metu fieri potest in omni casu quo prohibetur appellatio.*
31 *Delegatus Principis quando subdelegare, & quomodo possit.*
32 *Clausula appellatione remota actiue, & passiue locum habet.*
33 *Attentata quando constat de nullitate appellationis, non reuocantur.*
34 *Attentata stante breui de capiẽda possessione nomine cameræ, vel aliquo restituendo, cessant.*
35 *Attentata cessant quãdo gesta per iudicem a quo, Iudex confirmat.*
36 *Gratia principali vitiata, collabescunt omnes aliæ clausulæ.*
37 *Attentat iudex pendente termino ad redeundum pro Apostolis exequendo.*
38 *Attentata quomodo committantur restitutione in integrum pendente.*
39 *Appellatio datur, si iudex recuset reuocare attentata, vel sequestra.*
40 *Successor in officio attentat, sicut eius antecessor.*
41 *Iudex ex se reuocando attentata, fungitur officio iudicis nobilis.*
42 *Attentata puta mortuo vero collitigante per aliũ superstitem a iudice tolli debent.*
43 *Attentare, dicitur quis si pendente petitorio in Rota obtineat in possessorio, vel mandatum de manutenendo ab A.C. fallit vt num. 40.*
45 *Attentatum quando dicatur commissa causa iactationis.*
46 *Attentatorum & nullitatis causa pendente an parte non opponente in causa principali agi possit.*
47 *Attentata turbida faciunt vt de bono iure in negotio principali cognoscatur.*
48 *Attentare quando tertius dicatur & quæ dicantur numero 49.*
50 *Attẽtata ea omnia dicũtur, quæ articulum, a quo fuit appellatum continent.*
51 *Attentata spolio sunt magis priuilegiata.*
52 *Attentatis ante citationis vel inhibitionis exequutionem locus non est.*
53 *Attentata committit qui tribunalium, & maxime Rotę reuerentiam non seruat.*
54 *Possessio capta lite pendente, quando sit attentata.*
54 *Commissio attentatorum non facta rei indicatæ mentione est subreptitia.*
55 *Attentata quando quis passus est rem indicatam non reuocantur.*

56 *Attentata excluduntur ex dubia doctorum, & opinione.*
57 *Clausula in futurum attentandis delenda est in hac commissione.*

C A P. II.

Rem litigiosam possidens, aliqua necessitate, vel domestica cura preuetus, eam lite
1 pendente alienare cupiens, quod ius prohibet, directe, vel indirecte, in genere vel in specie, Milis. in suo repert. in verbo res litigiosa, Bursat. consilio centesimo, numero vigesimotertio, volumine primo, etiam mediante iurium cessione, vel permutan-
2 do, decis. tertia, vt lit. penden. in nou. & decisione tertia, eodem titulo in antiq. Menoch. consilio secundo, numero ducentesimononagesimoprimo, volumine primo, vt pariter eorum donationem, quę facta non tenet, Afflic. decisione tricentesimanonagesimasexta, numero decimo, quia do
3 losa præsumitur, etiam si bona fuerint Ecclesiastica, Bero. consilio centesimouigesimo, numero tertio, volumine primo, Milis. in suo rep. loco citato, nec per eam dominium transfertur, vel præcaria possessio, idem Afflic. decisione tricentesimatrigesimaprima, minus in illa, etiam fauore dotis, aut piæ causæ executio fieri valet, aut pignori dari, de qua multa congerit Lancel. de attent. in præfat. titulo de attent. lit. pend. a numero 451. vsque ad numero quingentesimũvigesimũnonum, ad quem te remitto.
4 Igitur ad attentata ex prænarrata alienatione a iure (vt dixi) prohibita, quæ vti nulla iudicis officio, cum omnibus inde secutis reuocatur, l. finali, C. de litig. Affl. decisio. trigentesima nonagesimasexta, numero decimo, Alex. consilio quadragesimoquinto, numero quinto, volumine tertio, Guid. Pap. decisio tricentesima trigesimaseptima, numero quarto, Paris. consilio centesimooctauo numero quarto, volumine primo, Dec. consilio 497. numero octauo, ne ue alienando, aut contrahendo a suis iuribus cadat, Commissionem in Signatura gratię proponendam porrigit, in qua supradicta bona vendendi, pignorandi, permurandi, in dotem dandi, vel alias secundum facti contingentiam, absque litigiosi vitio, ac attentatorum metu, sibi licentiam, & facultatẽ ex gratia impertiri supplicat, circa quod sec. Natt. consilio primo, numero primo, volumine primo, scias, quod in isto particulari litis pendentia dicitur, dato libello, non
5 ante. Concedi itaque multoties istec. commissio solet, semper (vt præmisi) addita clausula restrictiua, dummodo non in potentiorem, & absque tertij damno, illam Papa cōcedit, quia non impeditur ex ea litis ceptę status, & prosecutio, neque collitigantis actoris deterioratur cōditio, sed ius illęsum remanet, cuius plus ab vno, quam ab alio, quod suum est vindicare non interest, ac interim, ex regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, &c. reus orator suo statui cōsulit, sed hanc porrigens commissionem, vt bene in ea factum, statum litis, & merita causæ narrentur, curet, ne deinceps subreptionis, vel obreptionis vitio impugnari rescriptum valeat, vel aliæ oriantur lites, obtentam gratiam reformandi ansam actori
6 dando, Collitigantibus solum obest litigiosi Vitium, & non tertio, qui super præfata re contrahere valet Bellam. decisione 749. Curt. Sen. consilio septuagesimosecundo, numero nono, Paris. consilio centesimovigesimoquinto, numero primo, volu. primo,
7 Verall. decisio ducentesimaoctuagesimaseptima, numero secundo, par. prima. Quæ intellige in causa ciuili, nam quando agitur criminaliter, tunc non intrat vitium litigiosi. Vnde non impeditur eius alienatio, sicut quando ciuiliter agitur, Marant. de ord. Iud. parte quarta, vers. an sit iudicium ciuile, vel criminale, numero quinquagesimo. Alleg. Bald. in capitulo cum Ecclesia, in fine, vt lit.
8 pend. Et an & quando multoties talis litigiosæ rei alienatio fieri valeat, Lancell. loc. cit.
9 tradit numero 451. cum plurib. seq. Item prę missa procedũt, quando quis sciret rem esse litigiosam & alienaret, quia si nesciret, rōne ignorātię excusaretur a pęnis litigiosi, Host. & Abbas nnmero decimo, Imol. numero quarto, in capitulo Ecclesia Sanctę Mariæ, vt lit. pend. licet talis venditor teneretur de euictione, ad damna, & interesse, quia id venit ex natura ipsius actionis, vel vt impleatur contractus, vel vt pręstetur interesse, & in hoc nulla sit differentia inter scientem, & ignorantem, & ita tenuit Rota corā R. P. D. Serafino prima, Iunii 1587. Bal. in l. cum lex.
10 numero decimo, ff. de fideiuss. At quando erit mota quęstio in possessorio, quo ad petitoriũ non inducitur litigiosi vitium, vt late per Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, numero vigesimoquinto, ff. de acq. possess.

Abbas

Abbas in capitulo primo, numero quintô, vbi Doct. de confir. vtil. vel inutil. Cassad. decisione sexta, numero secundo, de rescrip. Felinus in rubr. de rescript. columna tertia, & in capitulo dilecti filij, numero octauo, de exception. Rebuffus de pacif. posses. numero 188. Et quando non est quæstio de, & super aliquo iure illi connexo, tale vitium non intrat, Cassad. decisio quarta, in princ. vt lite pendente Ferret. consilio duodecimo, numero quarto, libro primo. Præterea si emptor sciens rem litigiosam. Nam emat, sua culpa erit, Glosa in l. qui cum alio, ff. de regulis iuris. Glosa in capitulo innotuit in verb. ignorantia, de elect. Aretinus in l. secunda, in princ. colum. pen. ff. solut.
11 matrimonio. Sola nanque Papæ vel Principis auctoritas, litigiosi vitium cessare facit, Mohed. decisione ducentesimanona-
12 gesimasecunda. Vnde lite finita, siue per cessionem, siue per sententiam, vel rem iudicatam ritè, ac absque alia Papæ indulgentia, seu periculo vitij litigiosi alienatio fieri valet, Gratus consilio centesimooctuagesimosecundo, numero secundo. Milis. in suo repert. in verb. litigiosi. Et in tan-
13 tum hanc alienationem lite pendente factam ius abhorret, quod vult super re, etiam a tertio possessam (dummodo cesset Principis venia) executionem fieri posse sine alio nouo iudicio, licet non absque citatione dicti tertij, Natt. consilio trigentesimo quinquagesimo, numero quarto, Ruinus consilio trigesimoquarto, numero duodecimo, volumine quinto, Neuiz. consilio vigesimo, numero decimotertio, cum seq. Quod non procederet, data iniusta existentia, vel motione litis, siue calumniosa, quia cessat tunc dictum vitium, vt per Cassad. decisione septima, de dolo & contuma. & idem, si tale iudicium coram incompetenti Iudice ageretur, quia tunc potest rei alienatio fieri, per Afflict. decisione octuagesimaquinta, nu. tertio, & quarto. Nam esset dare dolis, & fraudibus materiam, quando inimicus, vel odio aliquem prosequens, sciens, notitia habita, quod vellet talis bona
14 alienare, id malitiosè prohiberet. Vlterius amplia, si tales res litigiosæ breui, perituræ essent, Dec. Pedem. decisione centesima-
15 quadragesimaquarta. Quæro an perempta instantia possit dari de vitio præfato? & licet multi teneant, remanente apud Iudicem iurisdictione, dari posse, quia tunc non dicitur instantia perempta, si gesta reuocare queat. Tamen in contrarium esse magis doctorum receptam sententiam, testatur Lancell. loc. proxime citato, numero quingentesimodecimoquarto, & latius contrarijs respondens numero quingentesimodecimoquinto, vbi cum ampliationibus, & limitationibus, quæstionem hanc disputat,
16 declaratvè, & de hoc satis dictum sit. Quando fulminatur excommunicatio, siue censuræ, ille contra quem dantur, sepe in ipso actu appellat. Tamen reiecta tali appellatione, ad declarationem Iudex procedit. Attentata omnia fuisse appellans prætendens, commissionem porrigit, cui attentatorum commissio, addita clausula prout de iure denegari minimè poterit. Sed an ista
17 declaratoria sit attentata, nec ne, videndum erit: circa quod distinguendum credo quod aut appellationi ius assistit, & est iuridicè interposita, aut non. Primo casu attentata adesse concludendū venit ex decisione vigesima, de appellation. in no. capitulo Rodulphus, capitulo exhibita, de rescrip. capitulo per tuas, & capitulo solet de sent. excom. Lap. alleg. prima, numero secundo, Franc. in capitulo sæpe numero tertio de appellat. Marant. de ord. iud. in tertia, parte sexta, par. in princ. quæstione secunda, numero centesimouigesimo, Parisius consil. vigesimooctauo, numero vigesimonono, volumine quarto, & idem alias Rota censuit, vt ex decisio. Paleot. in illa Vercellensi attentatorum in suis decisionib. trigesima tertia, & decisione trecentesimaquinqua-
18 gesimaoctaua. Et in hoc limitatur regula, quod excōmunicatio secum executionem trahat, non procedere in præsenti facto, Sed quando sententia, siue publicatio lata fuerit post legitimam interpositam appellationē, sic declaratus pro non excommunicato habetur, vt per Francū in capitulo pastoralis §. verum quia, numero sexto, & sequenti de appellatione. Quod declara non procedere in appellatione iudiciali, quia interim remanet excommunicatus, & ibi Francus, capitulo solet, in fine. de sent. excommu. in sexto, Decius consilio ducentesimodecimoquarto, sub numero quinto. Ac pariter, quando appellatio remansit deserta, Milis. in suo repertorio, in verbo excommunicatio facta, Butr. in capitulo sæpe, in Glosa, rata, de appellation. & Lancell. de attent. appell. pend. parte secunda, capitulo duodecimo, limita. prima, numero sexto, & limit. octaua, numero nono late. Aut Appellatio iure resistente interponitur, & tunc cessare attentata nulli dubium est,

vt in iuribus supra allegatis. Vnde si contingat dubitari, quis eorum præcesserit, an excommunicatio, siue appellatio, interpretandum in hoc, siue præsumendum erit prius appellationem præcessisse, secund. Felin. in capitulo Apostolicæ, numero decimooctauo, de exceptione, ac decisio. octaua, numero secundo, de sentent. excom. in nou. Ob id credo isto casu excommunicationem probare sufficiens minimè esse, sed expresse eius esse munus appellationem præcessisse docere, quia in dubio præsumitur postea appellatio interposita, cum ordinarie in similibus id non fiat, nisi grauamine præcedente, nec per vnum testem præcessisse appellationē præsumptiuè probare sat erit, non obstante decis. Bellam. nonagesimaprima, vbi iuramento appellantis id verificare sufficere asserit, ad effectum, quod ad cautelam absolui valeat, & in decis. trecentesima octuagesimasexta, quia id procedit, quando iudex se non excommunicasse dicit post appellationem, & sic offerre se paratum desistere, tunc autem statur iuramento dicentis se appellasse, & decisio 386. Bellam. loquitur, quando coram alio iudice agitur de nullitate excōmunicationis, & quādo vt supra dictum fuit, esset præsumendū, an præ præcessisset appellatur, & ibi fuit speciale, quia erāt duæ appellationes. Sed quod excommunicatio ordinarie præcesserit, præsumendum esse, dixit Felinus in dicto capitulo Apostolicæ, numero decimonono, & vigesimo, de except. Subdens, numero vigesimo, duo requiri, vt de nullitate excommunicationis dici queat: Primo, quod appellauerit: Secūdo, quod ex rationabili causa.
20 Sed quæro, an excommunicatio sit sententia, & distinguo. Aut consideramus sententiam strictè, & propriè, & tunc sententia excommunicationis non est sententia, quia punit potius, quam liti finem imponat, aut impropriè, & tunc sententia appellatur. But. in capitulo secundo, numero decimoquarso, de constit. in sexto, & idem
21 de absolutione ab illa censendum erit, vt ibi But. Regulam habemus in iure, quod attentata facta pendente appellatione, ipso iure nulla sunt, capitulo primo, Vt lite pendente in sexto, Cassad. decis. secunda, numero tertio, de præbend. rationes autem ibi affert. Cassad. quia stante appellatione, vel Iudicis inhibitione, quod contra fit, pro nullo, & in cōsequens pro nō facto habetur, nam quando Iudex facit contra prohibitionem legis, vel hominis inhibentis seu facultate maiori, & auctoritate mandantis, præcedentibus, actus est ipso iure nullus, Rol. a Val. consilio septuagesimoseptimo, numero octauo, volumine secundo, Paris. consilio octuagesimonono, numero octauo, volumine pri-
22 mo, de Communi. Vnde, si de facto attentata commissa sint, de facto etiam reuocari debent, Lap. alleg. secunda, numero vndecimo, Alexander consilio octuagesimonono, numero nono, versiculo, & est verum volumine primo. Tunc autem attentata reuocantur, quando sunt de processu, alias non, Rot. decisio tertia, vt lite pendente in nou. eorum nempe reuocatio dicitur sententia interlocutoria, decisio Rot. vndecima
24 de appellatione in nou. & decisione secunda, de præb. in antiq. Ac transit. talis sententia adeo in iudicatum, quod per Iudicem postea amplius reuocari non potest, Achil. decisio trigesimaprima, de appell. cū add. & in hoc limitatur regula de multis interlocutorijs, quæ per Iudicem reuocantur, dato etiam, quod in iudicatum transissent, vt ibi in decisio. ex mente Abb. & Franc. in capitulo cum cessante, columna quarta, de appell. sicque intelligi debet, decisio decima, de re iudicata, in antiq. dum dicit difficilius eam reuocari. Quod tamen amplia procedere, tam in attentatis iudicialiter, quam extraiudiciali, stante iudiciali appellatione. Abbas in capitulo cum dilecti numero quarto, de maior. & obed. & in capitulo ad au-
25 res, numero quarto, de appell. Sed si interim, dum an appellatio sit admittenda, necne discutitur, aliquem attentare contingat, Quæro an Commissio appellationis, & attentatorum veniat concedenda, & dico quod sic, nam patet ex textu in dicta l. vnica, & per Glos. in l. appellationis, in verb. deliberationis C. de temp. appell. Iason in l. prima, numero primo, C. de bon. poss. sec. tab. Sed si refricetur in dubium an appellatio sit recipienda, quia si isto casu pariter, omnia sunt in suspenso, Iudicis officium conquiescit, ita in consequens, nil nouari, vel attentari potest. Vnde si contra fiat, non venit commissio deneganda, nam quando super aliquo articulo discutitur, iura non permittunt quod partibus interim præiudicium inferatur, Ideo si non currunt fatalia donec disputatur an appellatio sit valida, necne, ac si super nullitatibus videtur, nec isto facto contra appellantem nouandum erit, Lancel. vbi supra, limitat. decimanona, Quod limita dummodo ab interloqutoria appellatio non inter-

interponatur, nam si iudex eo pendente procedit, non videtur attentare, quia, nisi inhibitus, non prohibetur procedere, capitulo non solum, de appellat. in sexto, Guid. Pap. decisione 436. numero nono. Et quãuis id regulariter sit verum, tamen limitatur multis modis, relatis per eundem Lancel. loco citato, limit. prima, numero trigesimo, & ex hac regula, quod iudex possit suum grauamen illatum per suam interloquutoriam reuocare, ortum habuit Rom.
26 Cur. Praxis, de quotidie partes a decretis reponendo, nam id fit, vt tollatur interim grauamen, & si postea aliam partem a præfata repositione denuo reponat, quia iterum grauauit datur appellandi materia ab illa repositione, vt habetur in decisione duodecima, de probat. in nou. Verall. decisione ducentesima sexagesimasexta, parte prima. Iudex reposuit: Et in hoc vnum non prætereo, quod repositio præfata iudicis, a quo, est tantæ efficaciæ, quæ irritat, & annullat processum factum medio tempore per iudicem ad quem, vt latè Boer. decisione ducentesima quinquagesimasexta. Quod tamẽ intellige, si talis interlocutoria vim habeat diffinitiuæ, Franc. in capitulo cum cessante, numero nono, de appellat. vel nisi iudici, a quo fuisset inhibitum, seu si appellationi detulisset, vel iam esset interloquutoria demandata exexequutioni, vt latè per Capic. decisione prima, numero vigesimoquarto, & sequent. Paris. consilio centesimoseptimo, numero centesimotertio, volumine tertio, Bero. consilio decimonono, numero vigesimotertio, & sequent. volumine tertio. Et latè ante omnes Franc. loco cit. & alias abundè per Lancell.
27 dicta limit. prima, per totũ. Conceduntur quotidie in Signatura Sanctissimi Domini Nostri Commissiones, cum clausula appellatione remota, quæ clausula per solum Principem, superiorem non recognoscentem datur, & non per alium inferiorem, Couar. pract. quæst. capitulo vigesimotertio, numero sexto, Vt latè dixi supra in cõmiss. appell. capitulo quinto, fertur sententia, & licet rescripto sit parendum. Tamen succumbens appellat, & sæpè causam committit via ordinaria Signaturæ iustitiæ, quæ inscia dictæ clausulæ, non denegat rescripta omnibus petentibus concedi solita, & postea inhibere facit. Qua inhibitione non attenta, ad vlteriora exequendo, iudex a quo procedit, appellans eo, quia appellatione pendente innouatum fuit, attentata fore commissa prætendens, porrecta commissione, attentatorum causam demandari instat, huic vllo pacto hanc commissionem fore concedendum dicas, quia, quotiescumq; appellatio est prohibita, cessant attentata, neque veniunt reuocanda, quando appellationi ius resistit, vnde cessante ipsa, a qua proueniunt attentata, bene iudex exequendo facit, & per consequens non debent attentata haberi in consideratione, vt per Franc in capitulo bone, numero trigesimosexto, de appella. Quod tamen ampliando intellige etiam si alia via appellatio sublata foret, puta si esset materia exequutiua, vel ex statuto tolleretur, siue in Saluiano interdicto versaremur, & similib. de qbus per Viu. in coll. com. opin. lib. secũdo, opin. 30. incip. attentata in fin. Lancel. de attent. appellat. pend. limitat. quinquagesima tertia, numero primo, & sequent. capitulo duodecimo, parte secunda. Esset autem facere fraudem rescripto Principis, si per indirectum contra illud veniret pars, & sic alijs prænarratis. Idque denuo declara, quando tollitur appellatio a Principe supremo, superiorem non cognoscente, qui habet facultatem derogandi legibus, & per consequens appellationis beneficium a iure concessum tollendi. Secus verò si dicta clausula in inferioris rescripto, tali facultate carente, apposita foret; nam tunc nullum operaretur effectum, l. prima, ff. a quibus appellat. non lic. Franc. in rubr. de appellat. numero vigesimotertio, & quis talis appellationis beneficium tollere possit optimè declarat, Dec. in capit. pastoralis, numero secundo, de offic. deleg. Et tunc, ꝙ attentata eo casu adsint, nulli dubium est, idemque censendum erit, si per Signaturam iustitię causa, cum tali clausula demandatur, quia appellationem tollendi facultatem non habet, vt supra dixi in commissione appellationis, in Ro. Cur. nam vltra id, quod ius disponit, non potest rescribere, nec contra ius facere, cum iustitiæ nomen portet. Tunc verò si prçuia auctoritate Principis remota fuerit appellatio, attentata cessabunt, vt per Guid. Pap. decisione decimatertia, numero sexto. Vant. in tract. de nullitat. in titulo, quando, & intra, quæ temp. numero quadragesimo octauo, & in titulo de nullit. ex defectu iurisdict. numero centesimo quadragesimo secundo. Aufrer. in addit. ad decisio. Cap. Thol. decisione vltima, Socin. consilio quadragesimo quinto, numero decimotertio, volumine

lumine primo, Paris. consilio centesimo octauo, numero sexto, volumine primo, Et de hac clausula, apppellatione remota, si habet locum, quando quis notoriè grauat, vide Put. decisione 414. numero secundo, parte tertia: & qualis sit huiusmodi appellatio nulla, latè tradit Lancell. vbi supra, limitatio. quinquagesima, numero quinto, & sequentib. multa cumulans. Sed aliam rationem in medium proferam, qua de causa stante dicta clausula, iudex non attentat exequendo, quando tollitur appellatio, siue per ipsum Principem, siue per ius commune, vel municipale, vt non deferatur ad effectum suspensiuum: nam præmittendum est, quod clausula decem ope
29 retur effectus. Primus, vt non admittatur appellatio nisi in casibus a iure permissis expresse, vt supra dixi in commissione appellationis, quia tertium non afficiat, & sic appellatio ei permissa prodesse. Et in hoc aduertas, quod præfata clausula, in rescripto, vel alio loco appellationem auferens, non tollit effectum appellationis, vt non habeat impedire exequutionem sententiæ, nec causam ad superiorem deuoluere, nisi ab eo tempore, quo superior hanc appellationem admittit, ex certa scientia, vt dixit) notandum, & menti tenendum fore, Abb. in capitulo pastoralis, §. Præterea, numero secundo, de appellat. Quia quemadmodum, nil pendente appellatione nouandum venit, ita econuerso appellatione non subsistente, cum iam a Principe, vel alias sublata sit, nouari potest, neque maiestas iudicis læditur, dum ius nouationem permittit, neque appellatio suspendit iurisdictionem iudicis a quo, Tiraquel. in tract. Le mort, parte sexta, declarat. 6. numemero septimo, Couar. pract. quæst. capitulo vigesimotertio, numero septimo. Quod nempè declara cessare, quando Papa facta mentione, alias causam appellatione remota demandatam denuo reuideri committat, seu mandet, subsistente aliqua rationabili causa per Sanctissimũ Dominũ Nostrũ gustata, & approbata, vt interdum fieri solet, per aliam commissionem a Sanctitate Sua signatam. Talis quippè noua concessio debet ad sui validitatem omnia illa continere, & exprimere, quæ ad ea concedenda difficiliorem Principem redderent, capitulo quia circa de consang. & affin. Sarmien. select. sent. libro primo, capitulo nono, numero primo. Secus quando stantib. præmissis, quis a tali sententia appellaret nulla facta mentione supradictæ commissionem ordinariam, vt quotidie fieri videmus in simplicibus causis, a Signatura iustitiæ impetraret, quia tunc non erit attendenda, dicta commissio, nisi forsan ad effectum deuolutiuum Fel. in dicto cap. pastoralis, §. præterea, numero decimo, vbi
31 Abb. numero 3. & 4. Et quamuis iudex a quo exequi possit, licet inhibitus, absque attentatorum vitio, vel metu, vt dictum est, quia in omnibus casibus, in quibus prohibetur appellatio, potest prætensa appellatione pendente fieri exequutio, vt dixi in capitulo de commissione appellat. rem, eo tũc quia processus non reuocatur vti attẽtatus, Aufrer. in addit. ad Cap. Thol. decisio. sexta. Tñ in Romana Curia propter Signaturę reuerentiam, reformatio secundæ commissionis petitur, quæ constito de narratis, facillimè conceditur, mandando iudici a quo, vt ad vlteriora in causa procedat obstã te pinserta, siue iudici ad quẽ, vt suã moderetur inhibitionem, vel cum clausula, perinde, ac si præinserta non emanasset, quod iure medio fit, quia in præcedenti commissione, a Signatura iustitiæ impetrata, nulla fit mentio clausulæ appellatione remotà per Papam concessæ, quod si narratum foret, vtique contra Papæ mandatum non rescripsisset vti inferior appellationis causam demandando, Paris. consilio centesimoseptuagesimotertio, nume decimtertio, volumine quarto. Quamuis ex prẽmissis commissio sic obtenta, non subsistat, nec attendi debet, quia per ignorantiam, vel subreptionem obtenta fuit, capitulo cum dilecta & capitulo cæterum de rescript. capitulo in
31 ter, de re iudic. Secundus est casus, quando duobus iudicibus appellatione remota Papa causam demandat, nam si vnus ex eis subdeleget alteri, etiam acceptanti, talis acceptans appellatione remota procedere nequibit, quia cum ille sit subdelegatus a delegato Principis, non censetur Principis delegatus, neque iterum subdelegare valet, cum sit priuilegium suæ personæ electiuũ, & illi causa sisa, non potest alteri, quod eodem modo procedat, committere, Abb. in capitulo super quæstione, §. si vero, numero primo, & tertio, de offic. deleg. Quod intellige, vsque ad sententiam inclusiuè, licet bene, vsque ad sententtam exclusiuè, vt faciunt Illustrissimi Cardinales, in causis ipsis demandatis, terminorum seruationẽ eorum Auditoribus demandando: & postea ipsimet Illustrissimi sententiam proferunt,

ferunt, (vt dixi) in commissione causarum Cardinalium. Tertius casus patet ex dispositione Capituli primi, de rescript. quando demandata (vt præmittitur) causa appellatione remota, si quis priuilegiũ, quod libere appellare posset, haberet, hoc
32 casu sibi non suffragatur. Quartus constat, ex capit. prudentiam de mut. petit. vbi si aliquis causam appellatione remota commiserit, & coram eodem Iudice reconueniatur, quemadmodum appellatio in sui fauorem est sublata, ita etiam & contra ipsum in causa reconuentionis, & sic, si interponatur, ea non obstante, Iudex, a quo ad exequutionem procedere poterit. Quintus resultat, ex capitulo pastoralis, §. porro, de offic. delegati, quem ex te, vna cum relatis per Abb. ibi videas. Sexto, quando in litteris, secundis de prioribus mentio non fit, sine dicta clausula appellatione remota, quia nunquam istæ. Secundæ litteræ tollunt primas, nisi facta de illis expressa mentione, & etiam de qualibet alia notabili clausula, in eis contenta, capitulo ex conquæstione, de resti. spoliat. capitulo postulasti, de rescript. capitulo secundo, de dol. contum. Et ideo in praxi dum præfatæ Commissiones reformantur, in eadem carta inferuntur. Quod fallit, quando secundum rescriptum fit motu proprio concessum, quia licet primi in eo non fiat mentio, tamen illud tollitur, Felin. in capitulo cæterum, num. 9. & decimo octauo de rescript. Calder. consilio vndecimo, de priuileg. Dec. consilio centesimo sexagesimo quinto, Rebuf. in prima parte concord. fol. 610. Septimus nisi (vt dixi) iterum non obst ante tali clausula princeps appellationi deferat, quia si id nõ facit iudex, a quo suam sniam exequi valebit. Octauus, q̃uis iudex ex rõnabili causa appellationi nõ deferens veniat, tam de iure canonico, quã Cęsareo puniendus, secund. Bald. Ang. & Salic. in l. quoniam iudices, C. de appell. Bald. in l. iudicibus, C. eodem titulo, Abb. in capitulo de priore, numero septimo de appellat. Archidiac. in capitulo decreto, vbi etiã text. 2. 96. Tñ quando est, cum dicta clausula datus, non incurrit aliquam pœnam, quia non debebat, vel stante Principis iussũ, vel legis auctoritate appellationi deferre, neque in legem commisit, capit. qui peccat 2. q. 44 l. grauis, C. de adulter. Nonus casus est, nam habemus regulam, quod appellatio iudicatum suspendit, iudicisque a quo auctoritatem, ac manus ligat, vt supra in commissione appellationis initio dixi, nihilominus est tantæ efficaciæ, & virtutis clausula præfata, quod appellationi suos perdere effectus facit, vt eleganter dixit Abb. in capitulo vt debitus, numero decimoquinto, de appellat. Decimus erit effectus, quod, licet ordinariè attentata post sententiam diffinitiuam reuocentur, tamen stante dicta clausula, prout in cæteris supradictis casibus, non reuocabuntur, Abb. vbi supra numero decimoquinto, decimosexto, & decimoseptimo. Hostiens. in capitulo pastoralis, de offic. delegati, & sic immissio possessionẽ attentata dici non poterit, nec ea sentẽtia vigore clausulę præfatæ appellatio: rem Doct. in capitulo pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. glo. communiter approbata, in capitulo non obstat, in verb. Casibus, de appellat. Couar. pract. quæst. capitulo decimotertio, sub numero quarto, versic. Sexta est omnino. Vnde, si aliquo ex præmissis casibus, porrigi nostra commissio contingat deneganda erit, ad hoc ne frustratoria reddatur clausula præfata, nevè Principis maiestas, & auctoritas, ita mandantis, contemnatur, & ne lites finitæ denuo suscitentur, ac in perpetuum nu-
33 triantur. Hinc subdam, quod attentata post inhibitionem, vbi constat de nullitate appellationis, non sunt reuocanda, propter verbum canonicè positum, in capitulo non solum, de appellat. Secus autem vbi constaret de iniustitia sententiæ, quia eo casu reuocarentur Bellam. decisionę ducentesima trigesima nona. Nec pariter reuocantur, post sententiam interloquutoriam, aut extraiudiciale grauamen, infra tp̃s appellandi, vel post appellationẽ a falso procuratore interpositam, nisi dicta appellatione iustificata, decisione quadragesima quarta, de appellat. in nou. Franc. in capitulo bone, columna decima, eodem titulo, Achil. decisione trigesima, eodem titulo. Conceduntur commissiones auocatoriæ multoties cum clausula, quatenus causa non sit instructa, deinde iudex cui vltima commissio, siue breue præsentatũ fuit priori iudici inhibet, cũ d. clausula, at iudex inhibitus conditionalem inhibitionem cognoscens. Quia iam coram eo causa instructa erat, ad vlteriora procedit, prætendensque ille, qui obtinuit secundum rescriptum fore attentatum, commissionem causæ reuocationis præfatorum

torum attentatorum porrigit, quæ omnimodè deneganda venit, eo quia certe bene iudex inhibitus processit absque attentatorum incursa stante relata condictione, tam in commissione, quam in inhibitione emanata, & ita alias tenuit Rota vt ex decisione Mohed. septuagesimaquinta, & Cresc. centesima decimatertia, incip. si Papa in manuscrip. Actus etenim cõdictionalis, licet decretum irritans contineat, tamen nihil in esse ponit, decisio. Pedemont. quinta, numero nono, Gabr. de Caus. conclusione tertia, numero quadragesimosexto. Nam si attentata causantur, quando inhibitio est pura, cessant quando erit condictionalis, vt in præfata Fabij, decisione quinquagesimaseptima, quia limitationes, ibi restrictiuæ positæ in dispositiua, vel in fine rescripti totum rescriptum restringunt, & pariter ad omnia in eo contenta referuntur, Cotta decisione ducentesima uigesima octaua. Et quia attentatorum materia est frequentissima Lancel. de attent. post inhib. in præf. capitulo vigesimo, numero primo, si circa illa rescribitur, valde aduertendum erit. Hæc posita sint pro Dominis iudicibus, maximè extra Curiam, quibus cum dicta clausula rescribi solet, & timent de viribus ipsius forsan inscij, ad vlteriora procedere, vt animosæ iure medio ad causæ expeditionem deueniant, alias Deo rationem reddituri erunt, quia permittunt, vt reus, cuius munus est fugere, timẽs succumbere, collitigantem talibus indebitis medijs continuè causas auocando vexet, itaque proni sint ad causas vlterius proce-

34 dendo expediendas. Datur etiam breue aliquando de restituendo, seu reponendo aliquem ad suam pristinam possessionem; & si pendeat lis, in cuius exequutione restituitur: vel interdum datur simile Breue, de capienda possessione nomine Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. Sed quia lite pendente id factum extitit, regula resistente, quæ in eo statu nil nouari præcipit, prætendens alter collitigans attentata illorum, reuocationem oblata commissione demandari petit. Quæ pariter isto casu deneganda venit, quia in hoc regula, nil nouari appellatione pendente fallit, cũ Papa, & possit, & velit, vt, vel ille ad possessionẽ restituatur, vel respectiuè possessio. nomine Reuerendæ Cameræ Apostolicæ capiatur. Vnde quando iudex, vel exequutor parendo Apostolicis mandatis exequitur, non attentat, Ruin. consilo septuagesimosexto, numero sexto, & decimo, volumine quinto. Ratio præmissorum est, quia cum Papa sit supra ius, potest attentatorum vitium, litis pendentiæ, & omnia alia tollere, Aegid. in decisione ducentesima quadragesimanona, Mohed. in decisione quadragesimatertia. Nam si potest in fortioribus rem iudicaram, ac ius ex ea proueniens auferre, vt ibi Mohedan. & Ruin. in consilio quadragesimooctauo, numero trigesimo, volumine quarto, tanto magis attentata. Et idem è conuerso dicendum erit, quando Papa attentata confirmat, exempli gra

35 tia, Iudex profert sententiam, pars appellat, sed ea non obstante iudex ad vlteriora prosequitur, vel dando rei, de qua agitur possessionem, seu alias exequendo, aditus Papa, gesta confirmat, facta in rescripto sufficienti mentione pro eius validitate, sicut necessario omnino facienda est, de appellatione, cum omnibus inde sequutis: & tunc licet dicta possessio, siue exequutio, quasi attentata censenda esset, attamen vigore confirmationis Apostolicæ, non solum reuocantur attentata: Sed vti per Papam euidentissimè purgata sustinentur omnia, Lancel. de attent. appellat. pend. capitulo duodecimo, limitatio. quinquagesimasecunda, numero sexto, & sequent. parte secunda, cum latè congestis, numero quadragesimoquarto, & numero sexagesimo primo. Et quando narrata causa sententiam Papa confirmat, non debet illam pars, ad cuius instantiam confirmatur, iustificare, Vital. decisione centesimauigesimasexta, libro secundo: Et per consequens, quando aliquid non deducitur, inualida dicitur. Franc. in capitu. primo, vlt. not. vt lite pendente, in sexto. Cassad. decisio. quarta, numero quarto, ad fin. de dol. & contum. Achil. decisione septima, de lit. Vn de iudicij inchoati, vel ipsius status, est mentio in rescripto facienda, alias non teneret, Dec. in capitulo prudentiam,

36 numero octauo, versic. Tertio Abb. de offic. delegati, Gratiaque principali vitiata, omnes aliæ clausulæ accessoriæ collabescunt, Put. decisione 400. parte prima, Abb. in capitulo Sedes Apostolica, columna secunda, & capitulo super litteris, de rescript. Pendente termino ad redeundum pro Apostolis, iudex a quo exequitur: isto casu attentat, quia donec

de

de Apostolis, modis, & forma relatis in commiss. appellatio. & de Apostolorum petitione, respondet, remanet iudicis suspensa iurisdictio. Rot. de appellatio. decisione septuagesimaseptima, in antiq. Aufrer. ad Cap. Tholos. decisione tercentesima uigesimasecunda, Bisign. decisione tertia, de appellat. Sicque stante tali appel. suspensione, sequitur necessario, quod innouando attentet. Quia Apostoli sunt appellationis pars, vt loc. cit. dixi, decisione Pedemon. septima, numero quarto. Vnde sicut appellationis pendentia attentata inducit, ita etiam pendentia termini ad respondendum pro Apostolis, & ita seruare Palatium Apostolicum recenset Bellam. decisione 622. Rationem ibi Lancell. afferens qua hoc tempore durante, est in suspenso iudicis a quo iurisdictio: Et quando appellatio non peccat in forma. sed in materia, aut quando iniusta sit, donec de Apostolis respondentur, (vt proxime dixi) dicitur iurisdictio iudicis esse in suspenso, vt per Aufrer. ad Capel. Tholos. decisione allegati, quare merito sequitur, quod si procedatur interim attentetur, quod augeatur: nam si (vt dixi) Apostoli pars sunt appellationis, & licet eodem modo quiescere debet eius officium, vt facit appellatione pendente, ita etiam si non quiescat, manifestè attentat, decisione Pedemont. septima, numero quarto. Immo vt subdit Vant. in tract. de nullit. titulo de nullit. ex defectu iurisdict. ordinar. numero centesimo quadragesimosecundo, si ante datos Apostolos saltē refutatorios iudex procedat, & processus erit nullus, & attentatus, vti in simili, de iudice interdicendo administrationem Prælato postquam appellauit, ab eius sententia; quæ omnia plures habent limitationes relatas per Lancellot. de attent. appellat. pend. Apost. petit. parte secunda, capitulo decimoquinto, numero decimoseptimo, & sequent. cum plurimis ampliationibus, & limitationibus, cuius dicta non præfero, quia si occurrat, eum ibi adire poteris. Itaque, si isto casu commissio signari contingat, erit cōcedenda, sicut quando pendente restitutione ad appellandum attentatur, etiam si iudex, qui de causa restitutionis cognoscit, non inhibuisset, Cassad. decisione prima, vt lite pendente, Anton. de Canar. in tract. Quarant. quæstione secunda, in fin. Vestr. in sua prax. libro octauo, capitulo tertio, numero decimo quinto, & Rota decisione quinquagesima pri-

38 ma, de appellar. in nou. Et an, quomodo & quando pendente restitutione in integrum attentari valeat, vide eundem Lancellot. parte secunda, capitulo decimo octauo, numero primo, & sequentibus, de attent. restitut. in integr. pend. & numero decimo, constanter pro affirmatiua concludentē, q ea nempè rōne suffulcitur, quia cum restitutio in integrum sit quædam appellationis species, & ipsi æquiparetur, vt dicam, in commissionis restit. in integr. Sicut appellatione pendente exequutio impeditur, pariter restitutione in integrum, secundum Francum in capitulo bone, numero sexto, de appellat. Ob id, sicut in vno attentatur, ita etiam in alio, & per consequens erit commissio concedenda.

39 Contigit quoque multoties, quando per iudicem reuocari attentata petātur, quod non reuocentur, vel in simili, si sequestrum fuit appositum, & pariter illud vti attentatum reuocari instetur, tamen in primo iudex, nec attentata reuocare voluit, neq; in secūdo sequestrum, ab huiusmodi denegatione pars appellat, coniunctim, siue, vt casus cōtigit, diuisim, & tunc quoque commissio concedenda erit, si aliquid appellatione pendente iudex, a quo faceret, etiam isto casu, vti attentatum venit reuocandum, & officium iudicis, a quo erit curare, vt in pristinum oīa reponantur, Lancellot. vbi supra in titulo, de iudic. per quem attent. recip. capitulo vigesimoseptimo, numero quarto, parte tertia. Nam ceu semper præsens nostra commissio illi iudici, cuius Maiestas, & dignitas læsa fuere, dirigi solet, & non alij, Franc. in capitulo solicitudinem, numero tertio, de appellat. & hanc esse cōmunionem receptam Doctorum sententiam, testatur Couar. pract. quæst. capitulo trigesimotertio, numero primo, Bero. consilio quinquagesimoprimo, numero quarto, volumine tertio, Viu. coll. com. opin. 30. incip. attentata: seu iudici, qui inhibuit, vel inhibere debuit, dirigitur commissio pro illorum reuocatione, Lancel. de iud. per quem att. reuoc. capitulo vigesimoseptimo, numero quadragesimosex-

40 to, & sequent. parte tertia. Præterea, si illo ab officio remoto, alter ei successisset, quia non personæ, sed dignitas officij, vel maiestas in successore eadem existens fuit

læsa,

læsa, quia repræsentatione semper durat eadem persona, & iudex, l. cum propone batur, ff. de iudic. quamuis illi quoque commissio erit dirigēda, licet ipse ex suo puro officio illa reuocare valeat, per decisionē, Rota secunda, de resti. spol. in nou. & quinta, numero quinto, vt lit. pend. in antiq. Et ex officio tunc attentata reuocātur, quæ ad partis instantiā reuocari nequeunt, idq; ne attentans de sua valeat te-
41 meritate gloriari. Sed quando ex se illa iudex reuocat, fungitur munere officij nobilis, non autem mercenarij, Rota in dicta decisione quinta, numero quinto, vt lite pendente, in nou. Bisig. decisione prima, eodem titulo. Exemplumque eorum attentatorum, quæ ex iudicis officio, non ad partis instantiam reuocantur, poni potest in attentatis ab eo reuocare petitis, de cuius non iure constat hic poni valet. Nam licet id petere nequeat, tamen ea ex officio tollere, seu purgare iudex valebit Rota decisione secunda, de restitutione spoliatorum in nou. Cassād. decisione ter-
42 tia, numero sexto, eodem titulo. Similiter, si vnus ex litigantibus moritur, & alius superstes attentat, licet ad subrogati instantiam non tollantur, tamen officio iudicis reuocabuntur, vt in decis. decima, vt lite pendente in nou. Et alijs modis relatis, per Lancellot. in dicto capitulo vigesimoseptimo, numero duodecimo, & seqentibus, de iudic. per quem attent. recip. petit. parte tertia. Vtque dixi plus consideratur in attentatorum reuocatione cōtemptus maiestatis iudicis, quam partis interesse, quia vt asserit Oldrad. consilio ducētesimosexto, numeo tertio, contempta Prætoris maiestas reuocatur, quæ in omnibus attentatis considerari
43 potest. Reperitur commissa causa in Rota super beneficio, & inhibitum, postea aduersarius in possessorio obtinet Auditori Cameræ causam committi, & isto etiam casu dicitur attentasse, eo quia petitorium in Rota pendens habet in ventre possessorium, vt per Verall. deci-
44 sione quadragesimasexta, parte secunda, quod non habet locum si talis Auditorē Cameræ adiens, tempore motæ litis, erat pacificus possessor, quia adhuc talis duraret, Rota decisione tertia, de caus. posses. & propr. in antiq. & decisione tertia, de prob. in nou. Sed procedit id, quo ad effectum interrumpendi pacificam possessionem, puta ad effectum regulæ de triēnalis, Secus quo ad effectū attentatorum, quia si possessor circa eam aliquid facit pro se met tuendo, non attētat, Lancellot. vbi supra, parte secunda, capitulo quarto, de attent. lite pendente, numero decimo octauo, & sequentibus. Et ideo ad fugiēdum præmissa, datur commissio, firmo remanente negotio super titulo, in Rota. At committitur interim Auditori Cameræ, iuxta suas ordinarias facultates, exequutio litterarum Apostolicarum, & si expresè fiat mentio de litis pendentia in Rota, cessat attentatorū
45 dubium, vt dixi in commiss. Appellationis ab exequutione breuium, & littera-
46 rarum Apostolicarum. Rursus, in beneficiali causa, quis commissionem præsentauit super iactationibus, & molestationibus, vel appellauit, & isto casu, aut inhibitio expedita fuit, nā si ad vlteriora iudex procedit, attentat, ita vt mandatum relaxatum per iudicem, ante moderationem inhibitionis, seu reformationem commissionis, erit attentatum: Secus si nec commissio, nec inhibitio sint expedita, neq; adhuc inhibitum; Lancell. loco cita. limit. vigesimasexta, numero quarto. Sicut processus factus lite pendente est nullus, vt dixi in commissione nullitatū, ita ceptus post rotalem inhibitionem, etiam sæpius reiteratam, quia ea stante, partes nihil nouare poterant capitulo dilectus, §. quia vero de appellat. Afflict. decisione tercentesimaquinquagesimaquarta, numero secundo. Et maximè si aderit decretum irritans, Cassad. decisione secunda, numero sexto, de restitutione spoliat. Inhibitio iusta, siue iniusta semper est timenda, alias facit attentata. Sed fallit conclusio, qn̄ causa est commissa ante sn̄iam, quia cum non sit lata sententia, & sic commissio sit calumniosa, non facit attentata. Attentatorum, & nullitatis causa pendente, an in causa principali parte non opponente procedi possit? Vide Rotam in decisi. vigesimatertia, cum addut. prima par. de rescrip. in nou. Bart. in l. 1. sub num 1. C. quando prou. non est necess. Vant. de nullitate titulo de nullit. eiusque temp. numero vndecimo, & trigesimoprimo, & in titulo de nullit. quom. & qui. mod. numero trigesimoquarto, & trigesimo octauo. Atten-
47 tata turbida faciunt, vt de bono iure in negotio principali cognoscatur, Veral. decisione quarta, parte prima. Et ita Rota coram

coram Illustris. Blanchetto tenuit, in vna
Tudertina bonorum 17. Octobris 1572.
Lancell. de attent. parte secunda, capitu-
lo vigesimoquarto, & de empt. contra at
48 tent. comp. quæstione prima, numero
quinquagesimonono. Attentare tunc
Tertius dicitur, quando inhæret liti-
ganti, aliquid cum eo litè pendente fa-
ciendo, quod ex parte dicti collitigantis,
sit attentatum, aut cum altero collitigan-
te causam habet, etiam in causa permuta-
tionis, & tunc dicitur etiam ipsum atten-
tare; nam quando propria auctoritate fit
actus parte resistente, satis illicitè factum
apparet, Rota diuers. decisione ducentesi-
ma quadragesimatertia, parte prima, per
totum, & decisione 1147. numero primo
49 parte tertia, diuers. Attentata ea omnia
dicuntur, quæ contingũt articulum, a quo
fuit appellatum Achil. decisione trigesi-
ma, & trigesimaprima, de attent. quæ nec
etiam reuocantur ad instãtiam eius, de cu
ius iure non constat, decisione secunda,
vt lite pendente in nou. Rot. diuers. parte
secunda, decisione sexta, numero octauo,
& nono. Attentata magis spolio priuile-
51 giata sunt, decisione sexagesimaoctaua,
numero tertio, Diuers. parte secunda. At-
52 tentatis ante executionem citationis, vel
inhibitionis locus esse non potest, licet ci-
tatio, & inhibitio sint decreta Rot. diuers.
decisione prima, numero septimo, parte
53 secunda. Attentatum committit, qui re
uerentiam præsertim Rotæ tribunali non
seruat, Rot. decisione vigesima, & decisio
ne trigesimaprima, de appellat. in nou.
54 Cresc. decisione ducentesima, numero
quarto. Possessio capta lite pendente, dici-
tur attentata: fallit nisi iudicis authoritate
capta sit, decisione vigesimaprima, nume
ro tertio, parte prima, diuers. Et similiter
capta, appellatione pendente, decisio. 618.
nume. secundo, eadem parte prima. Cõ-
55 missio attentatorum, rei iudicatæ nullam
mentionem faciens, est subreptitia, & iu-
risdictionem non dat, Put. decisione 301.
56 numero quarto, parte secunda. Attenta-
ta non reuocantur, quando quis passus est
sententiam in iudicatum transire, Rot. de
cisio. prima, de appellat. in nou. quia dum
id passus fuit, attentatis renunciasse vide-
tur, Cresc. decisione centesimaquadrage-
sima, Cæs. de Gral. decisione septima, nu
mero secundo, & tertio, de appellat. Du-
57 bia doctorum resolutio, sufficit ad excu-
sandum ab attentatis, decisio. centesima
quinquagesimasexta, numero secundo,
parte tertia. Clausula, & in futuram atten-
tandis, si in commissione inseri contin-
58 gat, deleri debet, quia commissio non ex-
tenditur ad causas futuras (vt dixit) in cap.
de commiss. Et sic cum ista attentatorum
materia nimis sit prolixa, postquã ex tam
magno, & amplo agro, ea quæ breuius ad
nostre commissionis propositum, collegi
ne ceptam messem plus egrediar, huic
primæ parti finem imponere duxi.

Com. Vrbis.

Beatissime Pater, lata sententia per R. P. D. N. in causa, & causis corã eo pendentibus inter deuotum S. V. oratorem A. ad fauorem B, in qua ipsum oratorem condemnauit ad illi dandum, & soluendum scuta 100. Licet nulliter, & alias prout in actis intra legitima tempora fuit ad S. V. appellatum, & de nullitate dictũ & vigore specialis cõmissionis causa præfata demandata fuit R. P. D. C. qui in forma inhibuit, verum quia dicta inhibitione non obstante, & in illius spretum B. aduersarius attentando, & innouando ad præfati prætensi mandati exequutionem processit, licet nulliter, & inique, ideo cum valde S. V. oratoris huiusmodi attentata reuocare intersit, supplicat S. V. quatenus causam, & causas attẽtatorum, & innouatorũ nec non in posterum attentandorum, & innouandorum eidem R. P. D. C. cuius maiestas, & iurisdictio fuit læsa, ac inhibitio spreta, prout iuris fuerit, committere, & mandare dignetur, Cũ potestate citandi, & inhibibendi in Curia, & extra, etiam sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, eius arbitrio imponendis, applicandi, & moderandis. Cõtradictores, & rebelles pęnas pręfatas incurrisse declarandi, grauandi, & reagrauandi, seruata forma Concilij Tridẽtini, inuocato, si opus fuerit auxilio brachij sæcularis: attentata, & innouata, ac attentanda, & innouanda imprimis, & ante omnia prout de iure reuocandi, cæteraq; alia faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, quæ in pręmissis, & circa ea quomodolibet fuerint necessaria, & opportuna. Constitutionibus, ordinationibus Apostolicis &c. cęterisq; contrarijs non obstantibus, quorum tenores, &c.

Si vero fuerit causa in Rota commissa, de illa fiat simili modo mentio, vti etiam si fue-

ſi fuerit beneficialis, vel alia addendo clauſulam: verum quia inhibitio Rotalis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, venit timenda, & facit attentata, ſi illi non pareat, ideo. &c. Si fuerit extra Curiam, ponatur in fine commiſſionis clauſula, & narret factum, &c.

Et cũ abſolutione a cenſuris ad effectum.
Et per Breue S. V.

Super alienatione rei litigioſæ.

Com. Vrbis.

BEatiſſime Pater, Vertente lite, & cauſa inter S.V. oratorem A. ex vna contra B. ex alia corã R. P. D. Aud. Cam. vel eius in ciuilibus Locumtenẽte, ſuper quadam domo prout latius in actis cauſa, & cauſarum continetur, idem B. non minus nulliter, quam inique pœnam litigioſi cõmittendo, dictã domum attentando, & innouando cuidam C. alienauit, ſiue inſolutum dedit, ſiue ceſſit. Verum quia cecidit a iure ſuo, & valde oratoris intereſt hmõi atttentata, & innouata quanto citius via iuris reuocare, ideo dignetur S. V. eidem R.P.D. A.C. cauſam, & cauſas huiuſmodi attentatorum, & innouatorum; ac vitij litigioſi, prout cuius maieſtas ſpreta fuit de iure committere, & mandare, qui conſtito de præmiſſis, ſummariè, & quantum ſibi ſufficere videbitur, ad illius, ſeu illorũ reuocationem, in primis, & ante omnia, prout iuris fuerit, procedat, proceditque mordet, & faciat, Cum poteſtate citandi, & inhibendi.

Finis Partis Primæ.

COM-